Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Ludouici Imperatoris Leges, quas *Benedictus Leuita collegit, refert ex parte Baronius hoc anno*, inter alia, de consulendo in rebus arduis Summo Pontifice. *lib.7.c.*187. & nullius authoritatis esse, quod cõtra Apostolica Decreta edicitur. *ex eodem Benedicti lib.7.c.*265. Et de non cogendis Synodis sine authoritate Papæ.	
820 Indict.13.	4 Paschalis1	7 Leonis V Armeni.	*Ludouici* I. *Pij Imp. Occid. an.*7. Ipsis Christi Natalitiis, Leo Imperator interficitur à coniuratis, quos in eum incitauit Michael Amoriensis: è superiore Phrygia reus Maiestatis, & adhuc in vinculis: qui mox è carcere eductus, salutatur Imperator, dictus Balbus, ὁ τραυλὸς, vir nec Iudæus, nec planè Christianus. *Cedren. Zonar.* Ludouicus Imperator tribus exercitibus in Pannoniam immissis, regionem vastat: & Liudeuitus, quem impetebant, à vicinis populis solus deseritur, *Teganus*, *Aimoin. Sigon.* sub Leone Imperatore, & Iustiniano Venetiarum Duce, Corpus B. Marci Euangelistæ, Saracenis ereptum est; Alexandria Venetias translatum: extructo ibidem insigni templo. sed ne inde vnquam asportaretur, qua parte conditum sit Veneti Proceres ignotum esse curarunt. *Tabulæ Vaticanæ. Baron.* nunc translatũ Mercio rum Regnum ad Vestsaxones, videtur aliquibus: fortè tamen rectius post aliquot annos, si ad Aluredi tempora hoc referendum est. saltem nunc valde prosligatum fuit hoc Regnum. *vide an.* 881.	7 Ludouici I. Pij
821 Indict.14	5 Paschalis1	1 Michaelis a. Balbi.	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an.*8, Thomas, dictus Constantinus, ab Orientalibus Legionibus vocatus Imperator, victus occisusque est à Michaele, *Cedren. Zonar.* Ludouicus partitionem Regni filijs factam, firmat Optimatum iuramento. *Sigeb. Aimoin.* Franci iterum vastant Pannoniam, Ceadragon Abroditorum, seu Arboricorum (quæ Regio Barbantorum est) Rex, perduellionis reus, priuatur Regno. Ludouicus substituit Sclaomirum. *Aimoin.* In Hispania obiit Oueti Rex Alfonsus Castus, Æra 859. *ex Roderico: de quo Mariana lib.7.c.*12. regnat Ramirus, Veremundi Regis filius: alii post quatuor annos Castum mortuum narrant: aliqui ad annum 817, id referunt, *ex quodam Paschalis Pontificis Diplomate.* Dosterlegus regnare incipit apud Pictos, mortuo Hungo, *Hector. Boet.* nunc inuentum Corpus Sanctæ Cæciliæ Virginis & Martyris à Paschali papa, ipsa reuelante, & in Ecclesiam Sanctæ Cæciliæ translatum. *Anastas. Baron.* Theodorus Studitarum Præpositus reuocatur ab exilio, anno 7 ab eiectione. laudat ille quidem Michaelem, sed quem putauit Orthodoxum.	8 Ludouici I. Pij.
822 Indict.15.	6 Paschalis1	2 Michaelis 2. Balbi.	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an* 9. Lotharius à patre mittitur in Italiam, coronandus ibidem Rex. Liudeuitus è Pannonia pulsus à Francis, pacem petit. *Sigon.* Ramirus Legionis Rex, & Princeps bellica gloria insignis, Maurorum fregit potentiam; & nunc miraculosè reportata victoria, 60 Maurorum millia prostrauit. Calaguris eripitur Mauris. *Roderic.* Historiam narrat, sed de anno dissentit plurimum *Marianalib.7.c.*13.	9 Ludouici I.
823 Indict.1.	7 Paschalis1	3 Michaelis 2. Balbi.	*Ludouici I. Pij. Imp. Occid. an.* 10, Lotharius Romæ coronatus à Paschali, redit ad patrem: mox Romæ quidam nobilium perimuntur: & crimen in Paschalem reijcitur apud Imperatorem. Sed missis à Ludouico ad hoc explorandum Legatis, Pontifex vir Sanctus, & miraculis clarus, se iuramento purgat: discitque Imperator, cæsos meruisse mori. *Sigeber. Sigon. Aimoin. Baron.* Ludouicus Ceadragonem iterum Principem dat Abroditis. Liudeuitus in Dalmatia, dolo necatur, finẽque accepit bellum Pannonicum. *Sigon. Sigeber. Aimoin.*	10 Ludouici. I. Pij
824 Indict.2.	1 Eugenij 2.	4 Michaelis 2. Balbi.	*Ludouici I. Pij Imperat. Occid. anno* 11, Normanni, ex Dacia & Noruegia profecti, Hispaniam nunc vexant, & post annum regrediuntur. *Anton. Benther. Mariana libr. 7. cap.* 14. *Rodericus Sanctius in Ramiro.* Congallo Scotiæ Regi vita functo, succe-	11 Ludouici I. Pij.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			dit Dongallus: & bellum Scoti Pictis indicunt, nomine Alpini Scoti, cui deberi dicebatur Regnum Pictorum. *Hector Boet. libr.* 10. *Lesleus.* Odoacer præficitur Flandriæ post obitum patris Englerani. *Chron. Fland.* Dum Michaelis exercitus Duce Cratero male iterum pugnat in Creta aduersus Saracenos, insula in Saracenorum venit potestatem: vbi vrbem ædificant Candiam, quæ nomen dedit toti Insulæ. *Zonar. & prolixè Cedrenus*, qui hos Saracenos ex Hispania veniſſe scribit. excessit vita Paschalis Pontifex pridie Idus Maias: post dies quatuor subrogatur Eugenius secundus, tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalis, vir *ab Anastasio, & alijs* laudatus. Sed cum adhuc Vrbs dissentionibus agitaretur, missus eo à patre Lotharius, motum sedat sua Constitutione præclara, *quæ extat apud Sigonium anno* 825. Legationem Michaelis ad Ludouicum & summum Pontificem *describit Baron.* 864.	
825 *Indict.* 3	2 *Eugenij* 2.	5 *Michaelis* 2. *Balbi.*	*Ludouici* I. *Pij Imperat. Occid. anno* 12, Bulgari petunt, vt Ludouicus limites statuat Imperii. *Aimoin.* mittuntur à Michaele ad Ludouicum, libri Dionysij de Hierarchia. *Sigeber.* Ludouici filius Ludouicus, renuntiatur Bauariæ Rex. *Auentin.* hoc anno refertur Parisiensis illa, non quidem Synodus, sed Collatio male sana de Imaginibus, quæ Pōtificis supremā licet agnoscat potestatē in Ecclesia; tamen ignoratione saltē facti, turpiter errasse in Quæstione de Imaginibus *probatur à Baronio hoc anno. vide an* 1596. De Nauarræ Regni initio *vide annum* 789. eam nunc iterum à Mauris occupatam, cum Suprarbia, *persuasit sibi Franciscus Tarapha*: dissentit Vasæus, Interregnum notans quatuor annorum: quem *sequitur Genebrardus ad initia Paschalis Papæ.*	12 *Ludouici, I. Pij*
826 *Indict.* 4	3 *Eugenij* 3	6 *Michaelis* 2. *Balbi*	*Ludouici. I. Pij Imperat. Occid. anno* 13. Habetur Romæ Synodus 63 Episcoporum. dedit Canones 38. quos *refer Baron. hoc anno*, quod hactenus in lucem non prodijssent. Danorum Rex Herialdus, vna cum vxore, & Danis non paucis, baptizatur Moguntiæ. hanc Danorum (qui & Normanni dicuntur) conuersionem ad Christiana sacra, *notauit Baronius hoc anno & Sigeber.* die vndecima Nouembr. diem clausit Theodorus Studitarum Præpositus; vir insignis virtutis & literaturæ. *Baronius.*	13 *Ludouici I. Pij.*
827 *Indict.* 5.	1 *Valentini.*	7 *Michaelis* 2. *Balbi*	*Ludouici* I. *Pij Imper. Occid. ann.* 14. Angelo Patriciaco vita functo, substituitur filius Iustinianus patriciacus, Venetiæ Dux. *Blondus, Sabel.* Bulgari Pannoniam inuadunt, & Slauinorum regionem occupant. *Aimoin. lib.* 4. *cap.* 115. Ptolemæi Almagestum in linguam Arabicam verti fecit Maymon Saracenorum Princeps, anno Hegiræ 812. *Scaliger.* obijt Eugenius Papa 11 August. *Anastas.* succedit statim electus Valentinus, multum renitens. Sedit diebus 30. vir sanctus. eo mortuo creatur post triduum Gregorius huius nominis quartus, etiam inuitus, ex Presbytero Cardinali. idque 8 Kal. Octobr. cum sedes triduo vacasset.	14 *Ludouici I. Pij.*
827 *Indict.* 6.	1 *Gregorij* 4	8 *Michaelis* 2. *Balbi*	*Ludouici* I. *Pij Imp. Occid. an.* 15. Classis Ludouici Imperatoris è Corsica in Africam traijciens, ingentem Mauris intulit stragem & metum, Duce Bonifacio Comite. *Aimoin. Sigeber. Sigon.* hac arte coguntur Saraceni è Sicilia in Africam redire. finem nunc accepit in Anglia omnino Regnum Northumbrorum: quod Egbertus Saxonum Occidentalium Rex occupat. *Polydorus libr.* 4. *vide an.* 795. *& Præfationem ad an.* 449. Christianos in Hispania mirè affligunt Mauri: quam Persecutionem, & multorum Martyria *narrat Mariana lib.* 7. *c.* 1) sed longè aliam à nostra, temporum rationem secutus. Ramirus Rex Legionensis Oueti defunctus est Æra 866. *ex Rodorico.* Ordonius filius regium nomen suscepit. eius victoriam aduersus Mauros, & res gestas *narrat Mariana lib.* 7. *c.* 16. Moritur Nicephorus Episcopus Constanti-	15 *Ludouici I. Pij.*

tinopolitanus anno exilij 14 celebris memoriæ tertio Idus Maij. B.*aron.* Hic ille est de quo supra ad annum 806; & cuius est illa historica epitome, quam anno 1616 Latinam fecit, ac dedit in lucem noster Petauius notis illustratam. iam vero hic si alius est ab auctore Chronici Græcè nuper editi à Scaligero, quatuor Nicephoros habemus historicos. sanè vnum eundemque vtriusque opusculi esse scriptorem, nondum ab vllo satis probatum est.

829 | 2 Gregorij 4 | 9 Michaelis 2. Balbi. | Indict. 7. | 16 Ludouici I. Pij

Ludouici I. *Pij Imp. Occid. ann.* 16. Diem clausit in Oriente Michael Balbus Imperator mense Octobri, inchoata Indictione 8. Imperat filius Theophilus. Balbi mores & deliria *habet ad hunc annum Baronius.* habet hic annus initia conspirationis in Ludouicum Imperatorem, qui anno 827, quosdam Duces, quod socorditer aduersus Bulgaros & Mauros egissent, redegit in ordinem: & filio Lothario in Italiam amandato, Bernardum Comitem Barcinonensem, ex Hispania vocatum, fecit cubiculi præfectum: quæ res Principi pepererunt odium importunissimum. *Aimoin. libr* 4. Gregorius Ostia Tiberina munit contra Mauros, Siciliam inuadentes, & Gregorianopolin appellat. *Anastasius. Sigebertus.*

830 | 3 Gregorij 4 | 1 Theophili. | Indict. 8. | 17 Ludouici I. Pij.

Ludouici I. *Pij Imp. Occid. an.* 17. Res Orientis *deinceps narrat Ioannes Curopalata*, inde Historiam inchoans, vbi desiit *Theophanes*: nempe à morte Nicephori Principis (vt aliqui explicant supra ad an 813,) vsque ad Isaacium Comnenum, & annum 1057. *Hic Historicus, & Zonaras narrant* Theophili Imperatoris Iconomachi Barbaricam Persecutionem. Habet sequens quinquennium Occidentalis Imperij intestinas dissentiones, ex filiorum culpa sub optimo patre natas. quibus occasionem dederunt Iudithæ Reginæ studia, licentiaque, Bernardi promotio; Duces in ordinem redacti; & non satis prudentes aliquot Episcopi. Cæterùm hoc anno Pipinus ex Aquitania exercitum ducit: quam tamen procellam ope Germanorum depulit nunc quidem Imperator; data conspiratoribus venia. *Aimoin. Annales, Sigon. Baron.*

831 | 4 Gregorij 4 | 2 Theophili | Indict. 9. | 18 Ludouici I. Pij

Ludouici I. Pij Imp. Occid. anno 18. In Gallia, restituto Bernardo, Pipinus iterum turbat pacem. *Aimoin.* ad has Galliæ tragœdias, sequuta est Nauarram excursio, facta à Mauris. Dongallus Scotiæ Rex moritur, inchoato iam in Pictos bello. succedit Alpinus: qui Pictos debellat, occiso eorum Rege. *Hector Boet. Leslæus lib.* 5.

832 | 5 Gregorij 4 | 3 Theophili. | Indict. 10 | 19 Ludouici I. Pij

Ludouici I. Pij Imp. Occid. anno 19. Occupatur Ludouicus Imperator, in componendis Aquitaniæ motibus, & reprimendo Pipino, qui è custodia Treueris euasit. *Sigon. Aimoin.* varia à Mauris, & aliis iacta Regnorum initia in Hispania, ab anno 714. *vide* 759. verum nunc duo tantùm eminebant, vnum Cordubense, & Mauricum; alterum Legionense, & Christianum. quo tempore, *narrant Hispanici Historici*, Muzam, multis occupatis ciuitatibus, tertium se Regem nominasse: sed breui oppressus est. de anno certant Historici. *Mariana lib.* 7. *cap.* 16. de Oueto, *vide anno* 753. de Regno posteà. Pergit Theophilus maiores suos crudelitate superare. *Baron.*

833 | 6 Gregorij 4 | 4 Theophili. | Indict. 11. | 20 Ludouici I. Pij

Ludouici I. Pij Imperat. Occid. anno 20. Theophilo Imperatori nascitur filius Michael, à natiuitatis loco dictus Porphyrogenitus. conspirantibus iterùm filiis, simulque Episcopis, Ludouicus cogitur Imperio se abdicare, & suasu Episcoporum male sano recluditur in Monasterio Suessionensi S. Medardi. *Aimoin. Annal. Sigon. Æmil. Baron.* Calumnia fuit Gregorium Papam filiis fauisse. venit ille in Galliam, vt pacem componeret, re infectâ

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			mœrens discessit, *vt ait Author Appendicis ad Aimoinum.* Decretum Episcoporum de abrogando patre rescidit. *Aemil.* Multa passus postea est à Lothario. *Sigon. AEmil. Baronius & alij.*	
834 Indict. 12	7 Gregorij 4	5 Theophili.	*Ludouici* I. *Pij. Imp. Occid. anno* 21. Franci, Aquitani, Burgundi, & Germani Proceres, rei indignitate permoti, sumptis armis, Ludouicum libertati, & Imperio restituunt. ille filios Ludouicum, & Pipinum venia donat. Lotharius, qui clade Cabilonensium publicam hanc lætitiam solus turbauit, tandem ipse à patre recipitur in gratiam. *Authores anno* 833 *citati.* Theophanes, & Theodorus (non ille Studita) notis compuncti sunt, iubẽte Theophilo Imperatore: & sanctus Methodius in insulam relegatur. *Cedren.*	21 Ludouici. I. Pij
835 Indict. 13	8 Gregorij 4	6 Theophili.	*Ludouici I. Pij. Imp. Occid. anno* 22. In Theodonis villa (*Theonuille*) habito Episcoporum & aliorum Conuentu, duo Episcopi, à quibus damnatus fuit Imperator, dignitate nudantur: plures in Italiam aufugerunt. *Sigon. Baron.* Mortuo Theodoto Patriarcha Constantinopolitano Iconomacho, subrogatur Ioannes huius nominis sextus, Iconoclasta, & Theophili Pædagogus. Festum omnium Sanctorum, celebrari cœptum in Gallia & Germania, Kalendis Nouembris, monente Gregorio. *Sigeb. Baron.* Dani, & Normanni Holandiam, Frisiam, & Flandriam pessimè vexant, tandem ab exercitu Ludouici Imperatoris repulsi, *Annales.* Alpinus Scotiæ Rex captus occiditur à Pictis, apud Deidonum: succeſſit Kennetus filius. *Hector Boet. Leslæus.* Egbertus Occidentalium Saxonum Rex, excepto Scotorum Regno, hactenus variis Britanniæ Prouinciis potitus, Angliam eas iam nominari fecit. *Polydor.* quo etiam tempore Danos repulit. *Lege Polyd. initio lib.* 5 narrantem, quibus bellis Heptarchia Britanniæ, in iura Egberti Monarchiam meditantis, cœperit reduci.	22 Ludouici I. Pij.
836 Indict. 14	9 Gregorij 4	7 Theophili.	*Ludouici I. Pij Imperat. Occid. anno* 23. Lotharius, inuadens Bona Romanæ Ecclesiæ, cogitur à patre Imperatore cœpto desistere. Conspiratores in Ludouicum venia prius donati, nunc à Deo puniuntur: quos pestis extinxit. Normanni, vexata per incursionem Frisia: regrediuntur in patriam. *Baron. & author Vitæ Ludouici:* Ioannes Venetorum Dux exulat in Gallia: Carosio hanc dignitatem inuadenti, effodiuntur oculi. *Sabel.* Conuentus hoc anno Episcoporum *refert Baronius* habitos, tum Aquisgrani, tum Lugduni, iubente Imperatore. actum de his, quæ ad Episcopos pertinebant, ad alios Clericos, & demùm ad ipsum Imperatorem.	23 Ludouici I. Pij.
837 Indict. 15.	10 Gregorij 4	8 Theophili.	*Ludouici I. Pij Imp. Occid. an.* 24. In Flandria moritur Odoacer: succedit illi in Præfectura filius Balduinus, cognomento Ferreus, qui postea primus Flandriæ Comes futurus est. *Chron. Fland.* post obitum Murmanni in minori Britannia, datus illi Prouinciæ Dux ab Imperatore Neomenius. *Regino.* Ordonius Rex Legionensis, post receptas ciuitates à deuictis Mauris, Caurium, & Salmanticam (magnarum rerum initia) defunctus est Oueti, Æra 875. *ex Roderico,* regnat Alfonsus filius, dictus Magnus. historiam *lege apud Marianam lib. 7. c.* 16, 17, 18, & 19.	24 Ludouici I. Pij.
838 Indict. 1.	11 Gregorij 4	9 Theophili.	*Ludouici* I. *Pij Imper. Occid. ann.* 25. Obiit Pipinus, Aquitaniæ princeps. Ludouicus Imper. qui anno præcedente Carolo dedit Neustriam: (*Marianus Scotus, & Auentinus* Burgundiam, & Rhetiam vocant, rectiùs Gallia est à Parisiis & Aurelianensibus, inter Sequanam, & Ligerim, ad mare Oceanum excurrens) nunc ei adiungit Aquitaniam. reliquum Imperium dat Lotha-	25. Ludouici I. Pij.

rio. Ludouicus filius acceperat Bauariæ Regnum. *Aimoin. Auentin. Chron. Pithœi, & alij*, nihil de Pipino puero. Pipini Principis filio. Dux apud Venetos conſtituitur Petrus Tradonius, ſubrogatus Ioanni exuli vitâ functo. Theophilus Duce Manuele, viro bellicis artibus inſigni, vincit Saracenos. *Cedren. Zonar.* captiui ducti ad 25 millia. Moritur Egbertus Anglorum & Saxonum Occidentalium Rex, auctoritate iam, vt dixi, Regno, & Danis repulſis: ſuccedit Ethelwolfus, qui incurſantes iterùm Danos vicit, ac repulit. *Polydor. lib. 5. ſub initium, Malmesber.*

839 | 12 Gregorij 4 | 10 Theophili | *Ludouici I. Pij. Imper. Occid. anno 26.* Theophilus nouâ expeditione Syriam vaſtat, capta Soſopetra Principis Saracenorum regia vrbe. *Cedren, Zonar.* Ludouicus Imperator, Ludouicum filium, Bauariæ Regem, inuadẽtem Germaniam vlterà Rhenum, compeſcit armis: & iuniorem Pipinum, ad patris Regnum aſpirantem repellit. *Aimoin. Auentin.* Abdertamen Princeps Maurorum in Hiſpania nunc obiiſſe putatur, ſuccedente filio Mahometo. Kennethus Scotiæ Rex Pictos vincit ad Steraglinum: & captis vrbibus, præſidia imponit. *Hector Boet. refert Baronius* Epiſtolam Gregorij ad Epiſcopos Galliæ & Germaniæ: qui non leuem habebant nunc contentionem. ibi aliqua de Appellatione ad Papam.

Indict. 2. | 26 Ludouici I. Pij

840 | 13 Gregorij 4 | 11 Theophili. | *Ludouici I. Imperat. Occid. anno 27.* Ludouicum iterùm res nouas in Germania molientem, pater ducto exercitu in fugam compulit. morbo correptus Imperator, miſit ad Lotharium filium Imperialia inſignia. ſanctè diem clauſit Princeps veré Pius: ſed ſortaſſis indulgentior aliquantulùm. Ex filijs, Ludouicus Germaniam tetinere voluit totam vltra Rhenum: Carolus, dictus Caluus Occidentalem ſuam Galliam, & Aquitaniam. de horum Regnorum nomimibus *lege Aimoin. libro 5, cap. 19.* Picti Othonienſes, cæſis Scotorum præſidiis, iterùm rebellant: quos propterea Kennethus Scotiæ Rex, collecto exercitu, occidione deleuit: Camelodunum urbem præcipuam cepit, Regnumque integrum tenuit. *Boet. libro 10. Polydor. Vergil. libro 4 in fine. Leslæus libro 5 in Kennetho, Bucchan. extremo libro quinto.* poſt hanc victoriam Scotus Transforthanam regionem, citerioreſque omnes, etiam Auguſtam, & Merniam, ſic à duobus fratribus exindè dictas, poſſedit. Sicardo Principe Beneuentano per tumultum occiſo, Capuani & Beneuentani Aldegiſum (qui Principatum inuaſerat) & Salernum vrbem expugnare aggrediuntur Sicardi filio Siconolfo Principe creato. *Sigon.*

Indict. 3. | 27 Ludouici I. Pij.

841 | 14 Gregorij 4 | 12 Theophili | *Lotharij Imp. Occid. anno 1.* Flagrante inter fratres in Gallia bello ciuili, victoriam, ſed cruento certamine reportant Ludouicus, & Carolus, qui firmauit ſic Regnum à patre ſibi relictum. *Guittardus, Æmilius, Sigon.* hac memorabili Francorum Procerum clade, Regni vires attenuatas plurimum, *addit Sigebertus* pugnatum ad pagum Antiſiodorenſem, *inquit idem Author.* Beneuentani adhuc diſſidentes; euocant hi ex Africa, illi ex Hiſpania Saracenos. Barbari Barium oppidum occupant. tenueruntque annis 30, & tùm Campaniam Beneuentani Ducis, tùm Apuliam & Calabriam Græci Imperatoris Prouincias infeſtas habuerunt. *Sigonius, Blondus, Anaſtaſius, Chron. Caſſinat.*

Indict. 4. | 1 Caroli 2. Calui.

842 | 15 Gregorij 4 | 1 Michaelis & Porphyrogeniti. | *Lotharij Imperat. Occid. an. 2.* Vitâ functus eſt Theophilus Imperator Orientis 19 Ianuarij. Imperio ſuccedit filius Michael adoleſcens, dictus Porphyrogenitus, ſimul cum matre Theodora: ſub quibus imperantibus conuocata Synodo, cultus

Indict. 5. | 2 Caroli 2. Calui.

imaginum restituitur: pellitur Ioannes Patriarcha impius, substituto Methodio: comprobatur Nicena Synodus Oecumenica, *ex Theophane apud Curopalatam, & Baron. qui etiam notat ex Gennadio*, Theophilum in morte resipuisse. solennis fuit hæresis huius ista proscriptio. *de qua prolixè Baron. Zonaras, Cedren. & Sigon.* Recrudescit in Gallia bellum inter fratres. Sed pulso Lothario, statuitur dies rebus ex arbitrio prudentum compo. nendis. *Guitar. (nepos Caroli Magni ex Bertha filia) Auentin. Sigebert. Sigon.*

843 | 16 Gregorij 4 | 2 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | 3 Caroli 2. Calui

Indict. 6.

Lotharij Imperat. Occid. anno 3. Quadraginta Proceres vtrinque delecti, Verduni 26 Martij ita componunt fratrum discordiam. Carolus Caluus Rex Franciæ dictus est, quæ contineretur Oceano, Pyrenæis, Rhodano, Arari, & Mosaquæ ex Vogeso monte (qui diuidit Burgundos à Lotharingis) excurrit in Hollandiam & Oceanum, quanta scilicet nostro seculo est Gallica Monarchia cis Rhodanum. Ludouico cessit Hunnia, & Germania tota vltra Rhenum. Lothario reliquæ opes Imperij, in Italia, Burgundia, & Austrasia, inter Rhenum & Mosam. hic Princeps à se nomen fecit Lotharingiæ, vbi hæsit, Ludouicum filium Italiæ Regem designans. *ita Historici, Appendix ad Aimoinum, Sigeber. Aemil. Sigon. & alij.* Iconoclastarum calumnia de procaci muliere in Methodium, detegitur. *Baron.* Moritur Gregorius quartus. *Idem.*

844 | 1 Sergij 2. | 3 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | 4 Caroli 2. Calui.

Indict. 7.

Lotharij Imperat. Ocid. anno 4. Quarto Idus Februarij electus Pontifex est Sergius, nominis huius secundus, pulso Ioanne Diacono, violenter Sedem occupare volente. fuit hic Sergius Romanus, patre Sergio. nec ille paternum nomen mutauit, vt aliqui fabulantur. primus Pontificum, qui nomen mutasse dicitur, fuit Sergius tertius. nec id, ob dedecus, sed ob reuerentiam. non est tunc missus à patre Lothario Ludouicus, vt electionem hanc Pontificis confirmaret: quod falsò adiecit Historiæ *Sigebertus*: sed vt coronaretur à Sergio. hoc testantur huius temporis Scriptores, *Ado* ad annum 841, & *Anastasius*: recentiores, *Aemilius, Sigon. Baron. & alij.* quorundam quidem suasu, iuuenis hostilia moliri visus est in Romanos. cui proindè aduentanti, si pacatus ades (*inquit Sergius*) patebunt templi fores: sin quid secus, pendet è cœlo in hostem ensis, valuas caue tetigeris. ad quam vocem mutatũ iuuenis animũ, *refert idem Aemilius.* & historiã *narrat Sigonius*, affirmãs tunc quoque Imperatoria coronã insignitum. mox Papiã regreditur. in Gallijs Bernardus, Barcinonensis Comes à Carolo narratur nunc occisus. posteà Comites fuisse ibi hereditarios volunt Hispanicę Historiæ. Pipinus Iunior, Caroli Calui nepos, profligato Caroli exercitu, Aquitaniam retinuisse putatur, concedente tandem Carolo, *vt habent Acta Concilij Suessionensis*, quando Carolus bello Britannico aduersus Neomenium implicitus detinebatur. *Guitard.*

845 | 2 Sergij 3. | 4 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | 5 Caroli 2 Calui.

Indict. 8.

Lotharij Imperat. Occid. anno 5. Theodora, Orientis Augusta: Bulgaros bellum meditantes, traducit tum ad pacem firmandam, tùm ad sacra Christiana recipienda. *Curopalata, Baron.* in Concilio Bellouacensi (*Beauuois*) habito, ferè decennio post abdicationem Ebbonis Archiepiscopi Rhemensis; electus est in Præsulem Hincmarus, Monachus Sancti Dionisij Parisiensis. *Frodoardus lib. 3 de Eccles. Rhemen. Baron.* nunc quoque habitum Meldense Concilium, (*Meaux*) sed mense Iulio, post incursionem Normannorum in Regnum Caroli, Lutetiam vsque, *vt acta testantur*, incenso ibidẽ Monasterio Sancti Germani.

845 | 3 Sergij 2. | 5 Michaelis 3. Porphyrogeniti | 6 Caroli 2. Calui.

Lotharij Imp. Occid. an. 6. Carolus ingressus minorem Britan.

niam, vincit & fugat Neomenium Ducem, qui se Britanniæ Regem dicebat. *Vetus Chron.* Saraceni ex Africa, Romana suburbia Transtiberina deprædantur: Basilicas SS. Petri & Pauli auro & ornamentis spoliant: & post magnam Italiæ illatam cladem, dùm redeunt in Africam, naufragio periisse, *narrant Anastasius in Leone Sergij successore, & Leo Ostiensis in Historia Casinen. libro 2. cap.* 29. moritur in Oriente Sanctus Ioannicius Anachoreta, ætatis anno 115, 3 Nouemb. *Acta.* Meldensis Synodi Præsules, iterùm nunc Parisiensem Synodum habent; vrgentque, vt Acta Meldensia seruentur. *Acta Melden. Syn.*

Indict. 9.

847 | 1 Leonis 4. | 6 Michaelis 3 Porphyrogeniti.

Lotharij Imp. Occid. an. 7. Theodora Manichæos extirpat. *Cedren.* Normanni iterùm Frisiam depopulantur. *Chron. vet. Franc.* Etheluolfus Anglorum Rex, Romam deuotionis causa peruenit. cum quo Subdiacono, dispensat Leo quartus Regni causâ, vt vxorem ducat. hic partem regni vectigalem fecit Ecclesiæ Romanæ. *Polydor. lib.* 5, vbi addit instauratam ab hoc Rege Scholam Anglorum Romæ. obiit Sergius Papa pridie Idus Aprilis: substituitur Leo quartus, Romanus. *Anastas.* hic Leo sub Lothario, euicit liberam electionem Romani Pontificis. *extat eius Decretum distinctione* 63, *cap.* 31. *Baron.* cum Laici bona Ecclesiastica & iura inuaderent: vt ante Meldis; ita nunc Moguntina Synodus, contra hunc abusum habita est. dicta est prima sub Rabano, viro doctissimo, qui ex Abbate Fuldensi hoc ipso anno, successit ibidem Otthgario Episcopo defuncto. Obijt S. Methodius Patriarcha Constantinopolitanus: successit (*vt ait Curopalata*) Ignatius.

7 Caroli 2. Calui

Indict. 10.

848 | 2 Leonis 4. | 7 Michaelis 3. Porphyrogeniti.

Lotharij Imper. Occid. 8. Secunda Synodus Moguntina sub Rabano habetur. *Baron. vetus Chron. Pithœi.* Leo Papa Basiliscum serpentem, & incendium pellit. *Sigon. anno* 847. vrbem nouam condit, ad muniendum templum S. Petri; Leonina dicta est. *Baron. Blond. Platina, Sabel.*

8 Caroli 2. Calui

Indict. 11.

849 | 3 Leonis 4. | 8 Michaelis 3. Porphyrogeniti.

Lotharij Imper. Occid. 9. Bohemi rebellant Gallorum Imperio minus assueti, & vincuntur à Francorum exercitu. Sed inter victores Duces discordia, causam dedit insigni ibidem Francorum cladi. *Sigeber. Auentin.* Neomenius Dux Britanniæ, dùm Carolus in Aquitania est, Nannetes & Redonas ciuitates euertit. *Vetus Chron.* Aduentantibus iterùm Romam Saracenis ex Africa, Leo muros restaurat, Ostia Tiberina munit, & aduocatis Neapolitanis ac Caietanis classem adornat, quæ ipso Leone præsente & hortatore, Saracenorum classem penitus deleuit. *Blondus, Sabel. Sigon. Baron.* hoc malè retulit *Sigebertus* ad annum. 837.

9 Caroli 2. Calui

Indict. 12.

850 | 4 Leonis 4. | 9 Michaelis 3. Porphyrogeniti.

Lotharij Imp. Occid. 10. Neomenius è Britannia minore Turonensem Prouinciam vexans, omniáque iura diuina & humana violans, percussus in capite miraculosè, perijt. *Vetus Chron. Regino.* Carolus ducto in Britanniam exercitu, Erispoium Neomenij filium vincit; non tamen sine suorum clade. circa hunc annum Rex Alfonsus, Lusitaniæ partem receptam à Mauris, concessit Christianis. *Francisc. Tarafa.* sed incertus valdè est rerum hoc seculo gestarum annus, in Hispania. Historiam tamen veram de rebus huius Alfonsi, qui Magnus dictus est, *habes apud Marianam lib* 7. *c.* 17. *&* 19.

10 Caroli 2. Calui

Indict. 13.

851 | 5 Leonis 4. | 10 Michaelis 3. Porphyrogeniti.

Lotharij Imp. Occid. 11. Dum Principes Beneuentani, vocatis in societatem Saracenis, hostilia omnia exercent: Ludouicus Italiæ Rex, collecto exercitu, Saracenos pellit Beneuento vrbe: & Principatus partem vnam, cum expugnatâ urbe dat Adelgiso. alteram, quæ Salernum habebat, Siconolfo. *Leo Ostien. Ado, Sigon.* initium hoc putatur Principatus Salernitani. *Ostien.* Pipini

11 Caroli 2. Calui

Indict. 14.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Regis Aquitaniæ filius Pipinus minor, cum fratre, pelluntur à Carolo ad vitam Monasticam. *Sigeber. anno* 852. obiere circa hunc annum Lambertus, Comes Nannetensis, & Erispoius Neomenii filius: successit Salomon Britanniæ minoris dictus Rex, sed à Carolo pendens. in anno consignando valde discrepant Historici. *Vetus Chron. Regino, Sigeber. & alij.* Normanni, seu Dani, è Cymbrica Chersoneso iterùm egressi, Nannetes, Turones, & alia loca incursionibus vexant, *Sigeber.* 853. Partem Regni concessam nunc ad habitandum, *habent aliqui Annales.* floret Angelonus Monachus Sancti Benedicti, qui scripsit in lib. Regum, & Cantica. Martyres huius anni apud Saracenos, præsertim in Hispania, *dat Baronius.*	
852 Indict. xj.	6 Leonis 4.	11 Michaelis 3 Porphyrogeniti.	*Lotharij Imp. Occid.* 12. Nunc Leo, Vaticani suburbij muros compleuit, ducta eò Corsorum Colonia. locum à se Leoninam dixit. *Anastasius, Platina.* Sardis quoque datus est vicus 30 mil. distans, dictus Sardorum vicus. *Anastas.* Pseudosynodus, auertens à Martyrio, habetur in Hispania, Cordubæ sub Saraceno principe, & miraculosè à Deo improbata. *Baron. n.* 10. Synodus Moguntina 3 habetur sub Rabano. *Idem n.* 24. 25.	12 Caroli a Calui.
853 Indict. j.	7 Leonis 4.	12 Michaelis 3 Porphyrogeniti.	*Lotharij Imperat. Occid. anno* 13. Concilium Suessione habetur in Gallia, præsente Carolo Rege: cum enim Hincmarus, Ebonis Archiepiscopi Rhemensis successor, non reciperet quos Ebbon abdicatus promouerat ad Ordines Ecclesiasticos; concluſit Synodus in horum promotorum damnationem. *Frodoard. in Historia Rhemen. lib.* 3 *cap.* 11. de huius Synodi per Sedem Apostolicam subreptitia confirmatione, & vera postea reprobatione, *lege ad hunc annum Baronium num.* 1. Romæ habetur Concilium sub Leone, adsunt Episcopi 67. Canones 42. actum de morum emendatione. ibidem abdicatus Anastasius Presbyter tit. S. Marcelli, quod diu è sua Ecclesia abfuisset. *Baron. num.* 32. In hũc annũ cõiecit fabulã suam *Marianus Scotus* de Papa Ioanne fœmina: nẽpe, si Dijs placet, adhuc biennio ante obitum S. Leonis. miror interdùm occupariviros eruditos in hoc figmẽto, quod contemnendum esset, confutando. vixit Marianus 200 annis post tempora huius Leonis. nec ante eum, vlli hoc venit in mentem de Romana Ecclesia. confictũ fuit idem mendacium, anteà in Ecclesiã Constantinopolitanam, *ex Epistola Leonis noni.* quã tẽpore Mariani calumniam, poterãt facilè illius tẽporis Schismatici, potentes & armati, excogitasse peruersè in Romanam. nobis, hoc delirium de hac vocatione Sedis reuocasse ad originem, est satis refutasse. *tu lege Anastasium illius temporis Scriptorem, Baronium, Onuphrium, Genebrardum in Benedicto, Remumdum Senatorem Burdigalensem, & alios,* qui cõmentum hoc abundè confutarunt. moritur Hemmo Episcopus Haberensis: & Scriptor. *Vetus Chron. Pithœi.*	13 Caroli 2. Calui
864 Indict. 2.	8 Leonis 4	13 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Lotharij Imperat. Occid. anno* 14. Normanni, qui à 20 annis Gallias infestabant; nunc in patriam regressi, socios se faciunt ciuilis belli, quod ibi gerebatur: in cuius primo conflictu omnes ceciderunt; & ex sanguine Regio, solus superstes inuentus est, puerulus Siuardus. *Vetus Chron. Pithœi.* Leo Papa Centumcellas, oppidum euersum à Saracenis, commodiore loco restitutum vocat Leopolin. *Anastas.* Sicilia, quæ adhuc ad Græcum Imperatorem pertinebat, primas causas Ecclesiasticas deferebat ad Constantinopolitanum Patriarcham, vbi ab Ignatio Patriarcha damnatus Gregorius Syracusanus Episcopus, magnum Schisma posteà excitauit. *Baron.* Michael Imperator matri & monitoribus asper, pessimos induit mores.	14 Caroli 2. Calui.

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
855	9 Leonis 4 1 Benedicti 3.	14 Michaelis 3 Porphyrogeniti.	*Lotharij Imp. Occid. an.* 15. Lotharius Senior, post electam vitam Monasticam breui moritur: filius Ludouicus manet Imperator Romanus, & Rex Italiæ. Carolus frater Burgundiam accipit, dictam Transiuranam, Alpes, Prouinciam, & Delphinatum. Lotharius tertius frater, Burgundiæ Comitatum (*la Franche Conté*) & reliquum, quod patris erat, Auastrasiæ Regnum cis Rhenum. *Ado, Regino, vetus Chron.* Kennethus Scotiæ Rex obijt Regni anno 20, quod optimis legibus, & amplissimis victorijs stabiliuit, & auxit. *Hector Boet. Lesleus.* habetur hoc anno in Gallia, mense Ianuario, Synodus Valentina, contra Gotheschalthi Scoti errores, de Prædestinatione, & Iustificatione: decernit Synodus seruanda esse Conciliorum Africani & Arausicani Decreta: Episcopos nominatos à Regibus esse examinandos: & vetitas esse duellas. *Acta, Baronius num.* 1. Moritur Leo 16 Kalend. Augusti. *Anastas.* statim electus est Benedictus, Romanus Presbyter tituli Callisti. obtruditur quidam Anastasius, vir pessimus: artibus, vt aiunt, Imperatoris Ludouici: sed repulsus à Clero & populo.	15 Caroli 2. Calui
856 Indict. 4.	2 Benedicti 3.	15 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici II. Imp. Occid. ann.* 1. Michael Imperator, cùm iam adoleuisset, Theodoram matrem ab Imperij administratione repulit, relegatam in Monasterium; & occisis viris optimis, in vitia prorumpit. *Cedrenus, Michael Glycas, Zonar.* Ludouicus Germaniæ Rex Dalmatas subiugat, redditq; tributarios. *Auentin. vetus Chron.* floret Nogorus, Episcopus Leodiensis. *Trithem.* moritur Rabanus Archiepiscopus Moguntinus. *Chron Pithœi.* Rex Lazorum trans mare Caspium, visitat Limina Apostolorum Romæ. *Anastas.*	16 Caroli 2. Calui.
857 Indict. 5.	3 Benedicti 3.	16 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici II. Imp. Occid. an.* 2. vita functus est Etheluolphus Angliæ Rex: Regno successit Ethelbaldus filius: sed hoc Rege post paucos mẽses mortuo, Regnũ accepit eius filius Ethelbertus. *Histor. Anglorum, Polyd. lib.* 5. *Baron.* vxor defuncti Etheluolphi Iudith, filia Caroli Calui, abducta à Balduino Flandriæ Comite, tandem consentiente Carolo mansit illi vxor; concesso Flandriæ Comitatu, titulo dotis, sed Feudali. *Annales Franciæ, & Chronicon Flandriæ Marchantius lib.* 1, *in Balduino* 1.	17 Caroli 2. Calui.
85 Indict. 6.	1 Nicolai I.	17 Michaelis 3 Porphyrogeniti	*Ludouici 2. Imp. Occid. an.* 3. Carolus Senioris Lotharij filius, Rex Burgundiæ, & Prouinciæ, nunc diem clausit. *Regino.* Duo fratre Regno succedũt. Ludouicus Prouinciam, Delphinatũ, & Alpes accipit: Lotharius Iunior Burgũdiam. *Æmilius. vide* 855 vita functus est Benedictus Põtifex, 16 Febr. Nicolaus primus Romanus multũ renuens substituitur. *Anast. & Sigon.* qui exhibita illi à Ludouico Cæsare narrant Stratoris obsequia. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus è Sede deturbatur iniustè: subrogatus Photius Laicus, contra Canones, factione Bardæ Patritij. vnd posteà graues Tragœdiæ. *Nicetas in Vita Ignatij. Cedren. Baron.*	18 Caroli 2. Calui.
859 Indict. 7.	2 Nicolai I.	18 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici 2. Imp. Occid. an.* 4. Ludouicus Germaniæ Rex, anno præcedente inuitatus à plerisq; Galliæ Proceribus Carolo infensis, venit in Gallias armatus, toto penè Regno potitus; nunc partim suasu Episcoporum, partim rebellione Sorabica reuocatur, & Carolo mãsit saluũ ex insperato Regnũ. *vetus Chron. Pithœi* habetur apud Tullũ Synodus; in qua, iterata dãnatione Gotheschalthi de prædestinatione, actũ est de pace inter fratres, & proditione Ganelonis, Archiepiscopi Senonũ, qui à Carolo defecerat ad Ludouicũ: huius proditionis nomẽ celebre euasit, *ex libello Caroli de hac re. Vetus Chron. Pithœi, Baron. n.* 17. Michaele Imperatore Theatra sectante, Barda creatus Cæsar, omnia moderatur. *Curopalata.* Idẽ Scholas celebres curat aperiri Constantinopoli, quo tẽpore Psellus florebat, & Metaphrastes, *vt colligit Baron. hæc narrat Cedren*	19 Caroli 2 Calui.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
860	3 Nicolai I.	19 Michaelis 3 Porphyrogeniti.	*Ludouici* 2. *Imp. Occid. an.* 5. Picti exules regressi, ope Anglorum, in patriam, primùm quidem vincuntur à Scotis: sed dùm Scotus vagatur liberius, neglectâ militari disciplinâ, insignem referunt Picti victoriam, capto Scotorum Rege Donaldo. Pacis conditio fuit, vt Pictorum esset regio à Cluda amne ad Fortheã, & Stirueling um. Breui mortuo Donaldo, succedit Constantinus Kenneti filius. *Hector Boet. lib.* 10. *Leslæus lib.* 5. *Narrant Francorũ Annales*, Authore Carolo Caluo, floruisse nunc plurimùm in Gallijs, literarum studia. hoc eodem anno plenè firmata pax est inter Francorum Reges, tum fratres, tum nepotes.	20 Caroli 2. Calui.
861	4 Nicolai I.	20 Michaelis 3 Porphyrogeniti.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 6. Robertus (à quo genus Capetorũ) è nobili Ducum Saxoniæ familia oriundus, nunc constituitur à Carolo Rege Comes, & Rector Galliæ, quæ est à Sequana ad Ligerim cõtra Britones, & Normannos. *Regino.* in Oriẽte Petronas Dux illustri potitur victoria de Amore, duce Saracẽo. *Cedren.* in Anglia moritur Ethelbaldus Occidentalium Saxonũ & Anglorũ Rex. eius Regnum deuoluitur ad Ethelberdum fratrẽ. de Regni huius incremẽto *supra dixi.* Constantinopoli in Conciliabulo 318 Episcoporũ, Ignatius reuocatus ab exilio, iniustè abdicatur: præuaricãtur, & subscribũt sentẽtiæ, Legati Apostolici: quã postea Nicolaus Papa renuit confirmare. *Nicet. in Vita Ignat. Barõ. Cedren.* edidit tunc Photius suũ, *vt ipse vocat*, Nomocanonẽ: qui habet Collectionẽ Canonum; Responsiones Pontificum, cum 17 huius Pseudosynodi Canonibus, ad finem Canonum septimæ Synodi. habetur Lateranensis Synodus in causa Ioannis Episcopi Rauen. *Acta apud Anastas. in Nicolao Papa.* huius Archiepiscopi pœnitentiam, & præcepta illi imposita à Pontifice Summo, *refert Baronius. nu.* 57. Regnum Moscouitarum nunc putatur exortum, *ita Sigismũdus Herbesten. in Tractatu de Moscouitis, & Martinus Cromer. in Historia Polonica.*	21 Caroli 2. Calui
862	5 Nicolai I.	21 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 7. *Martinus Cromer. lib.* 2 *Historiæ Polonicæ*, affimat hoc tempore regnasse Poloniæ Regem Piastum, (successorem popieli Iunioris, quem ferunt à muribus deuoratum) sapientem Regni moderatorem: obijsse dicitur ætatis anno 120, regnatum ab eius posteris est vsque ad Casmirum 2. Habetur Synodus Romæ, in qua damnatur Theopaschitarum Hæresis, iterum reuiuiscens. de qua *Nicolaus Epistola* 7. *Baron. numer.* 20.	22 Caroli 2. Calui.
863	6 Nicolai I.	22 Michaelis 3. Porphyrogeniti.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. ann.* 8. Habita Romæ Synodo, Nicolaus Zachariam Episcopum abdicat, præuaricatorẽ nempe Legatum in causa Ignatij (abfente socio Rodoaldo in Gallijs,) & Photium Anathemate obstringit. damnatus Photius, in Summum Pontificẽ retorquet Anathema. *Anastas. in Præfatione* 8 *Synod.* Archiepiscopi Guntharius Colonien. & Theutgandus Treueren. qui præfuerunt infami Mentensi Concilio, habito de repellenda Lotharij vxore, Romam missi damnantur, vnà cum Synodo illa, à Nicolao. *Sigeber.* & desperata restitutione, adhærent Photio, & Schismaticis. *Anastas.* quæ fuit occasio Photio, vt Synodum postea moliretur contra Romanum Pontificem. *Anastas. Baron.* Nicolaus Papa Rhotaldum Episcopum Suessionen. restituit, & Hincmarum, nisi pareat, suspensum reddit à functione muneris. *Baronius.*	23 Caroli 2. Calui.
864	7 Nicolai 1.	23 Michaelis 3 Porphyrogeniti.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 9. Carolus Princeps Aquitaniæ, Calui filius, moritur. *Ado.* Rossi ad Septentrionalem Taurum montem incolentes, classe vexant Pontum Euxinum, Traciamque. *Cedren. Zonar.* de Synodo illa Romæ indicta in causa adulterij Lotharij; de Nicolai cura pro Ecclesiastica disciplina, & Episcoporum plurium naufragio spirituali. *Baron. hoc, & præcedente anno.* Ni-	24 Caroli 2. Calui.

Indict. 8.

Indict. 9.

Indict. 10.

Indict. 11.

Indict. 12.

colaus in illa Synodo in firmat Metense Concilium, quod Lotharius haberi fecit pro confirmatione suæ turpitudinis, an. 863.

865 | 8 Nicolai 1. | 24 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 13.

Ludouici II. *Imp. Occid. an.* 10. Ludouicus Imperator Saracenos Campaniam Italiæ vastantes compulit in Calabriam, & Bario incluſos cingit obsidione. *Sigon. Leo Ostien.* hic annus est, quo Balduinus pace composita, Comitatum accepit Flandriæ à Carolo. *Chron. Fland. vide an.* 857. Nicolaus euincit restitutionem Rhotaldi Episcopi. Prima, & varia deinceps Canonum collectio, *refertur hic à Baronio*; authoribus, Isidoro, Burchardo, & Gratiano. de Michaelis Legatione Barbarica, & literis blasphemis, ac iniuriarum plenis ad Nicolaum, *scribit ibidem hoc anno Baronius.*

25 Caroli 2. Calui.

866 | 9 Nicolai 1. | 25 Michaelis 3. Porphyrogeniti. | Indict. 14.

Ludouici II. *Imp. Occid. an.* 11. Bardam Cæsarem in affectatæ Tyrannidis suspicionem adductum, occidi fecit Michael Imperator, idque primo Aprilis, opera præsertim Basilii Macedonici: quem iussit Cæsarem esse, & coronari 26. Maii. *Cedren.* Petro Venetorum Duce occiso, subrogatur Vrsinus, *Sabel.* Ethelberdo Regi Anglorum vita functo, succedit frater Ethelredus. hic, spatio quinque annorum quibus regnauit, victoriam nouies reportasse dicitur aduersus Danos. *Malmesber.* Bulgari nuper ad Sacra Christiana conuersi, Legatos destinant ad Nicolaum: quos ipse omni ope, & missis Sacerdotibus iuuit. *extant huius Nicolai responsa ad Consultationes Bulgarorum. Baron. Historiam narrat de hac Legatione.* fecit nunc conuocari Nicolaus Suessionensem Synodum, de Clericis ab Hincmaro damnatis. *extat Epistola ad hos Episcopos, quæ est* 46. & qua prius Concilium Suessionense, à Benedicto per subreptionem approbatum, dissoluit. *lege Epistolam & Baron. num.* 48.

26. Caroli 2. Calui.

867 | 10 Nicolai 1. | 26 Michaelis 3. Porphyrogeniti. I Basilij Macedonis. | Indict. 15

Ludouici II. *Imp. Occid. an.* 12. Habetur Trecensis Synodus 9 Kal. Nouemb. velut Appendix ad Suessionensem anni superioris. quâ peracta, tandem Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, Nicolao abundè satisfecit: & vicissim Nicolaus ad eundem dedit Epistolam, quæ est 70. *extat apud Baron.* scripta 10 Kal. Nouembr. scil. inchoatâ prima indictione, quæ est historica de causa Photii: continetque Græcorum calumnias in Latinam Ecclesiam refutatas ab eodem Nicolao. pleraque ibidem de Photio inuasore alienæ Sedis, multarum præuaricationum reo; & quem primum in Schismate sectatores Græci authorem habent, dignum tantæ seditionis patronum. hic primus Occidentali Ecclesiæ ad hæresim adscripsit, quòd doceret Spiritum Sanctum etiam à Filio procedere. de qua agens Processione *prolixus esse voluit Baronius ad hunc annum*, ex antiquis Patribus multa decerpens.

27 Caroli 2. Calui.

Michael Basilio Cæsari recta monenti infensus, & necem meditans: ab eodem, ne ipse periret, obtruncatur. *Zonar.* Basilius acclamatus Imp. impedit, ne Anathemata in Nicolaum proferantur à Pseudosynodo: Photium à Sede Patriarchali pellit, Ignatiũ restituit, sanè quòd iam tertiò esset Photius à Nicolao damnatus *(quicquid dicat Schismaticorum fautor Zonaras)* vt testatur ipsemet Imp. Basilius, Epistola ad Nicolaum. *extat. Tom.* 3. *Epist. Decret. pagina* 271. *& refertur à Baronio.* Moritur Nicolaus Idibus Nouembr. laudatissimus Pontifex. Adrianus 2, Romanus, omnium consensu eligitur, 13 Kal. Ian. Anastasius Pontificum Catalogum finit in Nicolao. Normanni hoc anno in finib. Turonum & Pictonum omnia populantur. Dani cum Duce suo ab Anglis vincuntur. *Malmesb.* clades ab Africæ Saracenis illata Dalmatiæ vrbibus, *Cedren. Zonar.*

868 — Indict. 1. — Adriani 2. — Basilij I. Macedonis. 1 Constantini. 8 — Reg. Frac. 28 Caroli 2. Calui.

Ludouici II. *Imp. Occid. an.* 13. Basilius Imperator, audita quorūdam conspiratione, filios Constantinum & Leonem socios Imperii pronuntiat. *ex Octauæ Synodi Act.* 8, & classe centum nauiū contra Saracenos in Dalmatiam missâ, eos repulit in Calabriam. aduersus quos Ludouicus Imp. Lotharium fratrem vocat, ad opem ferendam. (*de quo ad an.* 855) quam ille libenter tulit, receptis aliquot oppidis anteà occupatis à Saracenis. *Sigon.* Interim acta causa Photii Romæ est, missis ab Imperatore Basilio Legatis. vbi Conciliabulum Photii damnatur, & exusti eius libri: duos enim scripserat blasphemos; vnum in Nicolaum, alterum in Ignatium. *Anastas. & Baron. anno hoc eodem, & præcedente.*

869 — Indict. 2. — Adriani 2. — Basilij I. Macedonis. 2 3 — Reg. Frac. 29 Caroli 2. Calui.

Ludouici II. Imp. Occid. ann. 14. Missæ in Calabriam à Basilio 300 naues, quæ se iungerent Ludouico; ac si tandem 4 obsidionis anno Barium oppidum receptum, & subuersum est. *Cedren. Sigon.* Lotharii militibus morbo consumptis, dum ipse data fide de recipienda vxore, absolutus à Papa domum regreditur, obiit Placentiæ 7. Augusti. *Annal. Regino, Sigon.* Carolus, Lotharii nepotis Regnum occupat. interdicit Papa Carolo, ne Regnum, Ludouico Lotharii fratri debitum, inuadat. Sed antequam hæc Legatio perueniret ad Carolum, Episcopi in Metensi Concilio, pridiè Idus Septembris, decreuerunt Regni coronam Carolo, quam ideò prædatoriam Synodum dictam, *scribit Baronius nu.* 100. quòd Regnum legitimo hæredi abstuliisset. interim ille Papam placare studet. *ex Aimoin. lib.* 5. *c.* 24.

Cum peruenissent Adriani Legati Constantinopolim, celebratur Concilium octauum Generale, mense Octobri, præsente Imperatore, & Ignatio Patriarcha. *legè Baron.* hic recepti sunt Lapsi pœnitentes. Photius impœnitens vocatus, & damnatus. eius libri in Nicolaum, & Ignatium exusti. demùm Anathema dictum in Iconomachos. ad has octo Synodi Actiones, additæ sunt anno sequenti nona, & decima. Canones 27 *recitat Baron.* quorum 21 est de honore Sedis Apostolicæ. Cæterùm hodiè à Græcis ignoratur vera octaua Synodus: & eius loco spuriam illam Photianam substituunt. nec defuit, qui Synodum Florentinam somniaret esse Octauam.

870 — Indict. 3. — Adriani 2. — Basilij I. Macedonis. 3 4 — Reg. Frac. 30 Caroli 2. Calui.

Ludouici II. Imp. Occid. an. 15. Carolus Caluus, & Ludouicus Germaniæ Rex, fratres, diuidunt inter se Lotharii Regnum, 28 Iulii. Ludouico data est vlterior Lotharingia: citerior Carolo, cum Burgundiæ Comitatu, Delphinatu, & Prouincia. *Aimoin. lib.* 5 *c.* 26, *Regino, Sigon. Baron.* Carolus expulit reluctantem sibi Gerardum, qui putatur fuisse Roscillioneus ille, à quibusdam celebratus, & Prorex nomine Ludouici Imperatoris in illis Prouinciis. de offensione nata inter Adrianum, & Carolum, ob Lotharii Regnum, & de Hincmari Senioris, & Iunioris, Episcoporum graui dissidio, *prolixè hic Baron. ex Aimoino lib.* 5. *& aliis.* Saraceni Anconam captam incendunt: sed à Duce Veneto profligati, perierunt. *Sabel. Blond.* qui narrat hoc primùm anno Græcos recepisse vsum campanorum ænearum in templis; quas dono miserat Veneti ad Imperatorem. Dani inuadentes Angliam, grauissimam Regno intulerunt cladem: hoc verò anno, post necem Edmundi Martyris, possident Prouinciam Orientalium Anglorum. *Malmesber. lib.* 2. *c.* 4. *refert hoc anno Baron.* Photium, Basilio Imperatore iubente, exulasse.

871 — Indict. 4. — Adriani 2. — Basilij I. Macedonis. 4 5 — Reg. Frac. 31 Caroli 2. Calui.

Ludouici II. Imp. Occid. an. 16. Ludouicus iterùm ab Adriano coronatur Imperator, rebus Campaniæ compositis. *Baronius* interpretatur coronatum successorem fratris Lotharii. Ludouicus ab Adelgiso deceptus, cogitur iurare, nunquam se Beneuēti fines intraturum. *Sigon.* hanc historiam variè narrant Scriptores. Basi-

lius in Oriente vincit Manichæos. *Cedren.*

872	5 Adriani 2.	6 Basilij I. Macedonis.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. ann.* 17. Missus à Ludouico Germaniæ Rege exercitus in rebellantem Morauiam, primùm vincitur, deindè nobilem reportat victoriam. *Auentin. Annal. Franc.* Victi á Ludouico Imperatore Saraceni, fugiunt primùm in Calabriam; mox in Africam. *Leo Ostienſis, Sigon.* Basilius vincit in Oriente Saracenos. *Cedren. Zonar.* Ethelfredus Angliæ Rex Danos proſternit: ſed accepto vulnere ipſe moriens, ſucceſſorem fratrem relinquit Aluredum, *Malmesber. Polyd. lib.* 5. vita nunc ceſſit Adrianus Papa, Kalend. Nouembris. ſuccedit Ioannes Papa Octauus, idq; 14 Decembr. *Aimoin. lib.* 5. *c.* 29. hic, quod nulli contigit Pontifici, tres coronauit Imperatores.	32 Caroli 2. Calui.
Indict. 5.				
873	1 Ioannis 8.	7 Basilij I. Macedonis.	*Ludouici.* II. *Imp. Occid. an.* 18. Carolus Franciæ Rex iacturam nunc ſecit duorum filiorũ, Caroli, & Carlomanni. *Aimoin. Annal. Franc.* Adelgiſus Beneuentanus ab exercitu Ludouici Imperatoris pulſus, fugit in Corſicam. *Sigon.* Dani plures iterùm Angliam inuadentes; aliquot occupant Prouincias, Duce Agnero. Eodemque anno in Scotiam irrumpentes, Conſtantinum Regem acie occiderunt: cui ſucceſſit Ethus poſt Danorum diſceſſum. *Hector. Boet. libro decimo, Leſleus libro quinto,* in Conſtantino.	33 Caroli 2. Calui.
Indict. 6.				
874	2 Ioannis 8.	8 Basilij I. Macedonis.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 19. Normanni per Ligerim Andegauenſes depopulantur: capta, ſed mox reddita ciuitate. *Aimoin. Regino.* Adelgiſus recipit Principatum Beneuentanum, regreſſus è Corſica & moriens Ioannem reliquit ſucceſſorem. *Sigon. non regnat, quem ratio non regit,* dixit hoc tempore quidam Regi Mahometo Cordubenſi, plæclarè Philoſophatus de morte. *Roderic. Sanctius in Alfonſo Magno c.* 12.	34 Caroli 2. Calui.
Indic. 7				
875	3 Ioannis 8.	9 Basilij I. Macedonis.	*Ludouici* II. *Imp. Occid. an.* 20. Ludouicus Imperator, Italiæ Rex, Lotharii filius, moritur Mediolani, menſe Auguſto, laudatus Princeps. *Regino.* vide annum 855. Carolus Caluus Romam repente aduenit, & à Ioanne Papa, 25 Decembr. die, coronatur Imperator, inchoata Indictione 9. Ludouicus Germaniæ Rex, Italiam Galliamque inuadens, quà donis & arte, quà armis repulſus eſt. *Ex Chronico anonymo, & Aimoino lib* 5 *c.* 32. *Sigon.* Engilberga Auguſta Monaſticam vitam eligit, *Sigon. Baron.*	35 Caroli 2. Calui.
Indict. 8.				
876	4 Ioannis 8.	10 Basilij I. Macedonis.	*Annus hic Carolo* II. *Caluo eſt Regni* 36. *idemque Imperii Occid. primus:* quo Papa in Concilio, Ticini habito, Imperium Carolo collatum iterum confirmat. *Baronius,* Ioannis Papæ factum hoc minus probat. Moritur Francofurti Kal. Septemb. Ludouicus Rex Germaniæ. vide an. 840. & 843. Vincit filiorum exercitus Caroli exercitũ: inuadebat enim defuncti fratris ſui Regnũ. tres filii Ludouici huius demortui Regnum partiti ſunt: Carlomãno, natu maximo, Baioaria euenit, Pannonia item, Carantanum, Bohemia, & Morauia: Ludouico Franconia, Thuringia, Saxonia, & Friſia, cum parte Lotharingiæ: Carolo Craſſo Alemannia, & altera Lotharingia. *Annal. Sigon. qui addit,* ab hoc tẽpore titulũ Imperatoris fuiſſe Pontificis Beneficium: & annos Imperii tantùm à conſecratione Pontificia repetitos. Normãni hoc etiam anno Gallias infeſtant. *Annal. Aimoin. Regino.* & Dani Angliã. *Polydor. l.* 5.	36 Caroli 2. Calui.
Indict. 9.				
877	5 Ioannis 8.	11 Basilij I. Macedonis.	*Caroli* II. *Calui Imp. Occid. an.* 2. Habetur Romæ Synodus, in qua cõfirmantur quæ in Gallia an. 876, acta ſunt ad Pontigonem, de Imperio Caroli. *Aimoin. lib.* 5. *c.* 33 Carolus Imperator, Ludouici Pii filius, rogatu Pontificis, & conſeruandi Imperii ſtudio impulſus, peruenit in Italiã; vbi Hebræi Medici dolo extinctus eſt, pridie nonas Octobr. *Aemil. Sigon. Baron.* ſuccedit Ludouicus filius, natu maximus, dictus Balbus, Rhemis octauo Decembris accepta corona, & Regni, & Imperii. *Appendix ad Aimoin. & alii.* Doci-	37 Caroli 2. Calui.
Indict. 10.				

bilis Dux Caietanus init fœdus cum Saracenis: quibus Garilianũ arcem in finibus Campaniæ concessit: quam illi 40 annis tenuerunt. *Leo Ostiensis, Sigon.* Ethus Scotiæ Rex, à paternis virtutibus multùm degener, tandem à suis Regno priuatur, & in carcerem coniicitur, substituto in eius locum Gregorio Rege laudato, Dõgaldi Regis filio. *Hector Boet. lib.* 10. *Lesłæus lib.* 5. Papa vexationem à Saracenis illatam cogitur redimere tributo annuo. *Ioannes Epistola* 89. *ad Carloman.* hi tumultus indictum Rauennæ à Pontifice Concilium impediuerunt. *Baron.*

878 | 6 Ioannis 8. | 12 Basilij I. Macedonis. | Indict. 11.

Ludouici III. *Balbi Imp. Occid. an.* 1. *Euincit Sigonius* ex veteribus Diplomatis, Carlomannum, nomine saltem tenuisse Italiæ Regnum per triennium à morte Calui. Lambertus Spoletanus Comes cum coniuratis Romam occupant. fugit in Galliam Pontifex, vbi septimo Septembris Ludouico Imperii coronam imposuit: regressus Romam, ductore Bosono Principe, inimicos primo Nouemb. diffugisse reperit. interim Baldus, patrueles Ludouicum, & Carolum Crassum, ad pacem constituendam induxit. *Sigon. Appendix ad Aimoin. lib.* 5. *capit.* 38. *Regino.* de Trecensi Synodo, cui interfuit Pontifex, celebrata mense Augusto, & in qua Anathemate obstrictus fuit cum suis Lambertus Comes; *lege Baron. nu* 5. Ad hunc annum Trecensis Concilii, Ado, Viennẽsis Archiepiscopus, Chronicon perduxit. Idem, author extitit Martyrologii. dies eius Natalis celebratur 16 Decembris. Oxonienſis Academia fundata, *inquit Trithem.* ab Aluredo Anglorum Rege, non iam quidem, sed Christi anno 895 erecta est, *ex Polyd. lib.* 5 *in fine.* Constantinopoli obiit Ignatius Patriarcha. Photius pessimus artibus Sedi restituitur ab Imperatore. Basilius Imperator Cæsaream Cappadociæ, pulsis Saracenis, recuperat.

I Ludouici 3. Balbi & 3. eius nominis Imp.

879 | 7 Ioannis 8. | 13 Basilij I. Macedonis. | Indict. 12.

Interregnum in Imp. Occid. Excessit vita Ludouicus Balbus Imperator, Cõpendii 10 Aprilis. Ludouicus & Carlomannus Balbi filii (quos *Tilius* nothos vocat) Reges Francorum consecrati ab Episcopis, post aliquot Procerum tumultus. Boso Princeps, Burgundiam occupans, ibidem se Regem coronari iussit, 15 Octobr. hunc Ioannes Papa adoptauerat, qui res mundanas curaret: quò sic Pontifex, vt ipse scribit, posset liberiùs vacare rebus diuinis. Balbo ex alia vxore natus Carolus posthumus, dictus postea Simplex. *vide an* 855.

I Ludouici 3. & Carlomãni Fratrum.

Vacat aliquandiu Imperiũ Occid. nec qui posteà Imperio successit Carolus Crassus, annos Imperii numerat, nisi à Coronatione. in quo Principe trãslatũ est Imperiũ à Frãcis Occidẽtalibus, ad Oriẽtales Frãcos. *Aimoin. Regin. Annal.* Hastingus Danorum princeps, cum suis ex Anglia nunc pulsus. Balduino Flandriæ Comiti, huius nominis primo, succedit filius Balduinus, dict⁹ Caluus, Iudithæ filius, à Carolo Caluo Cæsare, auo materno hoc nomen potissimũ cõsecutus. *Marchan. Chron. Fland.* ob Photiũ Cõstãtinopoli restitutũ, male audiuit Ioannes Papa: quod *prolixè ad hunc annum narrat Baronius*: falsatas tamen à Photio Papæ literas, & calũniam, de Octaua Synodo à Ioanne reprobata, *idem author ostẽdit.*

880 | 8¼ Ioannis 8. | 14 Basilij I. Macedonis. | Indict. 13.

Interregnum in Imp. Occid. Cedrenus narrat, Basilium Imperatorem potitum insigni victoriâ contra Saracenos. *meminit quoque Baron.* qui Photianam Synodum, non nisi sub cautela probatam ostendit à Ioanne Papa. habet hic annus mortem Carlomanni Regis Bauariæ, atque Italiæ 22 Martii, sine liberis ex legitimo matrimonio vllis. *vide an.* 876. Ludouicus frater, Rex Lotharingiæ, se Regem Baioariæ fecit salutari; Carolus verò Crassus de Italia sibi retinenda cogitat; (de his Principibus *vide an.* 876. & 855) benignè ibi exceptus, Regni Insignia accepit ab Archiepiscopo: tandem Romæ in ipsis Christi Natalitiis Imperator à Pontifice

2 Ludouici 3. & Carlomãni Fratrum.

coronatur, cùm se Ecclesiam defensurum promisisset. duo illi Galliarum Reges & fratres, *de quibus ab an.* 879, fœdus ineunt cũ Germaniæ Regibus, Ludouico, & Carolo (*vide an.* 876.) ac primùm iunctis armis Lotharingiam pacant, mox contra Bosonem Matisconensi victoria potiuntur. *Regino, Aimoin.*

881 | 9 Ioannis 8. | 15 Basilij 1. Macedonis. | Indict. 14.

Caroli III. *Crasi Imp. Occid. an.* 1. Ludouicus Franciæ Rex alter, relicto fratre Carlomanno ad obsidionẽ Viennæ, obiicit se Normannis, Gallias impetẽtibus, à quibus Picardia, Flandria, & Lotharingia Prouinciæ valde sunt afflictæ. *Sigon. Aimoin. Regino, Sigeb.* Alfredus, seu Aluredus, putatur paulò ante hunc annum, suo Regno Vestsaxonum, vniuisse integrum tandem Merciorum Regnum, anteà tamen profligatum ab anno 820. vti ibidem cõmemoraui. Gregorius Scotorum Rex Danos pellit è Laudonia, & Fifa, Scotiæ prouinciis; & è Britannia ipse vnà cum Aluredo Danos pellit. Gregorio cessit Northumbria. *Lesl. Buchan.* Athanasius Episcopus, & Princeps Neapolitanus, ob ictum fœdus cum Saracenis, Anathematis vinculo obstringuntur à Summo Pontifice. *Baron.*

3 *Ludouici 3. & Carlomanni, Fratrum.*

882 | 10 Ioannis 8. | 16 Basilij 1. Macedonis. | Indict. 15.

Caroli III. *Crassi imp.* I. *Occid. an.* 2. Ludouicus alter Germaniæ Rex moritur Fracofurti 20 Ianuar. sine liberis, vide an. 876. succedit frater Carolus Crassus Imperator. Godefridus, & Sigefridus Normãnorum Reges, post superioris anni clades, nũc Treuerim inuadũt. Sed rediens ex Italia Imperator, ad pacem hostes impulit: & baptizato ibidem Godefrido, data est Frisia prouincia, vnà cum Gissa Lotharii filia in vxorem. *Sigeber. Sigon. Aimoin.* Normanni, *inquit Sigebertus*, mox Franciam repetunt, per Ligerim noua Prouinciis illis illata clade. vita cessit Ludouicus Franciæ Rex, ex *Aimoino. Regino* in annum sequẽtem eius obitum reiecit. Carlomãnus frater occurrit Normannis: sed illi promisso annuo tributo, recedunt. *Sigebert.* interim expugnata est à Franco Rege Vienna, captæque ibi Bosonis vxor, & filia. *Auentin. & alij.* mortuo patre Vrso, Ioannes Patriciacus Ducatum tenet Venetiarum. *Blondus, Sabel.* Obiit Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, vir doctrina & prudentia insignis: succedit Fulco. *Frodoardus in Vitis Episcoporum Rhemen.* vita cessit Ioannes Papa. triduo vacat Sedes, & 5 Kal. Ian. substituitur Marinus, laudatus Pontifex, dictus vulgò Martinus 2. hic Pontifex Acta Ioannis papæ rescidit. & Formosum Episcopum restituit, Photium detestatus. *Baron.* 883.

4 *Ludouici 3. & Carlomanni, Fratrum.*

883 | 1 Marini 1. alias Martini 2. | 17 Basilij 1. Macedonis. | Indict. 1.

Caroli III. *Crasi Imp. Occid. an.* 3. hic Carolus Imperator Italiam reuisit, rebusque ibi compositis, regreditur in Germaniam. *Sigon.* ad eum tunc Boson confugit. moritur Alfonsus 3 dictus Magnus, Rex Ouetensis, anno Regni 46, & Aera 921. Ex *Roderico.* succedit Garsias, de cuius Regno *Mariana lib. 7. c. 19. & 20.* Regi Legionẽsi, seu Ouetensi parebant Castellæ Comites, *ex eodem Mariana lib. 8. c. 2 in descriptione Castellæ.* at non nisi post aliquot annos Ouetensis Regis nomẽ, Legionensi mutatũ esse *idem author putat citato c.* 20. De Aquileiensis Patriarchæ, & Photii Constantinopolitani cõspiratione contra Spirationem Spiritus S. à Filio; *lege hic Baroniũ.* Vbi de particula (Filioque) addita primùm Symbolo in Romana Ecclesia: licet de anno non constet.

5 *Carlomanni.*

884 | 1 Adriani 3. | 18 Basilij 1. Macedonis. | Indict. 2.

Caroli III. *Crasi Imp. Occid. an.* 4. Marinus Papa diem clausit, 15. Kal. Febr. creatur Pontifex Adrianus, 13. Kalen. Februarii, dictus tertius: qui Photium execratur. *Baro.* Normanni Nouiodunum, Suessiones, & vicina loca fœdè vastantes: partim auro, partim armis repelluntur à Carlomanno Rege. quo tamen interveniendũ extincto, regrediuntur Normanni: inducias duodecim annorũ, se cum Carlomanno, non cum aliis contraxisse asserentes. In quos regreditur Carolus Imperator, à Francis vocatus, qui iam

6 *Carlomanni.*

Anni Christ	Anni Pont.	Anni Imp.
885 Indict. 3.	1 Stephani 6. dicti 5.	19 Basilij 1. Macedonis.
886 Indict. 4.	2 Stephani 6. dicti 5.	1 Leonis 6. Philosophi.
887 Indict. 5.	3 Stephani 6. dicti 5.	2 Leonis 6. Philosophi.

tertio Italiam inuisebat, *Auentin. Malmesber. Sigon. Sigeberti.* Italiâ, absente Carolo, vexatâ à Saracenis, de pristina post mortem Caroli libertate recuperanda deliberat cum Pontifice. *Sigon.* Saraceni, qui Garilianum in Italia tenebant, absente Carolo, Cassinense Monasterium direptum incendunt. *Leo Ostien. lib. 1. cap.* 45. moritur Ioannes Scotus, magni nominis, à suis discipulis occisus. *Malmesber. & Baron. anno* 883. eius scripta erroris damnata. *Roger. Annal. Par. 1. an.* 880.

Caroli III. *Crassi Imp. Occid. an.* 5. Mortuo Carlomãno, incertum an Neustria (quod aliqui affirmant) retenta sit à Ludouico Carlomanni filio, qui dictus est iners (*Faineant*) & reliqua Gallia à Carolo Crasso Imperatore. *Illud* constat, Carolum ab hoc anno, consensu procerum, regnasse. Ludouicum, *habent Appendix Aimoini, & Onuph. cuius tamen non meminit Sigebertus.* moritur Adrianus Papa, cùm sedisset annum 1, menses 3. dies 19. Obiit 7 Idus Maij. substituitur Stephanus sextus, dictus quintus, omnium consensu, ipso solo reluctante. perstat vir Sanctus in Photii detestatione. Stephani Epistolam de Photio ad Basilium Imperatorem, *refert hic Baronius.*

Caroli III. *Crassi Imp. Occid. an.* 6. Diem claudit Basilius Imperator, dictus Macedonicus, 1 Martii. *Onuph.* succedit Leo Sextus, Basilii filius, dictus tum Porphyrogenitus, tum Philosophus. *Cedrenus, Curopalata. Narrat idem Cedrenus,* Leonem hunc, quem iratus pater paulò antè abdicauerat, nunc à patre restitutum Imperio occasione psittaci, sæpe hanc vocem repetentis, αἴ, αἴ, Κύριε λέον. laudatus fuit Princeps Basilius, hoc tamen solo à multis vituperatus, quod pro Photio sæuierit in Romanum Pontificem, huius Basilii egregia ad Leonem filium monita sexaginta, *extant Tom. 5 Bibliothecæ Sanctæ.* substituto Stephano, abdicatur Photius, in Monasterium detrusus: incertum quando obierit. petitur à Stephano dispensatio à malè ordinatis à Photio. literas vtrinque datas, *refert Baronius.* Normanni castrum Louaniẽse expugnant. *Regino.* Saraceni Syracusas incendunt. *Cedren.*

Caroli Crassi III. *Imp. Occid. an.* 7. Normanni, motis Louanio castris, *ex Sigonio, & Æmilio,* Parisios oppugnant. Crassus Imperator cum his pacem componit, & Neustria illis permittitur nunc quidem incolenda. *vide an* 912. Carolo, qui se in Germaniam recepit, à prima sua indole deflectenti, & inutili ad res gerendas, datus est (*inquit Æmilius*) curator Arnulphus, Carlomanni filius nouo exemplo, fratris filius, patruo. *vide an.* 876: & breui (scilicet proximo Ianuario) mortuo Crasso, Arnulphus Augustus salutatus, Regem se Franciæ dicebat: Procerum tamen pars magna Odonem Comitem Parisiensem, & Tutorem Caroli Simplicis iubet regnare, qui Rex aduersus Normannos feliciter bellauit. à proximo Ianuario Arnulphi Imperium fumunt vetera diplomata, & Historici, *Regino, Otho Frisingen. Marian. Scot. Malmesber.* In Hispania Garsias Legionis, seu Ouetensis Rex (*de quo* 883.) Zamaræ vita cessit, Æra 924. *ex Roderico.* Ordonius frater Regnum tenet. historiam *habet Mariana lib. 7. capit.* 20. Habetur hoc anno Synodus Colonien sis, in qua actum concluſumque est contra raptores bonorum Ecclesiasticorum, oppressores pauperum, & incestas nuptias. *extat Tom. 4. Concil. Baron. an.* 887, *num.* 3.

Reg. Fran.
1 Caroli 3. Crassi Imp.
2 Caroli 3. Crassi Imp.
3 Caroli 3. Crassi Imp.

IMPE-

IMPERIVM OCCIDENTIS DEinceps in Germania hæsit.

888 | 4 Stephani 6. dicti 5. | 3 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 6.

ARNVLPHI *in Germania Imperatoris, hic annus primus est.* mortuo Crasso Imperatore, propẽdebant discordes nationes, ad suæ gentis Reges eligendos. sic Transiurana Burgundia (quæ Sabaudiam, & nunc dictos Heluetios continebat, vsque ad Alpes) Regem sibi creat, *inquit Regino*, Rodolphũ Comitẽ; qui inuito Arnulpho Imperatore, retinuit Regnum, cum successione ad posteros, per annos 142, aut 144. *vide annum* 1018 *&* 1032. In Italia Berengarius Dux Foroiulienſis, & Vuido, seu Guido, Dux Spoletanus (hi apud Caluum Augustum in gratia & authoritate fuere) Imperij nomen inuadunt, communi consilio; ille in Italia, hic in Francia. *Aemil Sigon. lib. 6. initio.* sed Vuido spe Galliæ deiectus Odonis armis, Regnum Italiæ inuadit contra Berengariũ, fauentibus Romanis. Nunc Regni Italici initiũ ponũt *Otho Frisingẽ. Mariã. Scot. Regino, Sigõ. & alii multi.* eligitur Venetorum Dux Petrus, dictus Tribunus, *ex Blondo, & Sabellico.* Procopius missus in Bulgaros cum exercitu à Leone Imperatore, vincitur & capitur. *Cedren. Zonar.* Stephano Patriarchæ Constantinopolitano, subrogatur Antonius, dictus Cauleos. *Curopalata.*

I Odonis.

889 | 5 Stephani 6. dicti 5. | 4 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 7.

Arnulphi Imperatoris Germaniæ annus secundus. Normanni in Flandria, & apud Senones, agros vastant. sed Odo prædam illis funestam facit, *inquiunt Aemilius, Regino, & Sigebertus.* moritur Boson in Prouincia Rex Arelatensis: succedit filius Ludouicus; fauore Imperatoris, Stephani Papæ, & Richardi Ducis Burgundiæ. *Paradin.* Erumpunt è Sarmatia Asiatica Hungari; quos *Cedrenus* Turcas vocat. hi cùm fuissent auxilio Leoni obiter contra Bulgaros, indè transeunt in Pannonias, easque ex parte occupant; vbi tamen erant Hunni, & Auares. *Luitprand. lib. 1 cap. 3. & Regino*, qui hoc seculo vixerunt. *Auentin. lib. 4.* in Hispania incipit regnare Abdertamen Rex Cordubensis, Maurorum Princeps.

II Odonis.

890 | 6 Stephani 6. dicti 5. | 5 Leonis 6. Philosoph. | Indict. 8.

Arnulphi Imperatoris German. an. 3. Normanni hoc anno à Parisiensibus repulsi, Britones inuadunt: à quibus victi, compelluntur ad naues. *Chron. Benigni, & Regino*: tamen *Sigebertus* refert ad annum 894. Vuido Spoletanus Dux Berengarium bis acie victum pellit ex Italia; & receptâ Papia, Lombardiam in potestatem recepit. *Sigon. Luitprand. lib. 7.* Moritur Antonius egregiæ sanctitatis vir: succedit Nicolaus in Patriarchatu Constantinopolitano. *Baron. ad hunc annum.* vbi de rebus à Stephano Papa bene gestis.

III Odonis.

909 | 1 Formos. | 6 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 9.

Arnulphi Imperatoris German. an. 4. Normanni auctis copijs Belgium inuadũt, vbi victi ab Imperatore, cæsi sunt ad centũ millia. quod ad hunc annũ *referunt Regino, & Marianus Scotus.* de anno *dissentit Albertus Crant. lib. 2. c. 17, 18.* Vuido, hortante Italia, *inquit Sigonius*, vocatus à Stephano, cõsecratur Imperator, 11 Kal. Martij, donata Ecclesiæ Romanæ à Pipino Carolo, & Pio, probat, rataq; habet. sic redijt ad Italos titulus Imperij. moritur Stepha. 12 Kal. Iulij: subrogatur tumultuaria electione Formosus, Portuensis Episcopus. dissidium *narrat Sigonius an.* 891. vir valdè laudatus est *apud Luitprandum. lege Baroniũ ad hunc annum.* Græcus Imperator Beneuentum vrbem expugnatam recipit. *Sigon.* Castellanos defeciſſe à Rege Ouetensi, & Iudices sibi delegisse, (vnde descendunt Re-

IV Odonis.

ges Castellæ,) *inquit Rodericus Sanctius par. 3. c.* 14. si tamen sub Ordonio contigit hæc defectio, alius huic rei annus dandus est.

892 | 2 Formosi. | 7 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 10. | 5 Odonis.

Arnulphi Imper. annus 5 est in Germania, & primus Vuidonis Imperatoris in Italia. Odone Francorum Rege in domandis Aquitaniæ rebellibus occupato; Principes Neustriæ Carolum Simplicem, Caroli Balbi filium, 12 annorum, verum Regni hæredem coronant. *ex Epistola Fulconis Episcopi Rhemensis ad Flodoardum, in Historia Rhemensi libro quarto, & ex Diplomate in Archiuio Parisiensi Beatæ Virginis.* Carolo saltem manfit Neustria, & Gallia Belgica. *Regino.* an verò Odo præter Aquitaniam, retinuerit Burgundiam vi, vel ex pacis conditionibus, certant Historici. Lambertus Vidonis Imperatoris Italici filius, renuntiatur Rex Italiæ. *Onuph. Luitprand.*

893 | 3 Formosi. | 8 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 11. | 6 Odonis.

Arnulphi Imper. annus sextus in Germania, & Vuidonis secundus in Italia à Coronatione Romana. Odo Rex Carolum Simplicem victum fugat, & Luteriam occupat. *Regino.* Saraceni Africani in Sicilia, Tauromenium, Græcis ereptum tenent: & Asiatici Lemno potiti, magnum eaptiuorum numerum abducunt. *Cedren.* Arnulphus festina tin Italiam, opem laturus Berengario contra Vuidonem. *Sigon.*

894 | 4 Formosi. | 9 Leonis 6 Philosophi. | Indict. 12. | 7 Odonis.

Arnulphi Imperatoris German. an. 7. Vuidonis Imperatoris Italici 3. à Coronatione Romana. Arnulphus Imperator ingressus Italiã, Bergomum, Mediolanum, & vicinas ciuitates recepit. Vuido tunc obijt, *si creditur Onuphrio: vide annum* 899. Redit in Germaniam Arnulphus. Berengarius deseritur à suis. Lambertus Vuidonis filius, iam renunciatus Imperator à Formoso, Papiam, aliasque ciuitates recipit. *Sigon. Luitprdnd. Regino.* Moritur Gregorius Dongaldi filius, Scotiæ Rex: succedit Donaldus sextus, Constantini secundi filius. *Boët. lib* 11. *Lesleus lib.* 5. hunc Donaldum aliqui quintum vocant.

895 | 5 Formosi. | 10 Leonis 6. Philosophi. | Indict. 13. | 8 Odonis.

Arnulphi Imp. annus octauus in Germania, & Lamberti Imp. primus in Italia. Arnulphus filium Zuendibolcum creat Lotharingiæ Regem. *Regino.* idemq; Imperator (*vt narrat Flodoardus*) fauebat, nunc Carolo Simplici, nunc Odoni, Francorum Regibus. Vuido (quem *Leo Ostiensis* Marchionem vocat) Beneuentum Græcis eripit. *Sigon. Leo Ostien.* In Hispania obijt Ordonius 2 Rex Legionen. Aera 932, seu anno Christi 894. *ex Roderico Sanctio c.* 15. successit Froila secundus, frater Ordonij *Mariana lib* 8 *c.* 3. qui tamen viuere cessauit Aera 933. *Roderic. Tolet.* & regnauit Alfonsus, dictus quartus: quem Froilæ filium *vult Sanctius*, & Regem 16 post clademlege *Marianam lib* 8 *c.* 5, Dùm Græcus Imperator bellum gerit aduersus Bulgaros, Saraceni Thessalonicam vastant *Cedren.. Zonar.* nunc erecta dicitur in Anglia Oxonienſis Academia. *vide an.* 878. habetur in Germania Triburiense Concilium. adfuit Arnulphus Imp. Canones 58 statuti, multa decreta pro Ecclesiastica immunitate, quæ *recensetBaron. nu.* 1.

906 | 6 Formosi. | 11 Leonis 3. Philosophi. | Indict. 14. | 9 Odonis.

Arnulphi Imperatoris German. an. 9. Lamberti Imp. in Italia 2. Arnulphus iam iterùm in Italiam venit, consensu Formosi: Romam vi capit, *Regino, Luitprand* Sergianos, Formoso Papæ infensos, trucidari fecit plerosque: coronatus inungitur Imperator à Formoso, & quidem vi, *inquit Sigonius.* certè Concilium sub Ioanne 9 Romanum, decreuit Coronationem hanc subreptitiam, & Lamberti legitimam. Cædes ab Arnulpho patrata, creauit Formoso alioquin viro sancto, odium magnum. Cæterùm nũc tantùm obiisse Vuidonem Italiæ Regem *putat Luitprandus*, redeunte ab hac expeditione Arnulpho in Germaniam: Leo Imperat. Duce Andronico vincit Saracenos in Oriente. *Cedren.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
897	1 Bonifacii 6.	12 Leonis 6. Philosophi.	Arnulphi Imperatoris German an. 10. Lamberti Imp. in Italiaan. 3. Tragica hæc Italiæ tempora, Sedem Romanã ex Stephani, & Sergiana factione grauiter laborantem, & afflictam videbant. Formoso defuncto 19 Kalen. Ianuar. Bonifacius Sedem inuadit, tenetque diebus quindecim: aduersus quem subrogatur Stephanus 7 dictus sextus. hic intrusis intrusum expulit Bonifacium. Stephanus, coacto pessimorum Concilio, Formosum exhumatum, damnatumque proiecit in Tiberim *Luitprand. lib. 1. cap. 8.* vbi pro Stephani intrusi nomine, irrepsit Sergius. fuit quidem Sergius, in hoc scelere Stephani contra Formosum Antesignanus. verùm non iam ille Sedem inuasit, *vt putauit Luitprandus*, sed anno 908 post Christophorum. *vt ibi obseruo.* Cæterùm tales homines monstro similes, *inquit Baronius*, licet fide Catholicos, intruserunt in hanc sedem Marchiones Tusciæ, infensissimi Romanæ Ecclesiæ. de horum Pontificum etiam annis dissensio est.	10 Odonis
Indict. 15.	1 Stephani 7. dicti 6.			
898	2 Stephani 7. dicti 6.	13 Leonis 6. Philosophi.	Arnulphi Imper. German. an. 11. Läberti Imperatoris Italici an. 4 Nũc occisum Lambertum *putat Sigonius*. non obiisse tamen, nisi anno 910. *euincit* Baronius *ad illum annum*. obiit in Gallia Odo Rex, sine liberis: moribundus iubet Regnum Carolo Simplici dari. Æmil. *Regino*. Sub hoc Rege Feudorum primordia in Franciâ exorta: & qui anteà dicebantur à Regibus Duces Prouinciarum regia voluntate, cœperunt sensim ex possessione, dominium captare, dicique Duces hæreditarii, ac Principes: *vt obseruant Historici, Annales Rhemenses, Genebrard. & alij.* sic sanè magnorũ virorum soboles tandem tabescit: & dùm in Simplice Rege consenescit maiorum gloria; viam sibi fecit noua nobilitas, non ad opes tantùm & potentiam, sed etiam (quod accidit in Capeto) ad nouum apud Francos Solium.	11 Odonis. 1 Caroli 3. Simplicis.
Indict. 1.				
899	3 Stephani 7. dicti 6.	14 Leonis 6. Philosophi.	Arnulphi Imper. German an. 12. Lamberti Imp Ital. annus 5 *est*, quo obiit Arnulphus, 27 Decembris. Ludouicum filium, 7 annorum puerum, substituunt Imperatorem Imperii Principes: dato Tutore Othone Saxoniæ Duce. Marianus Scotus. meminerunt etiã *Regino, & Luitprandus*, qui notant hoc tantùm anno obiisse Vuidonem. aliter *Onuphrius, supra citatus.* habuit etiam hic annus secundum illum Arnulphi aduentum in Italiam: qui ante obitum regressus dicitur in Germaniã. Ludouicus Prouinciæ Rex, Bosonis filius, euocatur præsertim in Berengarium armatus, & excipitur ab Italis. *Luitprandus lib. 1 cap. 11, & lib. 2 narrat*, rediisse re infecta.	2 Caroli 3. Simplicis.
Indict. 2.				
900	4 Stephani 7. dicti 6	15 Leonis 6. Philosophi.	*Annus* Lamberti Imp. *in Italia sextus est & primus* Ludouici III. Imperatoris Germanici; cui obuenit hoc ipso anno Regnum Lotharingiæ, occiso fratre Zuendibolcho in acie. *Regino.* Ludouicus Bosonis Rex, è Prouincia redit in Italiam, vocatus ab Adelberto Lucæ Marchione, & Papia occupata, Rex Italiæ pronuntiatur. tot vno anno Reges habuit Italia. *Sigon.* Adelgiso Beneuentano Duce mortuo, succedit filius Atenulphus. *Leo Ostiensis in Chronico Cassinat.* In Hispania Ferdinandus Gonsaluus, vir fama illustris, & qui mira gessit contra Mauros, nunc Castellæ Comes primus renunciatur: cùm pater iudex tantùm fuisset. *vide an. 891. Mariana lib. 8. c. 5. Franciscus Tarafa, Vasæus.* Refert Baronius *ex Diplomate Stephani Papæ, dato Indictione 4 inchoata, mense Septembri*, hucvsque vixisse Stephanum. Sedis inuasorem, & perditissimum hominem vocat. eo strangulato in carcere, eligitur quidam dictus Romanus: vixit quatuor menses. Fulco Archiepiscopus Rhemensis, vir laudatus, occiditur à Balduino Flandriæ Comite. *Frodoardus lib. 3. c. 9.*	3 Caroli 3. Simplicis.
Indict. 3.				

DECIMI CENTENARII INITIVM.

Regna.

EN tibi, Lector, Seculum ab Historicis infelix nuncupatum: exhaustum nempe hominibus, ingenio & doctrina claris, si Græciam excipias, vbi Leo Imperator non infeliciter philosophabatur. Sanè in Occidente tempora fuere monstruosa, & portento illi simillima, quod tunc repertum, vt ferunt, supernè tantùm canis, desinebat in cætera membra humana. nam imperandi voluntas potius, quàm potestas, apud plures erat nationes, & Occidentale hoc Imperium mirè confusum, dùm ægrè ferebant Itali, Imperij titulum Romani, transferri in Germaniam, ex quo dignitatem hanc retinere Franci neglexerunt. qui Imperium à Pontifice consecuti, eodem, inquit Genebrardus, medio, illud retinere debuissent. de Angliæ Regno, vide an. 901.

Status Ecclesiæ.

SVb Cæsaribus porro, quos protulit hoc Seculum, Ecclesia velut ad flumina Babylonis captiua, miserè lugebat, per annos sanè 70, & amplius. notissima est illa Germanicæ Ecclesiæ captiuitas. quæ per annos centum & quadraginta durauit: dum ab Arnulpho, qui subsecuti sunt Cæsares, iura Ecclesiæ vsurpantes, libera in Episcopis eligendis suffragia impediebant. sed hoc vno vel maximè, infelix hoc Seculum, nostræ ætatis Scriptores Genebrardus, Baronius, & alij prædicant: quòd per annos ferè 150, Pontifices 50 (vti numerat Genebrardus.) longè à maiorum virtute defecerint: donec posteà in Leone 9 restitutus est S. & Apostolicæ Sedi antiquus candor, morum Sanctitas, & Constantia. tam fuit eorum Principum ac Cæsarũ graue scelus: qui quà vi, quà largitionibus & dolis, dabant quos illi volebant Pontifices, longè posthabitis de libera bonorum electione Canonibus. Exorta hoc Seculo sunt Regna, Anglicanũ 901. Nauarricum 912. & Hungaricũ 955. sed extinctum ab Othone Italicũ.

Doctrina.

ECCLESIÆ, & Traditionum Authoritas certa. Radulphus Flauiac, in Leuitic. lib. 5. cap. 4. Regino lib. 1. Annal. an. 865. Primatus. Regino citatus, Luitprand. lib. 4. cap. 3. Liberum Arbitrium. Radulphi li. 12. in Leuit. c. 1. Bona Opera, & Merita. Stephanus Episcop. Augustodun. lib. de Sacram. Altaris, cap. 19. ante medium. Sola fides exclusa. Radulphus lib. 15 in Leuitic. cap. 4. Sacramentum Eucharistiæ, & Sacrificiũ. Stephanus Episc. Leodien. in vita S. Lamberti. Stephan. Episc. Augustodun. lib. de hoc Sacramento. extat Tom. 4. Biblio. SS. PP. Pœnitentiæ Sacram. Radulph. de Flauiac. lib. 3 in Leuit. cap. 1. & 7. Purgatorium. Luitprand. lib. 4. cap. 7. Regino ad an. 888. Inuocatio Sanctorum. Idem Regino an. 773. Reliquiæ. Luitprand. lib. 4. c. 12. Luitprand. ad an. 719. Cœlibatus. Stephanus Episc. Augustod. lib. de Sacram. Altaris, c. 5. Abstinentia à cibis. Regino. cap. 276.

901 Indict. 4. | 1 Theodori 2. | 16 Leonis 6. Philosophi. | 4 Caroli 3. Simplicis.

LVdouici III, Imperatoris Germanici 2. & Lamberti Imp. Ital. 7. Romæ ob secundam Sergii repulsam, Sergiani adhuc in armis erant: & hinc Tusculani Comites, illinc Tusciæ Marchio Adelbertus, stabant pro factionibus. Interim circa hunc annum (nam variant Scriptores) vita cessit Papa dictus Romanus: Theodorus eius nominis secundus, sedit diebus tantùm 20: tandemque subrogatur Ioannes 9 Tiburtinus, ex Monacho, & Diacono. Nicolaus, dictus Mysticus, Patriarcha Constantinopolitanus abdicatur: subrogatus Euthimius Monachus, vir insignis, & Prophetiæ spiritu nobilitatus. *Curopalat. Baron.* qui ad hunc etiam annum refert Quetense Concilium in Galæcia: in quo prospectum Episcopis est, per Saracenos pulsis: inde dicta ciuitas Episcoporum Ouetum. Ludouicus Bosonis filius, in Italia, fugato Berengario, Regnum occupatum sibi confirmat: posteà Romam veniens, à Pontifice Summo coronatus, Imperator appellatur. *Luitprand. Vide ann.* 904. de Pontifice variant Scriptores. In Anglia Edoardus, dictus Senior, Aluredi filius Rex vocatus, coronatur. *Malmesber. Polydor. lib. 6. initio.* Iam Angliæ Regnum, Heptarchiâ in Monarchiam, præsertim per Aluredum, reductâ, florebat: atque inter præcipua Europæ Regna numerabatur. huius filiam Edginam Carolo datam simplici vxorem *scribit Polyd. libro sexto.*

902 Indict. 5. | 1 Ioannis 9. | 17 Leonis 6. Philosophi. | 5 Caroli 3. Simplicis.

Ludouici III. Imperat. German. ann 3. Lamberti Imp. Ital. 8. Ludouici Bosonis fil. Imp. Ital. 1. Hic primus integer annus videtur Ioannis Papæ. circa eundem annum, Hungari, (alii etiã Hunnos vocant) Italiam dira clade vexant, nec nisi magna vi pecuniæ pulsi, numeratæ à Berengario: qui in regressu, Ludouici Germanici fines inuadentes, tandem ab eius Ducibus nobili cladè accepta, victi sunt. *Auentin. lib. 4.* habet porrò idem annus præclaram victoriam Hemerij Ducis, (hic fuit à Secretis Leoni Imperatori) aduersus Saracenos. *Cedren.* de Theoctistæ Lesbiæ rebus admirandis tunc gestis, *lege Metaphrastem decimo Nouembris.* Alfonsus quartus, Froilæ filius, Rex Legionensis, electa vita Monastica, Regnum concessit Ramiro fratri. cœpit regnare Æra 939, *ex Roderico Toletano. Vide Sanctium cap.* 17. *& Marianam libro octauo cap. quinto.* præclara gessit contra Mauros. nunc ferè contigit Ludouici Bosonis clades, quando inopinatè captus à Berengario, orbatus oculis est. indè vocatus Ludouicus Cæcus. *Onuphrius refert* ad annum 904. *Sigonius* verò ad hunc annum. Historiam *narrat Regino*, qui iam viuebat.

903 Indict. 6. | 2 Ioannis 9. | 18 Leonis 6 Philosophi. | 6 Caroli 3. Simplicis.

Ludouici III. *German, Imperat ann.* 4. *Lamberti Imp. Ital.* 9. In Oriente Constantinus Leonis filius coronatur Imperator. *Cedren.* hoc anno fugatur Hemerii exercitus à Saracenis. *Cedren.* hic annus videtur esse vltimus integer, Ioannis Papæ, qui obiit anno sequenti: sedit enim annos duos, & ampliùs. sed hæc est huius temporis obscuritas, & rerum gestarum confusio. de qua queruntur omnes Historici recentiores.

904 Indict. 7. | 3 Ioannis 9. | 19 Leonis 6. Philosophi. | 7 Caroli 3. Simplicis.

Ludouici III. *German. Imp. an. 5. Lamberti Imp. Ital.* 10, *& 1 à Coronatione sub Ioanne.* Berengarius Romam armatus veniens, vi extorquet Imperatoris nomen, & coronationem à Papa. breui vocatus à Pontifice Lambertus (deficientibus à Berengario Italis plerisque) coronatur Imperator, anno 5, *inquit Baron.* à morte patris Vidonis, & ferè 11 anno à Coronatione sub Formoso. habita Romæ Synodus. Vbi libera, & legitima decernitur hæc Lamberti secunda coronatio. mox alia habetur Synodus Ra-

uennæ 74 Episcoporum. cum Pontifice, & Lamberto Imperatore, deliberatur de auertendis malis. His Synodus confirmata Formosi Decreta: damnata est Synodus Stephani. *plura Baron.* extat Diploma Ioannis *apud Sigonium*, anno 898. hic male aliqui Leonis Imperatoris obitum notant: cui porrò minus rectè *Onuphrius*, vnicum tantùm Imperii annum concessit; & filio 54.

905 | Indict. 8. | 1 Benedicti 4. | 20 Leonis 6. Philosophi.

Ludouici III. *Imperatoris German. ann. 6 Lamberti Imp. in Italia* 11, *& 2 à Coronatione sub Ioanne.* Post obitum Ioannis Papæ (cuius res bene gestas *lege apud Baronium*) statim eligitur Benedictus 4 patria Romanus. Hungari Pannonias iuxta Danubium, pulsis incolis, suas faciunt. *Auentin.* Donaldus Scotiæ Rex moritur. succedit Constantinus 3, regnat annis 40. hic bellum ab Edoardo Angliæ Rege illatum, strenuè sustinuit, ac repulit. *Hector. Boetius*, *Polydor. libro 6* initio. quo tempore narrat certatum de Northumbria inter Scotos, Anglos & Danos. tandemque Scotis & Danis aliquid ditionis mansit in Northumbria, nec ea Anglis paruit dùm viueret hic Eduardus. — 8 Caroli 3. Simplicis.

906 | Indict. 9. | 2 Benedicti 4. | 21 Leonis 6. Philosophi.

Ludouici III. *Imperatoris German. an. 7. Lamberti Imp. Ital.* 12. *& 3. à Coronatione sub Ioanne.* Normanni Neustriam per Sequanam inuadentes, Rothomagum obsident, sub Rollone Regulo suo: & vrbem captam, cum magna Neustriæ parte, sibi subiiciũt. *Ita plures Franciæ Annales.* alii alium dant annum. *lege Gaguinum lib. 5.* vero simile non est, *inquit Æmilius*, vnam nationem, angustis finibus vtentem; totam penè Europam hoc seculo armis permagatam; vt etiam Græciam vexauerit. Sanè, qui ex Oceani ora insulisque conuocati, arma inferebant Gallis, Normanni dicti sunt, qui verò postremi Neustriam tenuerunt; ex vnica natione fuere, Danis socia & finitima. Edoardus Danorum Prouinciam, qui in Anglia totam ferè iam Northumbriam tenebant, bello vexat, pulso fratre Athenoldo, seu Adeuoldo, qui ad Danos defecerat. *Poiyd. lib. 5 initio.* — 9 Caroli 3. Simplicis.

907 | Indict. 1 | 1 Leonis 5. Christophori. | 22 Leonis 6. Philosophi.

Ludouici. III. *Imperat. German. ann.* 8. *Lamberti Imp. Ital.* 13, *& 4 à Coronatione sub Ioanne.* Vidit hic annus plures Pontifices. mortuo Benedicto, subrogatus Leo 3 Ardeatinus, tantùm quadraginta diebus sedit: pulsus à Christophoro: qui sedem retinuit aliquot mensibus. cui successit Sergius, inuasor quoque Pontificatus. Hungari, profligato Ludouici Imperatoris exercitu, excurrunt vsque ad Saxones. & Thuringos. *Auentin. Regino, Marian. Scot.* — 10 Caroli 3. Simplicis.

908 | Indict. 11. | 1 Sergij 3. | 23 Leonis 6. Philosophi.

Ludouici III. *Imperat. German. ann. 9. Lamberti Imp. Ital.* 14. *& 5. à Coronatione sub Ioanne.* hic, qui sedet Pontifex Sergius, propter Formosum anteà à Pontificatu reprobatus; nunc fretus potentia Adelberti Marchionis Tusciæ, sedem inuasit Christophori. non verò Formosi: vt irrepsit error *apud Luitprandum.* hanc temporum infelicitatem *notat Auxilius, apud Sigebertum. lege Baron*, certè, quantum deflebant boni omnes, Magnatum potentiâ intrudi in S. Sedem, exosæ vitæ homines; tantum admirationi est, Dei erga hanc Sedem prouidentia; qui eam, nec errore labi in fide, nec penitus collabi vnquam est passus — 11 Caroli 3. Simplicis.

909 | Indict. 12. | 2 Sergij 3. | 24 Leonis 6. Philosophi.

Ludouici III. *Imperat. German. ann. 10. Lãberti Imp. Italici* 15. *& 6 à Coronatione sub Ioanne.* Habetur in Gallia Suessionense Concilium, de restituenda Ecclesiastica disciolina. vbi præterea à Regibus præscribitur regendi forma. Acta *recitat Baron. num. 51. notant Normanniæ & Aquitaniæ Annales*, hoc anno, (qui est Caroli 12 à morte Odonis) obsessam Parisiensem ciuitatem à Normannis, & profligatum ab ijsdem exercitum Regis Caroli; de quo tamen *silent Annales Franciæ* — 12 Caroli 3. Simplicis.

910 | 1 Anastasij 3 | 25 Leonis 6. Philosophi | *Ludouici III, imperat. German. ann.* 11. *Lamberti Imper. Ital.* 16, *& vltimus* 7 *à Coronatione fub. & Ioanne.* Quando mortuo Sergio, subrogatur Papa Anastasius 3 Romanus. nunc ab Hugone Comite Mediolanēsi occisus est in venatione, Lambertus. *Ex Luitprando, lib.* 1, *capite vltimo.* & Berengarius summa rerum potitur. huc vsque vixisse Lambertum, *ex Luitprando lib.* 1, *cap.* 10. *colligit Baronius*. Guillelmus Comes Aquitaniæ, Dux Aruernorum, Monasterium Cluniacense fundat. Berno, Ordinis S. Benedicti, discipulus Hincmari Rhemensis, primus Abbas refertur. *vide Fragmenta Floriacen. Chronici, & Chronicon Cluniacense Gerardi Auernensis*, quamuis *Sigebertus* altius repetat hoc principium. | 13 Caroli 3 Simplicis. | Indict. 13

911 | 2 Anastasij 3. | 26 Leonis 6. Philosophi | *Ludouici III. Imperatoris German. ann.* 12. Berengarius regnat in Italia. Anastasius in gratiam Berengarij priuilegia concedit Ecclesiæ Ticinensi. *Sigon.* Obijt Leo Imperator Orientis, anno Imperij 26 per tres menses inchoato: idque Maio mense. *vt perspicuè testatur Zonaras in hoc Leone Philosopho, in fine.* Extant eius Nouellæ Constitutiones 113, in quibus de rebus etiam Ecclesiasticis, secularis Princeps decernere præsumpsit. Hic in Epistola ad Regem Saracenorum, Spiritum Sanctum fatetur à Patre & filio procedere, *refertur illa à Baronio.* Breui mortuo Halexandro fratre, cui commissum fuit Imperium; imperat Constantinus puer sub tutoribus, filius Leonis Philosophi. Petro Venetorum Duci mortuo, succedit Orsonus. *Sabellic. Blondus.* Constantinopoli Patriarcha restituitur Nicolaus Mysticus. | 14 Caroli 3. Simplicis. | Indict. 14.

912 | 1 Landonis | 1 Constantidi 9. Porphyrogeniti. | *Conradi I. German. Imperat. vel Regis ann.* 1. *Ex Auentino*, moritur Ludouicus Germaniæ Imperator, 21 Ianuar. in quo Principe, inter Reges Germaniæ, finem accepit progenies Caroli Magni. cùm enim Carolum Simplicem, implicitum haberent bella Normannica; Germani, Conradum elegerunt Imperatorem. Franconiæ hic Dux erat. Corona illi imposita Aquisgrani à Moguntino Præsule. *Regino*, *Marianus Scot. Auentin.* tandem pace composita, Rex Carolus Neustriam Rolloni Normannorum duci in feudum concessit. Inde dicta prouincia Normannia. Rollo Dux (vti conuenerat) Baptismo initiatus est, Robertus nominatus. de Nauarrici Regni initijs, *lege Marianam libro octauo capite primo.* qui diu satis ante hunc annum illa locat. *Vasæus refert* annum 836, cùm obijsset Sanctius Garsias vltimus Suprarbiæ Rex, Verum *Martineus Siculus*, *& Franciscus Tarafa*, nunc cœpisse volunt hoc Regnum, in Asturia, & Cantabria. Nomen Nauarræ dedit loci situs. regnat Enecus Sanctius, cognomento Arista. | 15 Caroli 3. Simplicis. | Indict. 15.

913 | 2 Ioannis 10 | 2 Constantini 9. | *Conradi I. Germaniæ Imperatoris, vel Regis annus* 2. Iafredus huius nominis secundus, Comes Barsinonensis vira functus decessit. successorem habuit filium Mironem. *Franciscus Tarafa.* | 16 Caroli 3. Simplicis. | Indict. 1

914 | 3 Ioannis 10 | 3 Constantini 9. | *Conradi I. Germaniæ Imperatoris, vel Regis annus* 3. Dum Conradus bellis intestinis exercetur: Carolus Simplex, suasu Ragneri | 17 Caroli 3. Simplicis. | Indict. 2.

I Ioannis 10

in Lotharingia Ducis, Lotharingiam occupat, vt sibi debitam: eandēque regendam Ragnero penitus commisit. An fuerit anteà Lotharingiæ Dux, certant quidam Sciiptores. de huius pœnitentia, *legi potest Baronius. scribit Onuphrius in Histor. Ecclesiast.* nunc 25 Decembris Berengarium Romæ coronam Imperatoriam accepisse à Ioanne Papa, Regni sui anno 28, *vt numerat Sigonius.* Post Atenulphi obitum, succedit Dux Beneuentanus, Landulphus filius. *Sigon.* Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus, inter tutores Constantini Imperatoris numeratus, pacem componit cum Bulgaris. *Baronius.*

915 | Indict. 3. | Ioannis 10 | 4 Constantini 9.

Conradi 1. *in Germania* Imp. *vel Regis annus* 4. *Berengarij* 1. *in Italia Imp. annus* 1. Hungari incursiones faciūt in Germaniā: & tùm Saxoniam, tum Thuringiam vexant vel maximè. *Reginonis Appendix.* Saraceni, qui in Italia Garilianum castrum tenebant, tandem à confœderatis Christianis, Græco Imperatore, Pontifice Romano, & Berengario, penè omnes ad vnum cæsi sunt. *Leo Ostiensis in Chronico Cassin. Luitprand. Sigon. Baron.*

18 Caroli 3. Simplicis.

916 | Indict. 4. | Ioannis 10 | 5 Constantini 9.

Conradi 1. *Germ. Imp. vel* Regis *ann.* 5. *Berengarij* 1. *Imp. Ital. an.* 2. Conradus incursantes Hungaros auro repellit, & infeliciter pugnat contra Henricum Saxoniæ Ducem, Othonis defuncti filium. *Auentin. Supplemen. Regin. Marianus Scotus.*

19 Caroli 3. Simplicis.

917 | Indict. 5. | Ioannis 10 | 6 Constantini 9.

Cōradi 1. *Germ. Imp. vel* Regis *an.* 6. *Berēgarij* 1. *Imp. Ital. an.* 3 Rollone primo Duce Normanniæ mortuo, succedit filius Guillelmus, tutore Roberto Comite Franciæ. *Chron. Norman.* Raguerus in Lotharingia Dux moritur. Gileberto filio rerum administratio data: & ea in patrimonium Prouincia, quæ nunc est Lotharingia. Cætera fratribus cessere. *Richard Vassēburgen.*

20 Caroli 3. Simplicis.

918 | Indict. 6. | Ioannis 10 | 7 Constantini 9.

Conradi 1. *Germ. Imp. vel Regis an.* 7. *Berengarij* 1. *Imp. Ital. an.* 4 Cōradus Imperat. Bauariam nunc omnino à se occupatam fratri Ebrardo concessit, pulso legitimo Duce Arnoldo, seu Arnulpho. In Flandria diem clausit Balduinus Caluus, huius nominis secundus: succedit Arnulphus filius, dictus Primus. *Chron. Fland.* De Missali Mozarabo Romæ nunc correcto in formula Consecrationis, *lege Baron.* 918.

21 Caroli 3. Simplicis.

919 | Indict. 7. | Ioannis 10 | 8 Constantini 9. | 1 Romani Lagapeni.

Conradi 1. *Germ. Imp. vel Regis an.* 8. *Berēgarij* 1. *Imp. Ital. an.* 5 *Henrici* 1. *Aucupis, Germaniæ Imp. vel. Regis* 1. Moritur Cōradus Augustus, qui supremum diem adesse sentiens, author fuit Proceribus Germanis, vt Henricum (aduersarium) Othonis Saxonum Ducis filium, crearent Imperatorem. *Marianus. Supplem. Regin. Otho Frēsingen. Aemilius.* Mortuo Conrado, Arnulphus regressus ab Hungaris, recepit suam Bauariam, hac lege cum nouo Imperat. firmata, vt deinceps Imperatori subditus, à Regis nomine abstineret. *Sigebert. Auentin.* Ennicus, dictus Aristæ, primus Nauarræ Rex moritur; succedit Garsias Ennicus, filius. *Franc. Tarafa, Roder. Volater. Mariana libro* 8. *capite primo anno* 888. In oriente Romanus Lagapenus patricius, mense Decemb. Indict 8, creatur Cæsar, & collega Imperij. Zoe Augusta, mater Imperatoris, retrusa in Monasterium. *Curopal. Cedren. Zonar.*

22 Caroli 3. Simplicis

920 | Indict. 8. | Ioannis 10 | 9 Constantini 9.

Henrici I. Imperat. vel Regis *German. an.* 2. *Berengarij I. Imp. Ital. an.* 6. Principes Galliæ à Carolo secedūt, quòd Rex propensior esset in Haganonem, virum ignobilem. Herueus Archiepis. Rhemensis, magno labore res turbatas composuit. *Regino, Frodoard.* Ramirus Legionensis Rex, repetito bello Maurico strenuè se gerit, & post Madritum municipium euersum, victoriam alteram ad Vxamam cum Castellæ Comite, aliaque præclarè gesta, tandem Talaueram vsque penetrans, cæsis hostibus nobilem reportat victoriam. *Mariana libro octauo, capite quinto.* Obiisse eum hac Aera 958, *scribunt Rodericus & Alphonsus.*

23 Caroli 3. Simplicis.

Anni Christi.	Ann Pont.	Annı Imp.		Reg. Franc.
			succeſſit filius Ordonius 3. *de quo Mariana capite ſexto, libri octaui.*	
921 Indict. 9.	10 Ioannis 10	10 Conſtantini 9.	*Hnrici* 1. *Imperat. vel Regis German. an.* 3. *Berengarij* 1. *Imp. Ital.* 7. Henricus inſigni victoria ſtrauit Hungaros, Germaniam inuadentes. *Auentin. Sigebert.* Obijt Richardus primus Burgundiæ Dux, laudatus ab Religionem in Deum, & fidelitatem erga Regem. Succeſſit Rodolphus filius. hac Indictione, ſublato Schiſmate Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ de trigamia, promulgatum eſt Vnionis Edictum, quo decernitur non licere matrimonium poſt tertiam vicem iterare. *Baron.* Bulgari obſident Conſtantinopolim.	24 Caroli 3 Simplicis.
922 Indict. 10	11 Ioannis 10	11 Conſtantini 9.	*Henrici* 1. *Imper. vel Regis German. ann.* 4. *Berengarij* 1. *Imp. Ital.* 8. Prorogatum ad Conſtantinopolim bellum Bulgaricum, nunc pace compoſitâ ſedatur. *Cedren.* Carolus Simplex in Gallia, quod Haganonẽ ſuum deperiret, iterùm deſeritur à Proceribus, qui Robertum Comitem Pariſienſem creant Regem. *Frodoard. in Annal. Rhemen.* Itali Berengario infenſi, Rodolphum Burgundiæ Regulum in Italiam vocatum Regem conſtituunt. *Sigon. an.* 921, *&* 922. Quàm eſſet Orbi venerandum Romani Pontif. nomen, etiam in morum illa corruptela, & iteratâ Sedis illius inuaſione, quam notant Hiſtorici, *lege hîc apud Baron. ann.* 922, *&* 918.	25 Caroli 3. Simplicis.
923 Indict. 11.	12 Ioannis 10	12 Conſtantin. 9.	*Henrici* 1. *Aucupis Imper. vel Regis German. ann.* 5 *Berengarij* 1. *Imp. Ital.* 9. *Rodophi Burgundi Regis Ital.* 1. apud Sueſſiones Robertus qui ſe Regem dicebat, pugnans aduerſus Carolum Simplicem, in acie occiditur. Cuius fuerit victoria variant Scriptores. *narrat tamen Frodoardus*, victum Carolum ab Hugone Comite Pariſi. Reberti filio, ac demum dolo Herberti Comitis & cognati captum, ac Peronæ in carcerem detruſum. Tum Proceres Rodolphum, Richardi filium, (*de quo ad an.* 921.) è Burgundia vocatum, Regem conſtituunt Sueſſione. Ludouicus, Caroli filius, in Anglia hæſit vſque ad Rodolphi obitum. habet huc vſque Simplex 36 integros annos à morte Craſſi, quæ accidit ann. 888. pauciores ab obitu Odonis, de quo ad annum 898. *Putat Aemilius* Simplicem ceſſiſſe iure Regni. Præter illos Normannos, quibus ann. 912 data eſt Neuſtria, alij Galliarum loca varia vi obtinebant. Hi nunc Aquitaniam primùm, mox reliquam Galliam, ciuili etiam bello ſatis vexatam, miſerè affligunt. *Genebrard. an.* 924 *ex Appendice Reginonis.* quo tempore vult totam Lotharingiam à Francis ad Germannos conceſſiſſe. quod etiam hebent Annales huius temporis. In Italia Berengarius victus ſuperiori anno à Rodolpho Rege, nunc extra Italiam Hungaros pro ſe ſollicitat, abſente Rodolpho.	26 Caroli 3. Simplicis.
924 Indict. 12.	13 Ioannis 10	13 Conſtantini 9.	*Henrici* 1. *Aucupis, Imp. vel Regis German. ann.* 6 *Berengarij* 1. *Imp. Ital. ann. vltim. Rodolphi Burgundi Regis Italiæ* 2. Habet hic annus miſerandum Papiæ excidium, ab Hungaris, quos in Italiam pertraxit Berengarius, abſente Rodolpho, qui tamen redeuntes in patriam fudit inter Alpes. Et Berengarius à Veronenſibus ſuis occiditur, dolo Flamberti, vir naturâ, & ætate iam exactâ mitis, ac iuſtitiæ cultor. *Sigon. Luitprandus Ticinenſis.* Rodolphus Rex Franciæ, pace auro firmatâ cum Normannis, ducit exercitum in Aquitaniam: ſed Guillelmus Dux ſua retinet, dum Rodolphum vt Regem agnoſcit. *Annal.* Sanctus Vdalricus Auguſtæ Vindelicorum (*Ausburg.*) Epiſcopus creatur. *Baron.* Moritur Eduardus ſenior Angliæ Rex: ſuccedit Æthalſtanus, ex concubina filius, bonus Princeps, literarum non ignarus. *Polid. lib.* 6 *& Malmesber. lib.* 2. *cap.* 6.	1 Rodolphi Burgundi.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
925 Indict. 13.	14 Ioannis 10	14 Constantini. 9.	*Henrici* I. *Aucupis, Imp. vel Regis German. ann.* 7. Rodolphi Burgūdi *Regis Italiæ an.* 3. Rodolphus in Italia, Ermēgardæ dolo & illecebris seductus, à suis deseritur. Et dùm Itali Hugonem Arelatensem euocant ad Regnum Italiæ, Rodolphus redit ad suos in Transalpinam Galliam. *Sigon.* Pelagius puer nobilis, ob singularem in fide & pudicitia constantiam, martyrio coronatur à Mauris in Hispania. *Baron.*	2 Rodolphi Burgundi.
926 Indict. 14.	15 Ioannis 10	15 Constantini 9.	*Hērici* I. *Imper. vel Regis German. ann.* 8. *Hugonis Italiæ* Regis *an.* 1. qui nunc Papiæ salutatus Rex, Mediolani coronam ab Archiepiscopo accepit: mox Mantuæ cum Pontifice fœdus percussit. *Sigon. Luitprand. l.* 3. *cap.* 4. Mortuum hoc anno in Custodia Carolum Simplicem *putat Æmilius.* Hugo Comes Parisiensis filiam Eduardi Regis Angliæ ducit vxorem. In Hispania mortuo Ordonio 3, succedit Sanctius frater, dictus Crassus, Rex Legionensis, Æra 963. *Rodericus Sanctius c.* 20. *Vide Marian. lib.* 8. *cap.* 7.	3 Rodolphi Burgundi.
927 Indict. 15.	16 Ioannis 10	16 Constantini 9.	*Henrici* I. *Aucupis Imp. vel* Regis *German. ann.* 9. *Hugonis* Regis *Italiæ an.* 2. *Frodoardus in Chronico notat*, nunc Heribertū Comitem gessisse simultates cum Rege Rodolpho; & extraxisse proindè è carcere Carolum Simplicem. pace tamen inter eos compositâ, retrusum Carolum in carcerem: quem *Æmilius tamen putat* obiisse anno 926. idemque *habet Sigebertus.* Obiit nunc Guilelmus Aquitaniæ Dux, dictus Pius; fundator Cluniacensis Monasterij. *Frodoard* de alio *vide an.* 1157.	4 Rodolphi Burgundi.
928 Indict. 1.	1 Leonis 6.	17 Constantini 9.	*Henrici* I. *Imp. vel* Regis *German.* 10. *Hugonis Italiæ* Regis 3. Vido Tusciæ Marchio, impellente vxore Marozia, vrbem Romam occupans, Petrum Ioannis Papæ fratrem trucidat, & Pontificem ipsum coniicit in carcerem, (quem ibidem strangulatum *ait Sigon.*) *Frodoard. Luitprandus lib.* 3. *cap.* 12. Subrogatur Papa, Leo 6 Christophori Primicerij filius. Constantinus Imperator duobus filijs coronatis, tertium effecit Subdiaconum. *Curopalata. Narrat quoque Luitprand. lib.* 3. *c.* 13, Hugonem Italiæ Regem cessisse Rodolpho Regi quicquid habebat in Galliis, ea lege, ne Rodolphus Italiæ Regnum turbaret. id quod hoc anno factum *ait Paradinus.* putant tamen aliqui mansisse Hugoni ex pacto possessionē, vsque ad obitum.	5 Rodolphi Burgundi.
929 Indict. 2.	1 Stephani 8 dicti 7.	18 Constantini 9	*Henrici* I. Aucupis *Imperat. seu* Regis *Germaniæ ann.* 11. *Hugonis Italiæ* Regis 4. sunt qui velint nunc tantùm obiisse Carolum Simplicem. *Annal.* Leo Papa coniectus in carcerem moritur: substituitur Stephanus octauus, dictus septimus, patriâ Romanus. *ita vetus codex Vaticanus Rom.* pont. Lancea Constantini Magni, opus mirandum, data Rodolpho Regi; nunc ab eodem datur Henrico Imperatori. *Sigebertus.* Plura *Baron.* Obiit Garsias Enecus Nauarræ Rex, cui successisse tandem dicitur filius posthumus Sanctius Garsias. Variant Authores de anno. rem *attigit Mariana lib.* 8. *c.* 1 *in fine.*	6 Rodolphi Burgundi.
930 Indict. 3.	2 Stedhani 8 dicti 7.	19 Constantini 9.	*Henrici* I. *Aucupis Germaniæ Imperatoris, vel* Regis *anno* 12. *Hugonis in Italia* Regis *an.* 5. Orsonus Venetorum Dux, Monasticâ vitâ profitetur: subrogatur Petrus Candianus. *Sabel.* Dani, mortuo eorum Rege Sithrico, pelluntur è Northumbria: quæ sic venit in potestatem Adelstani Anglı Regis, victis pulsisque indè Scotis. *Lesleus lib.* 5 *in Constantino* 3. Polydor. *lib.* 6. Pax inter Bulgaros & Imperatorem Græcum firmatur connubio. *Cedren.* Constantinopoli mortuo Nicolao Patriarchæ, subrogatur Stephanus. *ex Curopalata.* Moritur Stephanus Papa mense Decembri. *Onuph.* in cuius locum intruditur Ioannes vndecimus, potentiâ Vvidonis Marchionis Tusciæ. de Ioannis huius patre ex infelici Marozia, *ege Luitprand. l.* 3. *c.* 2. sunt hæ Principum culpa natę calamitates, teratęque.	7 Rodolphi Burgundi.

Christi.	Pont.	Imp.	
931 Indict. 4.	1 Ioannis 11	20 Constantini 9.	*Henrici* 1. *German. Imp. vel* Regis *an.* 13. *Hugonis Italiæ* Regis 6. Veneti fines Reipublicæ proferunt in Dalmatiam vsque. *Sabellic.* Hungari Bulgaros bello petunt, dicti ab alijs Turci. *Cedrenus.* Saraceni ex Africa Genuam imprudentibus ciuibus ingressi, prædam referunt ingentem, sacram & profanam. *Sigon.*
932 Indict. 5.	2 Ioannis 11	21 Constantini 9.	*Henrici* 1. *German. Imp. vel* Regis *ann.* 14. *Hugonis in* Italia Regis 7. de Lothario Regni Italici socio, *vide an. sequentem.*
933 Indict. 6.	3 Ioannis 11	22 Constantini 9.	*Henrici* 1. *German. Imp. vel* Regis *ann.* 15. *Hugonis. Italiæ* Regis 8. Hugo Rex, repulso Arnulpho Bauariæ Duce, inuadente Italiam, filium Lotharium renuntiat Italiæ Regem. Obijt Vido Marchio & maritus Maroziæ scorti. Hugo Rex ab ea ad connubium inuitatus, vrbe etiam potitur Româ: sed operâ Alberici priuigni, mox à Romanis pulsus Hugo est. *Luitprand. lib.* 3. *c.* 12. erat hic Albericus Maroziæ filius, Ioannis Papæ frater. Hungari cæduntur in Germania penè ad vnum omnes. *Apendix Reginon.* Constantinus Scotiæ Rex, victo exercitu, *vti paulò ante commemoraui ad annum* 930, abstinet tandem bello; siue morte, *ex Malmesberien.* siue voluntario secessu ad vitam Monasticam, *ex Ioanne Maiore.* succedit Malcolmus Rex huius nominis primus, Donaldi filius. *Lesleus in Constantino*, *Hector Boet.* Obijt Stephanus Patriarcha Constantinopolitanus: subrogatur Theophylactus Imperatoris filius, sexdecim annorum, cui datur Administrator Triphon. *Curopalat.*
934 Indict. 7.	4 Ioan. 11	23 Constantini 9.	*Henrici* 1. *German. Imp. vel Regis ann.* 16. *Hugonis* Italiæ *Regis* 9 nihil habet hic annus quod notatu dignum sit: præter labentes Principum horum notatos annos, & Indictionem excurrentem.
935 Indict. 8.	5 Ioannis 11	24 Constantini 9.	*Henrici* 1. *German. Imp. vel* Regis *an.* 17. *Hugonis Italiæ* Regis 10. Inger Russiæ (quæ nunc Moscouia est) Rex, Constantinopolim obsidens, profligatur ab Imperatore; qui iniecto Græco igne classem mille nauium exussit. *Cedren. Sigeber. vide* 941. Mortuo Duci Aquitaniæ succedit Guillelmus alius: cuius frater Episcopus Lemouicencis creatur, annuente Francorum Rege. *Vetus Cron.*
936 Indict. 9.	1 Leonis 7.	25 Constantini 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 1. *Hugonis Italiæ* Regis 11. in Germania cessat viuere Henricus Rex, seu Imperator, dictus Auceps, mense Iulio: succedit filius Otho, dictus Magnus. *Reginon Appendix*, *Marianus Scot. Otho Frisingen. Annal. Rhem.* Coronatur Aquisgrani. Obijt quoque Rodolphus Rex Franciæ, idemq; Dux Burgundiæ, mense Ianuario. *Annal. Rhem. vide an.* 921, 922, & 923. Regnat Ludouicus, Caroli Simplicis filius, reuocatus ex Anglia, ideò dictus Transmarinus. Lauduni inungitur à Rhemensi Episcopo: Regnumque ad Caroli Magni progeniem redit. *Frodoard.* Romæ moritur Ioannes vndecimus. subrogatur in Pontificatu Leo 7 Romanus: Dei seruum *vocat Frodoardus.*
937 Indict. 10.	2 Leonis 7.	26 Constantini 9.	*Othonis* 1. *Magni German. Regis ann.* 2. *Hugonis* Ital. Regis 12. vita functo Burgundiæ Transiuranæ Rege, regnat ibi Conradus demortui filius. *Luitprad. Reginon. Append. Vide an.* 888 & 925. Hungari Campaniam, aliaq; Italiæ loca populati, tandem à Marsis & Pelignis omnes ferè cæsi sunt. *Sigon.* Britones è continente & patriâ pulsi; nunc ex Anglia regressi, victis aduenis Normannis, sibi iam recipiunt Britanniam minorem, ferè totam. *Annal Britonum.* apud Venetos Dux eligitur Petrus Badoerius, mortuo Petro Candiano. *Sebellic.*
938 Indict. 11.	3 Leonis 7.	27 Constantini 9.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 3. *Hugonis Italiæ Regis* 13 Otho Brandeburgenses sibi subijcit, & occupatâ Bauariâ, Ducem ibi creat Bertholdum. *Reginon. Append. Marian. Scot. Otho Frisingen.* Angli ante paucos annos Northumbriam, Cumbriam, &

Reg. Franc.
8 *Rodolphi Burgundi.*
9 *Rodolphi Burgundi.*
10 *Rodolphi Burgundi.*
11 *Rodolphi Burgundi.*
12 *Rodolphi Burgundi.*
1 *Ludouici 4. Transmarini.*
2 *Ludouici 4. Transmarini.*
3 *Ludouici 4. Transmarini.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Vestmariam, victis ad Bromifeldum Scotis & Danis, suo Imperio adiecerant: *vti dixi ad annum* 930, *&* 933. nunc tandem cum Athalstano Rege Angliæ pacem constituit Malcolmus, ea conditione, vt Northumbria Anglo Regi, Vestmaria, & Cumbria Malcolmo cederent; sed quæ penderent ab Anglo Rege, titulo beneficiarij. *Lesleus. Polydor.* Abderramē Rex Cordubensis Maurus obijsse putatur an. *937* relicto successore Halihatano. nunc obiit Sanctius Crassus, Rex Legionensis, Aera 975. *ex Roderico*: succedit Ramirus puer, sub tutela matris. *Marian. libro octauo, cap.* 8.	
939 Indict. 12.	4 Leonis 7	28 Constantini IX.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 4. *Hugonis Italiæ Regis* 14. Imperator Otho, & Ludouicus Rex, hinc indè, sed non eodem mense, (imò nec anno, *ex Sigeberto*) Lotharingiam inuadunt. Tandem tamen Othoni remansit subiugata fere tota, solo Metensi Episcopo Adelberone obnitente, fratre Ducis Frederici, qui posteà Dux Lotharingiæ euasit. De re sic gesta consentiunt Scriptores. In Italia Berengarius iunior, Berengarij Senioris ex filia nepos, Hugonem timens, fugit ad Othonem. Nouæ tamen in Hugonem à suis nunc excitatæ sunt tragœdiæ. fatum Hugonis tulit (*inquit Sigonius*) vt quos ipse beneficiis magis obstrinxerat, hos capiti suo infestiores senserit: ingratorum vitium est, & crudele malum. Normannos, qui per biennium Galæciam infestam tenebant, nunc Ferdinandus Gonsaluus Sanctius, Comes Castellæ primus (*de quo ad ann.* 900) adorsus, præda graues, omnes ad vnum occidit. *Roderic. Marian. lib.* 8. *cap.* 8. Obiit Leo Papa mense Maio: subrogatur Stephanus 9 dictus 8, patria Germanus, & Germanorum primus. *Onuphrius* Romanum putauit.	4 Ludouici 4. Transmarini.
940 Indict. 13	1 Stephani 9 dicti 8.	29 Constantini IX.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis ann.* 5. *Hugonis Ital. Regis* 15. habet hic annus inter Ludouicum Regem & Othonem, dissentionem, armorūque fragorem in Burgundia atque Lotharingia; sine vlla insigni rerum mutatione. Mortuo Petro Badoerio, Veneti Ducem substituunt Petrum Candianum, prioris Candiani filium. *Contar.* in Anglia diem clausit Rex Athelstanus: succedit Edmundus frater. *Polydor. lib.* 6. *Malmesber. lib.* 2. *cap.* 7. Agaunense Monasterium Sancti Mauritij, à Saracenis vastatur. *Frodoardus.*	5 Ludouici 4. Transmarini.
941 Indict. 14	2 Stephani 9 dicti 8	30 Constantini IX.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 6. *Hugonis Ital. Regis* 16. Othonis Duces cōtra Boleslaum, impium vsurpatorem Bohemiæ (qui Sanctum Venceslaum fratrem natu maximum occidit) pugnant: primum quidem victores: at posteà infeliciter, *Sigeb.* ad hunc annum multi referunt victoriam contra Russos, *de qua* 935.	6 Ludouici 4. Transmarini.
942 Indict. 15	3 Stephani 9 dicti 8.	31 Constantini IX.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 7. *Hugonis Ital. Regis* 17. Hugo Abbas (dictus à quibusdā Albus,) Herbertus Comes, & Guillelmus Normanniæ Dux, rebellantes in Gallia, iubentur à Stephano Pontifice sub anathematis pœna Regi obtemperare. *Frodoard* 941. qui obtemperasse scribit. Moritur S. Odo Cluniacensis. succedit Adamarus. *Baron.* Northumbri rebellant, & castigantur ab Edmundi Regis exercitu, in Anglia, & Hibernia. *Malmesberien. lib.* 2. *c.* 7 *initio.* Stephanus Papa, ciuili tumultu Alberici malè mulctatus, tandem extinguitur: succedit Pontifex Marinus 2. *Sigon. Baron.* aliqui Martinum nominant: qui se Ecclesiæ reformandæ totum addixit.	7 Ludouici 4. Transmarini.
943 Indict. 1.	1 Marini 2. alijs Martini 3.	32 Constantini IX.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis ann.* 8. *Hugonis Ital. Regis* 18. in Gallia obiêre Herbertus Comes, & Guillelmus Normanniæ Dux, cui successor datur à Rege Ludouico Richardus Guillelmi filius nothus; saltem in aliqua Prouinciæ parte. *ex Frodoardo, Aemilio, & alijs.* Normanni rebellantes, castigantur à Ludouico, qui	8 Ludouici 4. Transmarini.

qui tunc Rothomagum recepit. Hugo Comes, ob bello huic nauatam operam, Dux Franciæ creatur, dictus Hugo Magnus, qui & Capeti pater fuit. *Æmil. & alij.* Robertum in Sueſſionum finibus occiſum patrem habuit. Petrus Landianus Ducatum Venetorum excepit. *Sigon.*

944 | Indict. 2. | 2 Marini 2. alijs Martini 3. | 33 Conſtantini 9. | 9 Ludouici 4. Tranſmarini.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 9. *Hugonis Ital.* Regis 19. Theophylactus Imperatoris filius, iam ætate maturus, Patriarchatum Conſtantinopolitanum accepit. *Curopal. Baron.* Hugo Italiæ Rex, timens Berengarij Iunioris aduentum, fœdus init cũ Saracenis Italiæ: ex quo omnia ei infeliciter ceſſere. *Sigon. Bar.* Celebris Chriſti Imago Edeſsâ Conſtantinopolim transfertur. *Baron.*

945 | Indict. 3 | 3 Marini 2. alijs Martini 3. | 34 Conſtantini 9. | 10 Ludouici 4. Tranſmarini.

Othonis 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 10. *Hugonis Ital.* Regis 20. Conſtantinus Leonis filius Imperium fraudulenter à Romano Lacapeno vſurpatum recuperat, primùm operà Stephani, qui patrem Romanum detruſit in Monaſterium: deindè plenè, cùm ipſe eundem Stephanum, poſt duos menſes Monaſterio addixit. *Cedren.* Ludouicus Rex Franc. dolo Normannorum, aut etiam Hugonis Ducis, captus detinetur per annum, nec niſi datâ Hugoni Duci arce Laudunenſi, & Normannis priſtinâ libertate, liberatur. *Frodoard. ann.* 946. Hugo Rex Italiæ, ſentiens ſe imparem viribus Iunioris Berengarij, in quem propendebant Itali; ſponte abdicatur regno, eâ lege, vt filius eius Lotharius æqua ſorte regnet cum Berengario. *Frodoard. Luitprand. Leo Oſtienſis Chron. Caſsin.*

946 | Indict. 4. | 1 Agapiti 2. | 35 Conſtantini 9. | 11 Ludouici 4. Tranſmarini.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 11. *Lotharij & Berengarij* 2. *Ital.* Regum *an.* 1. Hugo Rex Italiæ nunc in Prouinciâ rediens, à ſuis recipitur. *Frodoard. Leo Oſten. in Chron. Caſsin.* in Anglia impiè trucidatur Rex Edmundus, relictis ſub tutela Eldredi fratris ſui, duobus filijs, Eduino, & Eldredo. *Polyd. lib.* 6. Moritur Marinus Papa, cùm ſediſſet an. 3, men. 6, diebus 13. *ex Codice Vaticano.* ſuccedit Agapitus.

947 | Indict. 5. | 2 Agapiti 2. | 36 Conſtantini 9. | 12 Ludouici 4. Tranſmarini.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 12. *Lotharij, & Berengarij* 2. *Ital.* Reg. *an.* 2. duæ Othonis ſorores anteà datæ erant in Matrimonium, altera Ludouico Regi, altera Hugoni Franciæ Duci: nunc eiuſdem filia data vxor Conrado Lotharingiæ Duci. *Reginon. Append.* obiere nunc Sanctus Ælfegus, Epiſcopus Vintonienſis in Anglia, & Æditha Othonis Imperatoris vxor, miraculis clara. *Baron.*

948 | Indict. 6. | 3 Agapiti 2. | 37 Conſtantini 9. | 13 Ludouici 4. Tranſmarini.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 13. *Lotharij, & Berengarij* 2. *Ital.* Regum *an.* 3. moritur Romanus Lacapenus. Conſtantinus Imperator filium ſuum Romanum, collegam ſibi aſſumit Imperij. *Cedren.* Menſe Auguſto habetur Generalis Synodus in oppido Ingelenhem, præſentibus Othone, Rege Ludouico, Germaniæ & Lotharingiæ Epiſcopis, vbi Epiſcopatus Rhemenſis Artaldo adiudicatus eſt, reiecto Hugone Præſule aduerſario, (quæ res turbabat Galliæ Regnum) & examinata cauſa Ludouici, Rex ille ſalutatur, damnato Hugone Duce, qui adeſſe recuſauit. nec propterea, Hugo iſte à cœptis deſtitit, dictitans ius ſuum in armis eſſe, non in iudicio inimicorum. vtrumque Hugonem Synodus excommunicauit. *Frodoard. an.* 948 *in Chron. Rhem.* Dùm Hungarorum incurſione, & Berengarij direptione vexatur miſerè Italia, Lotharius ſæuo animi affectus dolore, in phreneſim incidit, extinguiturq; anno inſequenti. extinctum *ſcribit Sigonius.*

949 | Indict. 7. | 4 Agapiti 2. | 38 Conſtantini 9. | 14 Ludouici 4. Tranſmarini.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 14. *Lotharij & Berengarij* 2. *Ital.* Regum 4. Conſtantinus Imperator in Græcia reſtituit litterarum ſtudia. *Cedren.* hic annus habet tum oppidorum expugnationem, tum inducias inter Ludouicum Regem, & Hugo-

nem Ducem. *Frodoard.* 949. Agapitus Romæ habitâ Synodo confirmat Synodum Ingelehemensem, & anathemati subijcit Hugonem Principem, donec Regi satisfaciat. *Frodoard.* Otho vincit Danos, qui breui posteà ad fidem conuersi sunt. *Baron. scribit Ioannes Maior*, nunc Malcolmum Scotiæ Regem occisum, qui coniuratorum insidijs in Morauia oppressus est, succedente Indulpho. quod tamen non nisi anno 959 accidisse *volunt Hector Boetius, & Leslæus lib.* 5.

950 Indict. 8. | 5 Agapiti 2 | 39 Constantini 9. | *Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis ann.* 15. *Berengarij Ital.* Regis 5. Hic annus, extincto, vti commemorauí, Lothario, quintus est Berengarij Iunioris in Italia. de morte Regis Hugonis, patris Lotharij, non conuenit inter Scriptores, an nunc, an tempore Capeti. Putant aliqui Conradum Transiuranæ Burgundiæ Regem Hugoni succesisse in Regno Arelatensi. | 15 Ludouici 4. Transmarini.

951 Indict. 9. | 6 Agapiti 2 | 40 Constantini 9 | *Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 16. *Berengarij* 2. *Ital.* Regis 6. qui regnat cum filio Adelberto maiore natu. *Vide Sigon.* Otho nunc vocatus ab Athone venit in Italiam: Adeleidam, Lotharij defuncti vxorem, Conradi Regis Burgundiorum sororem, sibi matrimonio copulat: victo Berengario Papiam occupat. Rem & annum *notant Frodoard. Append. Reginon. Sigeber. Auentin.* Otho. *Frisengen. Onuf. & Sigon.* | 16 Ludouici 4. Transmarini.

952 Indict. 10. | 7 Agapit 2 | 41 Constantini 9. | *Othonis* 1 *Magni Germaniæ* Regis *an.* 17. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 7. Optauit Otho Romam proficisci, eò inuitatus ab Agapito Papa, sed prohibuit Albericus Princeps, qui Vrbi dominabatur. *Frodoard.* Otho ergo rediens in Germaniam, bellum in Berengarium commisit Conrado Duci, & genero: cui impar viribus Berengarius, tradit se potestati Othonis. Otho Regnum Berengario reliquit, exceptâ Marchia Veronensi, & Foroiulienſi, quas Henrico Bauariæ Duci concessit. *Sigon. Auentin. li.* 5. *Reginon. Appendix.* in Hispania Halihatam Maurorum Rex Cordubensis moritur: succedit Hissemus filius. *Vaseus.* Rem *narrat Mariana libro* 8. *cap.* 8. | 17 Ludouici 4. Transmarini.

953 Indict. 11. | 8 Agapiti 2 | 42 Constantini 9. | *Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 17. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 8. Litulfus Othonis filius, & Conradus Imperatoris gener, conspiratione factâ in Othonem, omnia graui & intestino bello turbant, ex quo nuntio Berengarius quoque in Italia, contra datam Othoni fidem, rebellat. *Sigon.* nunc finitur illud intestinum in Gallia bellum, pace constitutâ inter Regem & Hugonem Ducem. *Reginon. Appendix, & Auentin. libro* 5. *& Frodoard. an.* 953. | 18 Ludouici 4. Transmarini.

954 Indict. 12. | 9 Agapiti 2 | 43 Constantini 9. | *Othonis* 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 19. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 9. Otho filium Litulfum obsessum, facta deditione, donat impunitate: cessatque bellum hoc intestinum. *Marianus Scotus*, *Reginon. Append.* operâ Sancti Vdalrici constituta hæc pax, *vt Acta eius habent.* Obijt Ludouicus Rex Transmarinus: succesſit Lotharius, filius natu maximus, *Frodoard. Anna. Franc. Regin. Append. AEmil.* Obijt quoque Albericus Romanorum Patricius, cuius filius Octauianus Clericus, Principatum adeptus est, & posteà in Pontificatu succesſit Agapito. *Ita Frodoard.* qui tunc viuebat. Malè *Sigon.* 956 putat à patre viuente intrusum. Vixit Sanctius Garsias Nauarræ Rex, dictus Abarca: succedit demortuo Sanctius Garsias filius, quartus Nauarræ Rex, dictus Tremulentus. *ex Roderico Sanctio, p.* 1. *cap.* 12. Aera, si rectè notetur, debet esse 993. Corpus S. Mathæi Salernum transfertur. *Leo Ostiensis l.* 2. *c.* 5. | 19 Ludouici 4. Transmarini.

955 Indict. 13. | 10 Agapiti 2 | 44 Constantini 9. | *Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 20. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 10. Hungari numerosissimo exercitu inuadentes Germaniam, cæduntur penè ad vnum, eodem die & loco, quo ante 48 an. ipsi Christianis ingentem intulerunt cladem, nempe 10 Augusti. | 1 Lotharij 4.

Auentin. lib. 5. Marianus Scot. Reginon. Append. & Otho. Frisingen. qui remanserant in patria, Regem sibi nouum creârunt: atque hinc annos cœperunt numerare. Berengarius Italos & Pontificem vexat. *Luitprand.* Moritur Eldredus Angliæ Rex seu Tutor: succedit Eduinus, Edmundi Regis filius, quem egregiè vituperat *Malmesber. lib. 2. cap. 7 in fine. lege Polydor. lib. 6.* Obiit Agapitus satis laudatus in suo munere. Octauianus Alberici filius annorũ tantùm 18, Pontificatum inuadit. Hic primus nomen mutauit & dictus est Ioannes 12 *Onuphrius, Baron.*

956 | 1 Ioannis 12 | 45 Constantini 9. | Indict. 14. | 2 Lotharij 4.

Othonis 1. *Magni German. Regis ann.* 21. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 11. Nunc obiit in Gallia Hugo Princeps, dictus Magnus, 16 Iunii. Ex filiis, Hugo Capetus Ducatum Franciæ; Otho Burgundiæ partem, acceperunt. *Annal. Rhemen. Frodoardi, & alij.* nuncupatus Capetus, quòd soleret puer, puerorum capita pileis nudare. Petrus Candianus, mortuo patre, recipitur iterùm à Venetis Dux Reipubl. *Blondus, Sabel.* Theophylactum Patriarcham Constantinopolitanum, vità functum excepit Polyencus Monachus successor. *Curopalat. Baron.*

957 | 2 Ioannis 12 | 46 Constantini 9. | Indict. 15 | 3 Lotharij 4.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 22. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 12. Litulfus, iussu patris Othonis cum exercitu in Italiam profectus, Berengarij exercitum fudit: & multis oppidis receptis, cùm populos plures ad se traduxisset, morbo extinguitur. *Sigon. Reginon. Append.*

958 | 3 Ioannis 12. | 47 Constantini 9. | Indict. 1. | 4 Lotharij 4.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 23. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 13. Berengarius impotenter se gerens in Italos, bellum etiam mouit Ioanni Pontifici in Spoletano Ducatu. *Sigon. Luitpran.* Arnulfus Senior, dictus Magnus, Flandriæ Comes, Balduinum filium huius nominis tertium instituit Comitem. *Chron. Fland.* Otho in Slauos exercitum ducit, eosque debellat, occiso eorum Rege. *Sigebert.*

959 | 4 Ioannis 12. | 48 Constantini 9. | Indict. 2. | 5 Lotharij 4.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 24. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 14. Eduinus Angliæ Rex, post defectionem Northumbrorum moritur. Regnat Edgarus, quem *Malmesbrienſis cap.* 8, *vocauit* Anglorum delicias. *Polid. lib. 9.* Rugiorum Regina Helena, fictè Constantinopoli baptizata, nunc ad Othonem Legatos destinat, qui suæ genti petant Episcopũ & Presbyteros. *Reginon. Append. Baron.*

960 | 5 Ioannis 12. | 49 Constantini 9. | Indict. 3 | 6 Lotharij 4.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 25. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 15. In Oriente Constantinus Imperator veneno extinguitur à filio Romano, qui successit patri. interdixit Romano pater connubia externorum, præterquam Francorum. *Curopalat.* Romanus eodem anno filium Basilium voluit Imperij collegam coronari. Est hic Romanus 3 dictus Iunior, & Porphyrogenitus. Dùm Italia Berengarij tyrannide grauatur, Ioannes Papa Othonem vocat in Italiam: à quo prius exegit iuramentum, de iure & honore Ecclesiæ conseruando. *Extat* Formula *apud Sigon.* 960. *& Luitprand. lib. 6. cap.* 6. Hugo Capetus à Franco Rege Dux Franciæ, & Pictauiensis Comes renunciatur. Cuius sororem in matrimonium accepit Richardus Normanniæ Dux. *Annal. Rhem.* Sanctus Dunstanus Cantuariensis Episcopus pallium accepit à Ioanne 12, quem, licet pessimæ vitæ hominem, colit; agnoscens in illo Petri personam. *Osbertus in Dunstano, & Baron.*

1 Romani tunioris Porphyrogenniti.

961 | 6 Ioannis 1. | 2 Romani Iunioris Porphyrogenniti. | Indict. 4 | 7 Lotharij 4.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *ann.* 26. *Berengarij* 2. *Italiæ* Regis 16. Otho Magnus, filium Othonem secundum, & septennem, iubet coronari Regem German. & mox Italiam ingressus, Papię hoc anno substitit. *Luitprand. lib. 6, cap. 6. Herman. Contract.* Indulphus Scotiæ Rex, partâ contra Danos victoria in Boene littore, redintegrans pugnam occiditur. regnat Duffus Malcol-

Anni, Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			mi filius, laudatus Princeps. *hoc referunt Hector & Leslæus ad annum 968, à quibus Maior dissentit.* nunc obiisse narratur Balduinus 3 in Flandria Comes. pater eius Arnulphus primus, rerum curam resumit. *Marchantius.* Cretam insulam, quam à 40 ann. tenuerunt Saraceni, recuperat Phocas, missus ab Orientis Imperatore. fidem Christianam ibidem restituit Sanctus Nicon. *Curopal. Cedren. & Acta Niconis : quæ Latina fecit noster Sirmundus.*	
962 Indict. 5	7 Ioannis 12	3 Romani iunioris Porphyrogeniti.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis ann.* 27. *à Coronatione Romana Imp.* 1. *Berengarij* 2 *Italiæ Regis, an.* 17. Otho Romã profectus, coronatur Imperator à Ioanne Papa. *Frodoard. Luitprand. Sigon. Herman. Contract. Cardin. Bellarm. lib.* 2. *cap.* 3. *de Imper. translat.* Itali Scriptores hunc primum Imperatorem legitimum volunt, post amissum à Caroli Magni sobole Imperium. Certè plures Historici, eos, qui hactenus imperârunt in Germania, tantùm Reges vocant. *Vide an.* 965. Otho Ecclesiæ Romanæ adempta oppida restituit. *Sigon.* Diploma *refert Baron.* de Ciuitate Romana cum Ducatu suo, de Exarchatu, Neapolitano Regno, & alijs à Pipino ac Carolo olim concessis. Ramirus Rex Legionensis, moritur sine liberis; Æra 1000. Ramiro succedit Veremundus secundus, Ramiri patruelis. *Roderic. Sanctius capite* 22. Historiam *habet Mariana libro* 8. *cap.* 9. de Meldensi Synodo in Gallia, in causa Rhemensis Episcopi, *Frodoard. Baron. nu* 17.	9 Lotharij 4.
963 Indict. 6.	8 Ioannis 12	1 Nicephori 2. Phocæ.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 28 *à Coronatione Romana Imp.* 2. *Berengarij* 2. *Italiæ Regis an.* 18. Narrat *Curopalata* obiisse hoc anno Romanũ Orientis Imperatorem: cui licèt successissent duo eius filij, Basilius, & Constantinus pueri: tamen Nicephorus Phocas, victoriis iam nobilitatus, acclamatus Imperator, coronatus à Patriarcha Polyencto, Imperatricem viduam duxit vxorem. *Zonar. & alij.* Otho, dùm Berengarium persequitur, sentiens Ioannem fœdus inire cũ Adelberto, antè à Romanæ Ecclesiæ hoste, & graues audiens in Ioannem accusationes, Romam properat; vbi coacto Episcoporum Concilio, damnatur abdicaturque Ioannes; subrogato Leone 8. Rem *narrãt Luitprand. lib.* 6. *c.* 6. *Onuph. Sigonius prolixè, & Baronius:* qui vt Ioannem hunc moribus turpem, fide tamen sincerum tuetur: ita hoc Concilium, in quo damnatus Põtifex est, peruersum, spurium, & sacrilegum multis grauibus argumentis pronuntiat.	10 Lotharij 4.
964 Indict. 7.	9 Ioannis 12	2 Nicephori 2. Phocæ.	*Othonis* 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 29 *à Coronatione Romanâ Imp.* 3. *Berẽgarij Italiæ Regis an.* 19. Otho captũ tandẽ Berengariũ perpetuò mulctat exilio in Germania. *Sigon.* Interim Romani, pulso Leone, reuocant Ioan. Papam. Qui tamẽ consuetâ viuendi licẽtiâ vtens, meruit à Deo puniri; quem obijsse *scribit Regino,* pridie Idus Maij. Addit subrogatũ Benedictũ Romanæ Ecclesiæ Diaconũ: sed Otho iterum Romam occupans, eijcit Benedictũ Romanum Pontificem, restituto Leone. Iniquè, *inquit Ditmarus, huius temporis Scriptor.* Meritò reprehenditur *à Baronio Gratianus*, qui *dist.* 63. *cap. in Synodo congregata*, intrusit illud c. ex huius Leonis Pseudosynodo, quâ dicitur concessa Imperatori electio Romani Pontificis. Nec enim Pontifex ille fuit: nec ita eam statuisse vllus probare potest. Æquè, *inquit idem Author*, mendax est Constitutio, *apud Crantium, vel alium,* quâ dicitur Pontifex restituere Othoni quæcumque vnquam data fuerant Romanæ Ecclesiæ. Nicephorus in Oriente eripit Saracenis Cyprum, Tarsum, Mopsuestiam, Antiochiam Syriæ, ac denique centum vrbes. *Curopalat.*	11 Lotharij 4.

965 | 1 Benedictus | 3 Nicephori 1. Phocæ. | 12 Lotharij 4.

Indict. 8.

Othonis 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 30 *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 4. Ad Othonem, domitâ nunc Italiâ, reuersum in Germaniam concursus totius penè Orbis terrarũ fiebat. Post Imperium à sobole Caroli Magni ablatũ, primus hic Otho, iustus ac legitimus Cæsar numeratur, *inquiunt Aemilius, Genebrard. Sigon. Bar. & plerique alij*; quòd cæteri, Pontificis Summi authoritate, benedictionẽque caruerint, *inquit Æmilius: addens*, nunquam Francicum nomẽ iunctius Germanico fuisse, quàm Othone hoc Cæsare. Interim Albertus Beringarij filius Regnum in Italia affectans, negotiũ Imperatori facessit. *Reginon. Append.* In Flandria Arnulpho Seniori auo paterno, succedit Comes Arnulphus Iunior, Balduini tertij filius. *Chron. Flandriæ. & Matchãtius in Arnulpho* 2. Benedictus (quem secum Otho abduxerat in Germaniam) multa dira passus à Leone exul, legitimus Pontifex, & habitus Martyr obijt Hamburgi 4 Non. Iul. *Adamus, vetus Chron. lib. 2. c. 6. Ditmarus lib. 2. Baron.* quamuis annus, quo vita functus est, non sit omnino certus. Hoc ipso an 965 moritur Leo. Subrogatur, iubente Imperatore, Ioannes, dictus 13: quamuis viuẽte Benedicto nullus alius potuerit esse legitimus. *Baron.* Poloni, Slauorum propaga, antiquæ Sarmatæ accolæ, nunc omnino fiunt Christiani, baptizato eorum Rege Mieslao, cum præcipua nobilitate. *Martinus Chromerus in Chron. Polon.* Habet hic annus Veremundi Regis Legionensis conflictus varios contra Mauros, *Mariana lib. 8. c. 9.*

966 | 1 Ioannis 13 | 4 Nicephori 2. Phocæ. | 13 Lotharij 4.

Indict. 9.

Othonis 1. *Magni Germaniæ Regis an.* 31 *à Coronatione* Romana *Imp.* 5. Otho reuersus Romam, Ioannem pulsum restituit, sumpto de iis supplicio, qui eum expulerant. *Auent. Blond. Sigebert.* Reginon. *Append.* quo etiam anno obijt Berengarius Rex, exul in Germania. Nunc finem accipiũt Annales Rhemenses Frodoardi Presbyteri, *vt ibidem notatur.* Duffus Scotiæ Rex, & Princeps optimus, in arce Forensi trucidatur nefario Doneualdi impulsu. *Hector lib. 11. Maior, Leslæus lib. 5.* vbi de huius Regis imagine cerea, igni per Veneficas admota, & detecta. Successit Rex Culenus, Indulphi filius, homo impurus, & ad omnem proiectus libidinẽ. Almansor Rex Cordubensis Maurus, crebras hoc tempore contra Christianos victorias referens, Veremundum Regem Legionensem, aliosque insigni clade affecit Rodericus *Sanct. c. 22. Mariana c. 9. l. 8.*

967 | 2 Ioannis 13 | 5 Nicephori 2. Phocæ. | 14 Lotharij 4.

Indict. 10.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 32. *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 6. habet *Appendix* Reginonis (cui hic finis imponitur) Othonẽ, habita Rauennæ post Pascha Synodo, restituisse Pontifici (qui ibidem aderat) Vrbem illam, & Exarchatum. *Baronius* confirmatam donatione *interpretatur.* Culenus Scotiæ Rex Reipublicæ inutilis, & vitæ turpissimæ, tandem à Cadhardo, cuius filiam violauerat, trucidatur. *Leslæus.* regnat Kennethus 3, Malcolmi filius. Otho Iunior corona accepta consors Imperij declaratur. *Sigon.*

968 | 3 Ioannis 13 | 6 Nicephori 2. Phocæ. | 15 Lotharij 4.

Indict. 11

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 33 *à Coronatione* Romanâ Imp. 7. Otho Adelbertũ iusta acie vincit: in quo mox extincto, extinctum penitus est Italię Regnum. Idem Imperator Saracenos è Calabria & Apulia repulit; Beneuentanosque sibi subiecit. *Blondus, Onuph. Sigebert. Sigon.* Fodinæ auri & argẽti inuentæ in Saxonia. *Otho Frisingen, Sigebert.*

969 | 4 Ioannis 13 | 7 Nicephori 2. Phocæ. | 16 Lotharij 18

Indict. 12.

Othonis 1. *Magni Germaniæ* Regis *an.* 34 *à Coronatione* Romana *Imp.* 8. Otho, Græcos in Calabria, à quibus spe matrimonij deceptus fuit, misso exercitu, breui deleuit, *ex Vitikindo.* His in Græcia auditis, Constantinopolitani rebellant, occiduntque Nicephorũ, bellis clarũ Principem, sed rapacem, & sacrilegum (*Baron.* 964) id agente propria coniuge. Ioannes Zimisca; domini sui occisor,

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			acclamatur Imperator, qui ad pacem constituendam, Theophaniam regiam puellã misit vxorem Othoni Iuniori anteà promissam. *Blondus, Sigon. Baron.*	
970 Indict. 13.	5 Ioannis 13	1 Ioannis Zimisca.	*Othonis* I. *Magni Germaniæ Regis an.* 35. *à Coronatione Romanâ Imp.* 9. Saraceni Africam & orientẽ incolentes, iunctis copijs ingentibus, Antiochiam inuadunt: sed ab exercitu Zimiscæ Imperatoris profligantur. *Cedren.* Mortuo Polyeucto Patriarchæ Constantinopol. subrogatur Basilius Monachus. Antiochia quoque Theodorum accipit Patriarcham, pulsis, vti dixi, Saracenis. *Curopalata.* Obijsse dicitur hoc anno alter Guillelmus Aquitaniæ Dux, & Pictauiensis Comes: succedit filius eiusdem nominis. *Chron. Aquitan. alij aliter.*	17 Lotharij 4.
971 Indict. 14.	6 Ioannis 13	2 Ioannis Zimisca.	*Othonis* I *Magni Germaniæ Regis an.* 36 *à Coronatione Romanâ Imp.* 10. Bardas Durus insignem reportat victoriam contra Rossos, in bello Scythico: & adhuc barbaro cruore madens, mittitur ab Imperatore Zimisca in Bardam Phocam, qui in Asia, frater Nicephori, Imperatoris nomen assumpsit, quem etiam deditione captum eodem anno Imperator relegat in Chium. *Cedren. Curopal.* Magdeburgum ciuitatem condit Otho in Saxonia, dato illi ciuitati Adelberto primo Episcopo. *Albert. Crant. Adam, Vet. Chron. lib.* 2. *cap.* 7. *& deinceps.* Cairum ciuitatem Ægypti nunc conditam Elcainus Saracenorum Princeps regiam fecit, mansitque integra Elcaini successoribus, vsque ad Saladinum. *Guillelmus Tyrius.*	18 Lotharij 4.
972 Indict. 15.	7 Ioannis 13 1 Doni, vel Domni 2	3 Ioannis Zimisca.	*Othonis* I. *Magni Germaniæ Regis ann.* 37. *à Coronatione Romanâ Imper.* 11. Ioannes Zimisca Imperator, ducto in Bulgariam exercitu, bis victos Russos inde pellit, & Bulgariæ Regnum suo nittitur adiicere Imperio. *Cedren. Curopalat.* Theophania Romæ nubit Othoni Iuniori. *Sigebert.* Vbi Augustæ titulo decorata est. *Sigon.* in hunc ferè annum incidit receptum in Italia Fraxinetum castrum, pulsis omninò, aut cæsis Saracenis. *Glaber.* nempe paulò ante Othonis Magni obitum, & operâ Guillelmi Ducis Arelatensis. Imperante Othone obijt Papa Ioannes 13 men. Sep. *ex Onuphrio.* eligitur successor Donus, vel Domnus 2 Romanus 20 Sep. qui obijt 19 Decembris. successit Benedictus 6 Romanus.	19 Lotharij 4.
973 Indict. 1.	1 Benedicti 6.	4 Ioannis Zimisca.	*Othonis* II. *Imp. Occid. an.* 1. Otho Magnus reuersus in Germaniam 8 Kal. Maij. Imperator Otho 2 *Herman. Contract. Sigeber. Otho Frisin. Auentin. Marianus Scot.* qualis nunc fuerit Italiæ status, *scitè describit Sigonius ad hunc annum.* Imperator Otho Magnus Beneuentanum Ducatum, qui antiquo ferè Samnio continebatur, Principi Beneuentano concessit: Campaniam, ac Lucaniam Principibus Capuano, Neapolitano, & Salernitano: Romano Pontifici, Ducatum Romanum, Spoletanum, Tusciam, Marchiam Anconitanam, & Exarchatum: reliqua Italiæ Regi adiunxit. *Narrat idem Sigon.* Petrus Candianus Dux Venetorum à populo ob tyrannidis suspicionem trucidatur. *Blondus.*	20 Lotharij 4.
974 Indict. 2.	2 Benedicti 6. Bonifacius 7. *Pseudopontif.*	5 Ioannis Zimisca.	*Othonis* II. *Imp. Occid. an.* 2. Veneti Petrum Orselinum, seu Orseolum eligunt Ducem. *Sabel.* Basilio Patriarcha Constantinopolitano pulso, subrogatur Antonius Studites. *Cedren. Curopalat.* Benedictus 6 à Bonifacio impio homine coniectus in carcerem, strangulatur. Occupat ille Sedem, dictus Bonifacius 7: sed qui tyrannicè Sedem inuasit, non numeratur inter Pontifices, eritque sic annus iste asscribendus Benedicto 6. floret in tanta morum corruptela sanctus Romualdus Rauennas, ex Ducum stirpe oriundus. *Petrus Dam.*	21 Lotharij 4.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	
975 Indict. 3.	1 Benedicti 7.	6 Ioannis Zimisca.	*Othonis* 2. *Imp Occid. an.* 3. Moritur Edgarus Angliæ Rex. Regnum tenet filius, dictus Edoardus secundus. *Polydor. lib.* 6 *in fine.* sanè *Malmesber. l.* 2 *cap.* 9. hunc, virum Sanctum describit, qui scribebat anno 1140. in Synodo apud Vintoniam *narratur* Christus ex signo Crucifixi loquutus, adiudicando Monachis causam contra Clericos, qui volebant ad bona pristina admitti cum vxoribus. *ex Osberto in vita Dunstani* tunc Primatis, & Cõcilio præsidentis. *lege Baron.* Bonifacius, qui tyrannicè Sedem inuasit, pellitur. Omnium consensu creatur ex Sutrino Episcopo, Benedictus, vocatus 7. cuius hic primus sit annus. *Baron.* Mense Decembri, Indictione 4 incunte, Imperator Zimisca rediens è Syria, veneno extinguitur: succedunt filii, Romani Iunioris Basilius, 20 annorum, & Constantinus annum agens 17. *Curopalat. Cedren. & alij.*	22 Lotharij 4.
976 Indict. 4.	2 Benedicti 7.	1 Basilij 2 & Constantini X. Fratrũ.	*Othonis* 2. *Imp. Occid an.* 4. Orselinus Venetorum Dux vitam Monasticam in Aquitania delegit. *Surius* 19 Iunii: subrogatur Vitalis Candianus, Petri filius paulò ante occisi. *Sabellic.* in Hispania Almansor Rex Cordubensis, qui dissidentibus Christianis Principibus per 12 penè annos feliciter rem Mauricam promouerat, tandem à Veremundo Rege Legionensi, fuso exercitu fugatur. *Roderic. Alfon. Mariana lib* 8, *ad annũ* 993. Bardas Durus Orientis Præfectus, concilio & fauore militum vsurpat Imperatoris nomen. *Cedren. Curopalat.* de Sãcto Nilo multa ad hunc annum, *Baron.*	23 Lotharij 4.
977 Indict. 5.	3 Benedicti 7.	2 Basilij 2. & Cõstantini X. Fratrum.	*Othonis* 2. *Imp. Occid. an.* 5. Leo Phocas à Basilio Imperatore missus est cum exercitu contra Bardam Tyrannum; qui tandem victus, confugiens ad Saracenos, ab iisdem conijcitur in carcerẽ. *Cedren.* Otho Lotharingiam inferiorem concessit Carolo Lotharii Regis fratri, sic Carolum sibi deuinciens, quem Beneficiarium Cæsarum iureiurando præstito effecit. *Sigeber.* 977. In Hispania ad Calacanasorum oppidum in Castellæ & Legionis confinio, pugnatum est contra Mauros: vincunt Christiani. Almansor diem obiit, relicto filio Abdelmelico. *Mariana l.* 8. *an* 998. *Vasæus. Rodericus notat* annum Arabum 367. de quo tamen non conuenit inter Scriptores.	24 Lotharij 4.
978 Indict. 6.	4 Benedicti 7.	3 Basilij 2 & Constantini X.	*Othonis* 2. *Imp. Occid. an.* 6. Lotharius Rex, ob cõcessam, vti dixi, Carolo Lotharingiam, armatus infestis signis Othonem Aquisgrani morantem inuadit: in fugam egit, ægrèque Otho euasit. Imperator rursus collecto exercitu Gallias vastat. *Sigeber. Herman. Contract.* in Anglia Sanctus Eduardus dolo nouercæ periit, quæ filium Ethelredum Regno præfici curat. *Malmesber. l.* 2. *cap.* 9. vbi Martyrem vocat. *Lege Baron. in Martyrol.* 18 *Martij, & Polyd, in fine lib* 6. *& initio* 7. Abdelmelicus Rex Cordubensis victus à Veremundo, & Garsia Comite Castellano, pacem affectat. *Roderic. Mariana, anno* 998.	25 Lotharij 4.
979 Indict. 7.	5 Benedicti 7.	4 Basilij 2 & Constantini X.	*Othonis* 2. *Imp. Occid. an.* 7. Basilius Imperator, Saracenis mercede conductis, Italiam inuadit, vbi Bario & Matera expugnatis, Apulia, & Calabria recipiuntur. *Sigon. Blondus, Sabel.* diem nunc obiit Veremundus Legionensis Rex, Æra 1017 *ex Roderic.* Succedit filius, dictus Alfonsus 5 sub tutela matris, & Melendi Gonsalui, Comitis Galætiæ. *Mariana l.* 8. *c.* 10.	26 Lotharij 4.
980 Indict. 8.	6 Benedicti 7.	5 Basilij 2. & Constantini X.	*Othonis* 2. *Imp. Occid. an.* 8. pax composita inter Othonem, & Regem Lotharium. Carolo *(de quo* 977.) remansit Lotharingia. *Æmil. Annal. addit Sigebertus* Regẽ omne ius suum in Lotharingum deriuasse. Otho in Italiam contra Græcos festinat. obiit Sanctius Garsias Nauarræ Rex, Æra sanè 1018, non autem 968, vt irrepsit error *apud Rodericum.* Omnes enim fatentur eum in bello contra Almansorum adfuisse Veremundo Regi Legionen-	27 Lotharij 4.

si, qui diem clausit anno Christi 978. regnare cœpit filius, dictus Sanctius Maior, futurus primus Castellæ Rex post cladem, *inquit Rodericus Sanctius p. 1. c. 11 & 12.* (aut certè filius ipsius Ferdinandus, *vt alii numerant.*) & qui obiit Æra 1053, cùm regnasset annis 35, quibus iterùm subductis, exibit Æra illa 1018, qua Garsias, *vti commemorauí*, vita decessit.

981 | 7 Benedicti 7. | 6 Basilij 2. & Constãtini X. | Indict. 9. | 28 Lotharij 4.

Othonis 2. *Imp. Occid. an.* 9. Otho, ducturus exercitum in Græcos, firmat pacem cum Carolo Lotharingiæ Principe, adiectis ad Caroli ditionem aliquot ciuitatibus, quas nunc retinet Lotharingus princeps: ab eo tempore Lotharingia non Regnum, sed magni nominis Ducatus dici cœpit, cum supremo Principatu: addita quoque noua Principis Insignia. *Chron Lothar. & Fran.* Antonius Studites Patriarcha Constantinopolitanus Bardam timens, sponte se abdicat Patriarchatu: sufficitur Nicolaus, cognomento Chrysoberges. *Curopalat.*

982 | 8 Benedicti | 7 Basilij 2. & Constãtini X. | Indict. 10. 7. | 29 Lotharij 4.

Othonis 2. *Imp. Occid. an.* 10. Otho contra Græcos pugnat ad Bassentellum Calabriæ oppidum Idibus Iulii; sed fugientibus Beneuentanis & Romanis, fusus est Othonis exercitus: ipse natatu, aliisque artibus vix euadens, copiarum reliquias auget ad redintegrandum bellum. *Sigeber. Sigon. & alij.* Nascitur Auicenna in Perside, Arabum Medicorum Princeps, *ex Sortano in eius Vita: notat* Hegiræ annum 373.

983 | 9 Benedicti | 8 Basilij 2. & Cõstãtini X. Fragrum. | Indict. 11. 7. | 30 Lotharij 4.

Othonis 2 *Imp. Occid. an.* 11. Otho redintegrato bello, dicitur Saracenos affeciisse ingenti clade: vnde dictum aliqui scribunt Sanguinarium. mox conuocatis Proceribus, filium Othonem 3, annorum fere 12, successorem Imperii renuntiat Veronæ. Postea Romæ morbo extinctus 8 Idus Decembris: ibidem sepultus est in vestibulo Basilicæ Vaticanæ. *Sigeber. Sigon. Leo Ostien.* Ditmarus, *Herman. Contract.*

984 | 1 Ioannis 4. | 9 Basilij 2. & Constãtini X. | Indict. 12. | 31 Lotharij 4.

Othonis 3. *Rom. vel. Germaniæ Regis an.* 1. Lotharius Rex Lotharingiam repetens, Virdunum occupat. *Sigeber.* Dux Venetorum renuntiatur Tribonius Memo. Vitalis Monasticam eligit vitam. *Sabel.* diẽ obiit Benedictus 7 die 10 Iulii: *ex Sepulchri inscriptione, quæ extat adhuc in Basilica Sãctæ Crucis:* subrogatur Petrus, Episcopus Papiẽsis, dictus Ioan. 14. *Onuph. Baron.* Cordubæ in Hispania obiit Abdelmelicus: successit in magistratu Abderrahmanus. Res Maurica in peius nunc ruere cœpit. *Mariana l. 8. ann. 1006. Vasæus.*

985 | 1 Ioannis 5. | 10 Basilij 2. & Constãtini X. | Indict. 13. | 32 Lotharij 4.

Othonis 3. *Rom. vel. Germaniæ Regis an.* 2. Bonifacius ille impius, *de quo* 974, rediens ex Oriente, Ioannem 14 coniectum in carcerem, mori coegit; & sedem 4 mensibus tenuit. Hic famosus latro, *inquit Baronius*, periit 4 mẽse, *vt habet Codex Pont. Rom.* subrogatur Ioannes 15, qui timore secedens in Tusciam, tandem honorificè reuocatur.

986 | 2 Ioannis 5. | 11 Basilij 2 & Constãtini X. | Indict. 14. | 1 Ludouici 5.

Othonis 3. *Rom. vel. German. Regis ann.* 3. Moritur Lotharius Frãciæ Rex hoc anno, *ex Æmilio, & aliis.* succedit Ludouicus filius, qui vnum omninò annum regnauit. Vltimus (*inquit Æmilius*) qui ex agnatione Caroli Magni Regium nomen gesserit. Bohemiam sibi omninò subiicit Otho. *Lamber. Schaffnaburgensis.*

987 | 3 Ioannis 5. | 12 Basilij 2. & Constãtini X. | Indict. 15. | 2 Ludouici 5.

Othonis 3 *Rom. vel Germaniæ Regis ann.* 4. in Oriente Bardus Phocas acclamatur Imperator à plerisque Ducibus, qui se à Basilio contemni putabant: idque 15 Augusti, hac Indictione. *Cedrenus Curopalat.*

CAPETORVM GENVS in Gallia.

OBIIT Ludouicus Carolinorum Rex vltimus, sine liberis, Francorum Rex 34 veneno extinctus, *inquit Æmilius*. Carolus patruus, Lotharingiæ Dux Regnum armis petebat: sed Hugo Capetus, fortunà, viribus, & mortaliū studiis superior euasit primus Gallus Gallorum Rex, reiecto Carolo, quod nimis Germanis faueret. Eodem anno filius Capeti Robertus, Rex cum patre renuntiatur. *Glaber. Cluniacen. & Odoranus*, qui cum aliquot aliis, Capetum materno genere etiam Carolinum fuisse tradunt. ad hunc annum exeuntem *Marchantius consignat* obitum Arnulphi Iunioris, Flandriæ Comitis, cui successit Balduinus 4 dictus Pulchrobarbus.

988 | 4 Ioannis 15. | 13 Basilij 2 & Constantini X Fratrū. | Indict. 1. | 1 Hugonis Capeti.

Othonis 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 5. ad Laudunum pugnà commissa inter Carolum Lotharingiæ Ducem, & Capetum Regem electum. Carolus viribus inferior, in vrbem se recepit. *Æmil.* Moritur Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus, vir admirandæ virtutis. *Osbertus in eius Vita.*

989 | 5 Ioannis 15. | 14 Basilij 2. & Constant. & X Fratrum. | Indict. 2. | 2 Hugonis Capeti.

Othonis 3 *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 6. Basilius Imperator ad Abidum pugnat contra rebelles, vnde occiso Phoca, aliisque plerisque captis, Imperator victor redit Constantinopolim. *Cedren. Curopala.* Sanctus Adelbertus, Episcopus Pragensis restituitur. *Baron.*

990 | 6 Ioannis 15. | 15 Basilij 2. & Constantini X. | Indict. 3. | 3 Hugonis Capeti.

Othonis 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 7. Carolus Lotharingus in Gallia quorundam proditione potitur Rhemensi ciuitate: suspicio grauis fuit, iussu Arnulphi Episcopi Rhemensis id esse factum. *Baronius* rem *describit*; Theophania, Othonis mater, moritur, *Ditmarus*. Mediolani Bonicio Duce excitata seditio inter nobilitatem & plebem, quod postea diuturnitate temporis inueteratum venenum, in ea vrbe, *notatum alijs Historicis Sigonius.*

991 | 7 Ioannis 15. | 16 Basilij 2. & Constantini X. | Indict. 4. | 4 Hugonis Capeti.

Othonis 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 8. hic quartus & vltimus est belli annus, inter Capetum & Carolum: quo Episcopi Laudunensis proditione reseratis portis, intromissus Capetus Carolum comprehensum misit in custodiam Aurelianam. *Æmil. & alij.* Vbi posteà diem clausit, duobus eius filiis ad Othonem confugientibus. Otho, ex priori matrimonio filius, succedit Lotharingiæ Dux. *Sigeber. anno* 991. Landulphus Princeps Beneuentanus, & Capuanus, à ciuibus occiditur: succedit frater Laidulphus. *Sigon.* Bellum inter Richardum Normanniæ Ducem, & Regem Angliæ generum, exortum, cessat operà Ioannis Papæ, *Malmesber.*

992 | 8 Ioannis 15. | 17 Basilij 2. & Constantini X. | Indict. 5. | 5 Hugonis Capeti.

Othonis 3 *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 9. Rhemis in Gallia habetur Synodus; Pseudosinodum *vocat Baron.* hac certè Indictione 5 & Capeti an. 5 in qua Arnulphus Archiepiscopus exauctoratur, subrogato Gerberto. *notat Baron.* Acta non extare integra: sed qualia à Gerberto aduersario, contra Romanum Pontificem scripta sunt. Gerbertum nullius fidei hominem, oblatrantem in Romanum Pontificem cōfutat. *Lege Æmilium, & Aimoin. Appen. l.* 5. *c.* 45. vbi de reiecta hac Synodo, & damnato Gerberto; quem *Centuriatores* patronū auidè arripiūt. *Centur.* 10. *cap.* 4. in Polonia mortuo primo Rege Christiano, Boleslaus filius renūtiatur Rex.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	
993 Indict. 6.	9 Ioannis 15.	18 Basilij 2. & Constãtini X.	Othonis 3. Rom. vel Germaniæ Regis an. 10. Conrado Burgundiæ Transiuranæ Regi demortuo, succedit filius Rodolfus, dictus Ignauus. *Herman, Contract. & alii, ex veteribus Lotharingiæ & Delphinatus monumentis.* Sanctus Vdalricus Augustanus Episcopus relatus legitur hoc anno in numerum Sanctorum, à Ioanne Papa. S. Odilo succedit Abbas Cluniacensis, mortuo Sancto Maiolo. *Baron.*
994 Indict. 7.	10 Ioannis 15.	19 Basilij 2. & Constãtini X.	Othonis 3. Rom. vel Germaniæ Regis ann. 11. Crescens Romæ Consul, spe reuocandi Romanum Imperium, ab Othone Germano homine ad Romanos: omnia turbat. à quo pulsus Ioannes Papa, Imperatorem certiorem facit de re tota. *Sabel. Sigon.* Kennethus Scotiæ Rex Legem de Regni successione (quâ Regum liberi ante maturam ætatem à successione arcebantur) antiquauit. Breui interimitur dolo Fenellæ, idque hoc anno, *ex Ioanne Maior. & Buchan.* Reportauit hic Rex nobilem aduersus Danos victoriam: in qua pugna Haius Agricola palmam tulit, fecitque familiæ nobilissimæ nomen. successit Constantinus 4, Culeni filius, violatâ illa de successione Lege, quam tulit Kennethus. *Hector. Lesl.* sed in anno dissentiunt ab aliis.
995 Indict. 8.	11 Ioannis 15	20 Basilij 2. & Constãtini X.	Othonis 3. Rom. vel Germaniæ Regis an. 12. habetur Mosomi in Lotharingia Synodus de causa Arnulphi, & Gerberti, hominis passim debacchantis in Sedem Romanam. Gerbertus præsens & auditus abdicatur officio, vsque ad Synodum mense Iulio habitam Rhemis. In qua tandem pulso Gerberto, restituitur Sedi Arnulphus. *Acta, Sigon. Baron. & Appendix Aimoin. l. 5. cap. 45. eadẽ Acta testantur,* Ioannem 15. fuisse adhuc anno hoc superstitem. in hunc annum exeuntem incidisse videtur mors Hugonis Capeti: aliqui ad sequentem annum referunt. *Sigebert. Aimoin. Appendix.* successit Robertus filius. *Aemilius.* obiit Nicolaus Chrysoberges Patriarcha Constantinopolitan. substituitur Sisimus. *Cedren.* Hic controuersiam Græcorum de quarto Matrimonio composuit.
996 Indict. 9.	1 Gregorij 5.	21 Basilij 2. & Constãtini X.	Othonis 3. Rom. vel Germaniæ Regis an. 13. *à Coronatione* Romanâ *Imp. an.* 1 Obiit Ioannes Papa Nonis Maii. Epitaphiũ *refert Baron.* substituitur post mensem & dies 6, Gregorius 5, vir Germanus, Bruno dictus, Othonis nepos. *Ditmar. lib.* 4. hic Papa restitutionem Arnulphi Rhemensis Episcopi ratam habuit, & Pallii etiam concessione firmauit. Gerbertus Othonem sequutus, cùm tandem Apostolicæ Sedis iudicio acquiescèret, petitur à populo, & approbatur à Gregorio Episcopus Rauennatis Ecclesiæ. *Papir. Maso. Annal. Franc. l. 3. & Scriptor huius temporis apud Aimoin. lib. 5. cap.* 45. habet hic idẽ, vel certè insequens annus extinctum Crescentem ab Othone: Othonem Coronà Imperiali imposita à Gregorio ornatum: & sedatum Schisma; pulso quodam Ioanne Antipapa. *Lege Sigon. & Baron.* Hic Othonis in Italiam aduentus describitur à veteribus, *Ditmaro, & Adamo, Chron. lib. 2. cap. 29. & 30. Narrat Baronius* in Concilio nunc Romæ habito, vrgente Imperatore, stabilitam esse Formam eligendi deinceps Imperatorem. De qua re *idem author,* & de Electorum numero, ac nominibus prolixè. Septem electores à Romano Pontifice cõstitutos probat *Card. Bellar. lib. 3. c. 1, 2 3. de Trãslatione Imper.*
997 Indict. 10.	2 Gregorij 5.	22 Basilij 2. & Constãtini X. Fratrum	Othonis 3. Rom. vel Germaniæ Regis an. 14. *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 2. Hermannus *Contractus, Marian. Scot. & quidem alii, volunt* hoc tantùm anno extinctum Crescentem, & Gregorium 5 Sedi restitutum ab Othone. Constantinus 4, Scotiæ Rex, dùm factionibus, scisso Regno, Principatum Cumbriæ inuadit, à Kennetho (is Kennethi Regis frater nothus erat) occiditur. Grimus, Duffi Regis nepos, Regnum tenuit. *Lesl. Maior, Hector.*

Reg. Franc.	
6 Hugonis Capeti.	
7 Hugonis Capeti.	
8 Hugonis Capeti.	
1 Roberti Pij	
2 Roberti Pij	

Obiit Richardus primus huius nominis Normanniæ Dux, succedit Richardus filius.

998 Indict. 11. | 3 Gregorij 5. | 23 Basilij 2. & Constatini X. | 3 Roberti Pij

Othonis 3. *Rom. vel Germaniæ Regis ann.* 15. *à Coronatione* Romana *Imp.* 3. Berardus, Saxoniæ Ducis filius (fratris Othonis Secundi) obtinet à Rodolpho Burgundiæ Transiuranæ Rege, Comitatum Moriennensem, cum Taurinatium Marchionatu. Vnde posteà Duces Sabaudiæ. *Histor. Sabaud. & Sabel.* Petrus Orselinus Tribonio succedit Dux Venetorum. *Sabellic.* Sisinnio Patriarchæ Constantinopolit. subrogatur Sergius Eulogius. *Cedren.*

999 Indict. 12. | 1 Siluestri 2. | 24 Basilij 2. & Constatini X. | 4 Roberti Pij.

Othonis 3. *Rom. vel Germaniæ Regis ann.* 16. *à Coronatione* Romana *Imp.* 4. Obiit Gregorius Papa, cùm sedisset ann. 2. menses ferè 8. Gerbertus, doctrinæ laude præstans, Othoni Charus, tandem petentibus Romanis renuntiatur Summus Pontifex, dictus Syluester 2. eius loco Rauennati Ecclesiæ subrogatur Leo. fabula prorsus est, seu potius Bennonis cuiusdam (qui se Cardinalem appellat) calumnia, quod Gerberto obiicitur de arte Magica; *vt rectè probat Vignerius ad hunc annum, & prolixè Baron. ibidem.* Sanè de hac impostura nihil illius seculi Scriptores, *Ditmarus, Helgaldus, Glaber, Lambertus, & Hermannus*; quin etiam laudant egregiè, vt immeritò eum à Pontificum numero reiecerit *Sigebertus*, qui post ducentos annos scripsit.

1000 Indict. 13 | 2 Siluestri 2. | 25 Basilij 2. & Costatini X. Fratrum. | 5 Roberti Pij.

Othonis 3. *Rom. vel Germaniæ Regis an.* 17. *à Coronatione* Romana *Imp.* 5. Otho Imperator, nunc ex Polonia, quò pietatis studio, ad visendum Corpus Sancti Adelberti Martyris miraculis clari profectus erat, reuertitur Romam: & manus Martyris auro inclusas, Corpusque S. Bartholomæi condi fecit in insula Tyberina, in Ecclesia ibidem à se extructa. *Baron.* an tunc Poloni ab Othone Coronam Regiam: an verò à Pontifice acceperint, discussit ad hunc annum *idem* Author.

VNDECIMI CENTENARII INITIVM.

Regna.

RETinet Germania *suos vel* Reges, *vel Imperatores, ab Othonis tertij Regis an.* 18. *ad Hērici quarti Imp.* 18, *sequentis Seculi primū. Exorta interim* Regna *noua, Arragonicū, Castellanumque in Hispania; & Marochiense in Africa. initium habuit & finem eodem seculo* Danicum *in Anglia* Regnum. *Normamni etiam in Apulia, Calabria, & Sicilia, futuri regni iaciunt magna fundamenta, detractis his Prouincijs Græco Imperatori. Cui cætera in Græcia, & parte Asiæ Bulgariæque integra mansere.*

Status *Ecclesiæ.*

ECclesia *in* Regnis *his omnibus stetit quidem: sed à nullis magis afflicta in Occidente, quàm à paucis Italiæ primùm, deinde Germaniæ Principibus, vti sequens narratio Lectori ostendet. Nec defuerunt Berengarij, Nicolaitæ, aliaque hæretica monstra: vt semper fuerunt male feriati homines; qui prætensa conscientiæ libertate, quod somniāt, sanum esse volunt dogma & diuinum.*

Doctrina.

AVthoritas Ecclesiæ, & Traditionum, *Theophylact. in caput* 11. *Epist. ad Corinth. sub finem. & Oecumenius in cap.* 2. *Epist.* 2. *ad Thessal.* Primatus. *Ansel. lib. de Incarnat. Verbi cap.* 1. *Theophylact. in cap.* 21, *Ioan.* Liberum Arbitrium. *Euthym. in cap.* 6. *Ioan. & Theophylact. in eundem locum.* Bona Opera, & Merita. *Ansel. in caput* 5. *Epist ad Thessal.* Sola fides excluſa. *Ansel. in caput* 17 *Luc.* *Theophylact. in caput* 15. *Epistol. ad* Rom. Eucharistia, & Sacrificium. *Lanfranc. lib. de Euchar. contra* Berengar. *Ansel. in caput* 7 *Epistol. ad* Hebr. *Theophylact. in caput* 26. *Mathei.* Sacramentum Pœnitentiæ. *Ansel. Enarrat. in Luc. post medium. Theophylac. in cap* 19. *Actor.* Purgatorium. *Oecumen. in caput* 3. *Epist.* 1. *ad Corinth. Sigebert. ad an.* 998. Inuocatio Sanctorum. *Petrus Dam. Serm. de Natiuit. B. V. Ansel. de excellentia B. V. capite* 6. Reliquiæ. *Euthym. in Psalm.* 139. *Ansel. in cap.* 6. *Epist. ad Galat.* Cælibatus. *Ansel. in caput* 7. *ad Hebr. Theophylact. in caput* 7. *primæ ad Corinth.* Abstinentia à cibis. *Ansel. in caput.* 4 *prioris ad Timoth. Petrus Damian. epist.* 1.

Anni Christi	*Anni Pontif.*	*Anni Imper.*	*RERVM GESTARVM SERIES.* 439	*Reg. Franc.*
1001	3 Syluestri 2.	26 *Basilij* 2. *& Constātini X. Fratrum.*	OThonis 3. *Rom. vel Germaniæ* Regis *an.* 18. *à Coronatione Romana Imp.* 6. Non hoc, sed sequenti anno obiisse Othonem præter *Marianam Scotum, Sigebertum & Lambertum,* ostendunt *Baronius, & Vignerius* ex diplomate eiusdem Othonis. Otho pulsis Saracenis Capuam occupantibus, vrbem recepit: & posthabito Romualdi Vaticinio vero (qui mortem prædixit, si Romam peteret) Romam ingressus ad sedandum tumultum contra Pontificem, ipse vrbe pulsus vix euasit: breui	6 *Roberti Pij.*

Indict. 14.

euasit: breui ex venenato dono vxoris Crescentis extinguendus *Sigon. Ditmar. libro quarto, Surius in Romualdo* 14. *Iun. cap.* 34. *Vitæ, ex Petro Damiano.*

1002 Indict. 15. — Pontif. 4 Sylvestri 2. — Imper. 27 Basilij 2. & Constantini X. Fratrum. — Reg. Franc. 7 Roberti Pij.

Henrici 2. *Regis German. an.* 1. Otho Imp. moritur sine liberis apud Paternum 28 Ianuar. Successor in Germania à Principibus eligitur Henricus Dux Bauariæ, Comes Bambergensis, dictus Claudus. Moguntiæ à Vilgeso Archiepiscopo consecratur 3. Idus Iunii. Hunc scribunt aliqui primum ab Electoribus, ex Constitutione Gregorii 5. electum. *Vide an.* 996. Bulgaros vincit, & vexat Basilius. *Cedren.* Nobiles ex Normannia Galliæ oriundi, numero 40. redeuntes à Hierosolymitana peregrinatione, Salernum Apuliæ obsessum à Saracenis tuentur, incredibili virtute fuso Barbarorum exercitu. *Leo Ostiensis Chron. Cluniacen. libr.* 2. *capit.* 38. gradus hic fuit ad Normannorum in Italia Principatū.

1003 Indict. 1. — Pontif. 5 Sylvestri 2. I Ioannis dicti 18. — Imper. 28 Basilij 2. & Constantini X. — Reg. Franc. 8 Roberti Pij.

Henrici 2. *Regis Germaniæ ann.* 2. Ab hoc anno plerique repetūt Turcarum initia: quando dissidentibus Saracenorum Principibus, Tangrolipix, Turcarū Dux, è Scythia euocatus à Persis, primùm Persidem occupauit, mox Babyloniam & Mesopotamiam. *Cedren. Zonar. Curopalat.* Sylvester Papa moritur 12 Maii, *vt ex Epitaphio apud Baronium apparet.* Subrogatur Ioānes, cognomēto Siccus, Romanus, & eius nominis dictus frequentius 18. qui post 5 menses obiit, substituto Ioanne, qui eius nominis 19 solet vocari à pluribus; licèt fortè minus verè; quòd hic numerus Pseudopapam, *inquit Baronius*, complectatur. factio Comitum Tusculanorum hos duos effecit Pontifices. In Longobardia Ardoinus Marchio, spreto Henrico, agit vt Italiæ Rex habeatur, *ex Sigonio.* huius Ardoini non meminerunt, *Herman. Contract. Vrspergen. & Marian. Scotus*; cùm tamen dicant Henricum nunc sibi Italiam subiecisse.

1004 Indict. 2. — Pontif. 1 Ioannis dicti 19. — Imper. 29 Basilij 2. & Constantini X. — Reg. Franc. 9 Roberti Pij.

Henrici 2, *Regis German. ann.* 3. diem obiit Otho Lotharingiæ Dux sine liberis. Certatur de successione. *Chrō. Lotharin.* Interim Godifredus Ardennensis Comes præest. *Sigebert.* Grimus Scotiæ Rex, ex optimo Principe, quem primis annis egit, in flagitiosum mutatus, Regno, quod inuasit priuatur, & vita, à successore Malcolmo 2 & Kennethi Regis filio profligatus. *Lesleus, Maior, Hector.* Hunc Historici aliquot, Regem viribus & armis validum, fide & opere Christianissimum vocant. In Gallia frequentes Synodos *refert Glaber. lib.* 3 *cap.* 3. Author porrò est *Helgaldus in Vita Roberti Regis Franci*, nunc Leutherium Episcopum Sennonensem, ab eodem Rege reprehensum, de Eucharistiæ Sacramento minus pie loquentem. Quo tempore à Berengario primordia sumpsit, quæ nunc de hoc mysterio circumfertur Hæresis, de quâ *Adelmanus Epistola aduersus eundem*, *Tom.* 3. *Bibliothec. SS. PP.*

1005 Indict. 3. — Pontif. 2 Ioannis dicti 19. — Imper. 30 Basilij 2. & Constantini X. — Reg. Franc. 10 Roberti Pij.

Henrici 2. *Regis Germaniæ an.* 4. Henricus in Italiam ducto exercitu Ardoinum fugat: & receptis Papia ac Mediolano, vbi coronatus dicitur, regreditur in Germaniam. *Ditmar. lib.* 6 *& Glaber, Scriptores huius temporis.* Synodus Tremonienſis habetur in Germania, ad reformandos Ecclesiasticorum mores. Non extat. Meminit tantùm *Ditmarus lib.* 6.

1006 Indict. 4. — Pontif. 3 Ioannis dicti 19. — Imper. 31 Basilij 2. & Constantini X. — Reg. Franc. 11 Roberti Pij.

Henrici 2. *Regis German. an.* 5. Obiit Alfonsus Rex Legionensis. Huic genuit Veremundum 3, successorem Regni, & Sanctiam, quæ nupsit, Ferdinando Nauarri Regis filio, qui tandem Castellæ Rex fuit & titulo vxoris Legionense Regnum postea accepit, *Roderic. Sanct. c.* 24. Initium Veremūdi huius notatur Æra 1044 *à Roderico*, ac proinde hoc Christi anno. *Mariana cap* 12. *&* 13. Ditmarus Historicus creatur Episcopus Merseburgensis. Obiit anno 1018.

Christ.	Pont.	Imp.	
1007	4 Ioannis dicti 19.	32 Basilij 2. & Constatini X.	Indict 5.
1008	5 Ioannis dicti 19	33 Basilij 2. & Cõstãtini X. Fratrum.	Indict. 6.
1009	1 Sergij 4.	34 Basilij 2 & Constãtini X.	Indict. 7.
1010	2 Sergij 4.	35 Basil. 2 & Constantini X.	Indict. 8.
1011	3 Sergij 4	36 Basilij 2 & Constãtini X.	Indict. 9.
1012	1 Benedicti 8.	37 Basilij 2. & Constantini X.	Indict. 10.
1013	2 Bened. 8.	38 Basilij 2. & Constantini X.	Indict. 11

Henrici 2. *Regis German. an.* 6. Florent Burchardus Episcopus Vormatien. Decretorum Compilator; & Hilpericus Arithmeticus. *Sigebert.* creatur Fulbertus Episcopus Carnutensis. *Glaber lib.* 4. *cap.* 4. moritur S. Romualdus Abbas Sancti Emmeranni. *Baron.*

Henrici 2. *Regis German. an.* 7. Saraceni ex Africa Capuam & Barium obsidentes, repelluntur à Gregorio Duce; quem in hos Barbaros immisit Græcus Imperator, opitulante Veneto Duce. *Sabellic.* Sanctus Bruno Prussorum Apostolus, Martyrio coronatur. *Ditmar. lib.* 6. quam etiam coronam consecutus ibidem est S. Bonifacius, *ex* Petro Damiano.

Henrici 2. *Regis German. an.* 8. Obiit Ioannes Papa 15 Kal. Aug. cuius tempore coniunctam communione Græcam Ecclesiam cum Romana, *notat Baron.* post mensem & dies 3, prid. Kal. Sept. creatur Sergius, dictus 4. anteà Petrus nominatus. Hunc *laudans Ditmarus, narrat* obscœno nomine Buccã Porci vocitatum. Ammiratus Babyloniæ Princeps, cuerti fecit templum Hierosolymitanum. Maria Christiana, eiusdem Principis mater, idem templum eodem iterum an. extruxit. *Glaber lib.* 3. *c.* 7.

Henrici 2. *Regis Germaniæ an.* 9. Piratæ ex Noruegia, dicti Normanni, Frisiam ingressi, nunc Vltraiectum vrbem incendunt, anno superiori Tilam vastarunt. *Sigebert.* Florentini Fesulas occupant. fuit hoc Florentinæ potentiæ initium. *Sigon.*

Henrici 2. *Regis Germaniæ an.* 10. Meses, ciuitatem Barium, inuito Græco Imperatore retinet, & Calabriam, Apuliamque ad rebellionem excitat. *Curopalat. Leo Ostiens. l.* 2. *cap.* 38. 40. & 42. Sanctius Castellæ Comes moritur, eius filio Garsia mox extincto. Sanctius, dictus Maior, Nauarræ tunc Rex succedit Comes Castellæ, ob ius vxoris; seque Castellæ Regem nominat. Sancti Maioris filio Ferdinando iuncta connubio est Sanctia soror Veremundi Regis Legionensis, qui hac ratione Rex quoque Legionensis euasit. *Roderic. Sanct. c.* 25. & 26. *Mariana lib* 8. *c.* 13. & 14.

Henrici 2. *Regis Germaniæ an.* 11. Henricus parat expeditionem in Italiam contra Ardoinum. *Sigon.* Dani Angliam ingressi, varias reportant victorias: pacem redimunt Angli tributo annuo constituto. *Dit. lib.* 2. & *Polydor. Vergil lib.* 7 *initio.* Diem obiit Sergius Papa, 13 Maii. Subrogatus Benedictus 8, Portuensis Episcopus: idque vel hoc anno, vt omnes fere tempus consignant: vel sequenti, quo pacifice Sedem tenuit, vt ex pluribus Diplomatis *probat Baron. Narrat Ditmarus* rei spectator Schisma; & à Gregorio, contra Canones creato, eiectum Benedictum, fugisseque ad Henricum Germaniæ Regem. Hic fructus fuit oppressæ à Tyrannis Romanæ Ecclesiæ ab aliquot iam annis. hanc labem (*inquit Genebrard. in Sergio*) agnoscant Centuriatores à Germanis Imperatoribus exortam, quos tantopere laudare solent. Dani Angliam vastantes, tandem cæduntur. *Rogerius par.* 1 *ad hunc & sequentem annum. Notat Baronius,* nunc habitum Legionense Cõcilium sub Alfonso; qui tamen obiit, *vti dixi, an.* 1006. Æra 1044. Notata ergò videtur in eo Concilio Æra 1050, pro 1044. Meminit quoque Sancti Colmanni Scoti & Martyris in Austria. Sed Scotiæ Historiæ Scriptores referunt ad annum Christi 646. *Lesl æus, & alii.*

Henrici 2. *Regis German. an.* 12. Henricus cum magnis copiis transiens in Italiam, Ardoini exercitum fudit, Papiam recepit, & tota potitur Lombardia: coronatur ab Archiepiscopo Mediolanensi. *Sigon. & Glaber.* Benedictus Papa exul, Romæ recipitur. cuius Decretum de Electione Imperatoris, *hic refert Baronius ex Glabro lib.* 1. *c.* 5. ne quis, nisi approbante Pontifice, Imperiale insigne

Reg. Franc.	
12	Roberti Pij.
13	Roberti Pij
14	Roberti Pij.
15	Roberti Pij.
16	Roberti Pij.
17	Roberti Pij.
18	Roberti Pij.

assumat. *ibidem Glaber* de Globo aureo, superimpositâ Cruce, dato Imperatori.

1014 | 3 Benedicti 8. | 39 Basilij 2. & Constantini X. | 19 Roberti Pij.

Indict. 12.

Henrici 2. *Regis German. ann.* 13. *Coronationis Roman.* 1. *huius nominis Imp.* 1. Benedictus Pontifex Henrico Imperialem Coronam imponit 25 Febr. *Ditmarus, Herman. Contract. Onuph. Sigon.* Concessa à prioribus Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ dona, confirmat Henricus. Diplomatis *meminit Sigonius*: illudq; *refert Baron.* Redit Imperator in Germaniam. *Ditmar.* Sunanus Danorum Rex, deuictis Anglis, fugientequè Ethelredo Rege in Normanniam, cum redegisset Regnum in suam potestatem, miraculosè occiditur à Sancto Edmundo. *Rogerius, Glaber, Polydorus libr.* 7.

1015 | 4 Benedicti 8. | 40 Basilij 2. & Constantini X. | 20 Roberti Pij.

Indict. 13.

Henrici 2. *Regis German. ann.* 14. *& I eius nominis Imperantis an.* 2. Ardoinus, absente ex Italia Imperatore, bellum redintegrat. Sed ab exercitu Archiepiscopi Mediolanensis pulsus, abdit se in Monasterium Fructeriæ, in agro Taurinatiũ. *Sigon.* Pisanis, Sardiniam insulam per triennium possessam eripit Musactus Rex: quam tamen, Genuensium auxilio pulsis Saracenis, mox recipiunt. *Sigon.* Rodolsus Burgundiæ Rex adhuc superstes, hæredem instituit Imperatorem, ex sorore nepotem. sed Guillelmus Burgundiæ Comes, institutum repellit à possessione. *Ditmar.* Imperator Græcus magnam Regni Bulgarorum partem sibi subiicit mortuo Samuele eorum Rege. *Cedren.* Moritur Sanctius Maior, Nauarræ Rex, Æra 1053. *Ex Roderico Tolet.* filiis diuisum Regnum. Garsias natu maximus Nauarræ Rex datur. (Vasconum id regnum erat, & Cantabriæ Ducatus) Ferdinandus ætate proximus, Castellæ Principatum accipit. Gonsaluus natu minimus Suprarbem, & Ripagorsam. Ramiro aliundè nato data est Aragonia. Reges omnes appellati, non sine intestinis bellis, quæ subsecuta sunt. *Mariana lib.* 9. *cap.* 1. Ethelredus è Normannia Angliam repetens, in Danos bellum mouet. *Malmesber. Polydor. lib.* 7.

1016 | 5 Benedicti 8. | 41 Basilij 2. & Constantini X. | 21 Roberti Pij.

Indict. 14.

Henrici 2. *Regis German.* 15. *& I eius nominis Imperãtis an.* 3. Nunc, vti dixi, exorta Castellæ & Aragoniæ Regna: nam Veremundo Legionensi Rege occiso, nullis relictis liberis, Ferdinandus vxoris iure occupat Legionense Regnum. ex quo, & Castellæ Principatu, Regnum constituit, Castellanum deinceps nuncupatum. Post aliquot annos etiam Nauarræ Regnum suo adiunxit. *Roderic Sanct. cap.* 26. *Mariana.* Nouus Danorum exercitus Maiorem Angliæ partem recipit. Moritur Ethelredus: suscipit Regnum Edmundus filius, qui post prælia & Monomachiam cum Canuto Danorum Rege, tandem ad pacem constituendam coactus, mediam Regni partem Danis concessit, *Malmesbet. Polydor. lib.* 7, historiam latè prosequitur, & *Matthæus VVestmon. ad hos annos*, Apuliam & Calabriam, ereptas Germanis Prouincias, adhuc Græcus tenebat: quas hoc anno, nouis eò missis copijs sibi confirmat, pulso Melo, qui rebellionem meditabatur. *Sigon.* 1015. Otho Orselinus Venetorum Dux creatur, Petro iam mortuo.

1017 | 6 Benedicti 8. | 42 Basilij 2. & Constantini X. | 22 Roberti Pij.

Indict. 15.

Henrici 2 *Regis German.* 16 *& I eius nominis Imperãtis ann.* 4. Hugo, Roberti Franci Regi filius, incipit regnare cum patre. Giselbertus è Normannia, vnà cum fratribus fugiens iram Principis, iunxit se Melo Duci in Italia, pugnaturus breui contra Græcos, & Apuliæ Præfectum, qui tunc nouo nomine Catapanus vocabatur: alij Catapontanum dicunt, quasi marinis vrbibus præpositum. *Sigon. Leo Ostien. Chron. Casin. lib.* 3. *cap.* 38. Saraceni Italiam inuadentes, pelluntur ab exercitu Benedicti Pontificis. *Ditmarus.* Obijt Edmundus Rex Angliæ, & cum eo cecidit, *in-*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			quit *Polyd.* omnis Regni maiestas, ab Anglis ad Danos translata. Nam Canutus Danorum princeps, se Angliæ Regem coronari fecit. Regnat annis 20. *Malmesber. lib. 2. cap. 10. & 11. Polyd. lib. 7 in fine.* Manichæorum Hæresis in Gallia detegitur: in quam Rex, & Episcopi diligentem nauant operam. *Glaber libro 3. capit. 8. Baron.*	
1018 Indict. 1.	7 Benedicti 8.	43 Basilij 2. & Constātini X. Fratrum.	Hērici 2. *Regis Germā. an. 17. & I eius nominis Imperātis an. 5.* Iterùm Rodolfus Burgundiæ Transiuranæ Rex, Imperatorem heredem renuntiat. *Ditmarus lib. 7.* Normanni in Apulia Melo Duce, ter Græcos vincunt, sed quarto prælio apud Cannas, insidiis & arte, victor Græcus amissa oppida recepit. *Sigon. Glaber.* Ferdinandus Castellæ Rex, Lusitaniam Mauris ereptam ferè totam sibi subiecit. *Roderic. Tolet.* Ditmarus Scriptor, & Pastor insignis nūc diem clausit. *Baron.*	23 Roberti Pij.
1019 Indict. 2.	8 Benedicti 8.	44 Basilij 2 & Constantini X	Hērici 2. *Regis Germā. an. 18. & I eius nominis Imperātis ann. 6.* Godifredus Lotharingiæ Dux, libertate donatus à Frisonibus, breui moritur. Dux euadit Gothelo. *Sigeber.* Basilius Imperator Bulgariam totam iam sibi subiecit, tenuitque annis multis. *Cedren.* Inchoatum nunc fertur Regnum in Africa, vulgò nominatum Marochiense, sub primo Rege *Iosepho. Leo African.* Obiit Sergius Patriar. Constant. Substituitur Eustathius. *Curopalat.* Papa in Germaniam proficiscitur. *Baron.*	24 Roberti Pij.
1020 Indict. 3.	9 Benedicti 8.	45 Basilij 2. & Constantini X.	Hērici 2. *Reg. German. an. 19. & I eius nominis Imperātis an. 7.* Catapano in Italia res prosperè succedit. *Pandulfus lib 3.* Capuanus Princeps ad Græcos deficit. Melus ad Henricum Imperatorem in Ger. se recipit. *Sigon.* Sanctum Heribertum Archiepiscopum Colonienſem ab Imperatore iniuriosè exceptum placat idem Imperator à Deo monitus. *Sigebert. Baron. Ruperrus in Heriberto apud Surium 16. Martii.*	25 Roberti Pij.
1021 Indict. 4.	10 Benedicti 8.	46 Basilij 2. & Constantini X.	Hērici 2. *Regis German. an. 20. & I eius nominis Imperātis an. 8.* Basilius subacta Bulgaria, Cherbatorum gentem sibi subiicit, & Sirmio potitur arte Diogenis. *Cedren.* Dani subactâ Anglia Scotiam inuadunt. Sed repetitis prælijs, á Malcolmo Scoto Rege ita cæsi sunt in Morauia, Buchania, & Angusia, vt Scotia Danorum dictum sit sepulchrum. Enituit in hoc bello Kethi adolescentis virtus: vnde illustris Kethorum familia originem traxit. *Lesleus in Malcolmo secundo, & Hector.* Obiit hoc anno S. Heribertus. *Baron. Martyrol. 16. Martii.*	26 Roberti Pij.
1022 Indict. 5.	11 Benedicti 8.	47 Basilij 2. & Cōstātini X.	Hērici 2. *Regis Germā. an. 21. & I eius nominis Imperātis an. 9.* Henricus tandem exercitum, eumque triplicem ducit in Græcos, Italiam sensim occupantes. Abbas Cassinensis naue conscensa fugiens ad Græcum Imperatorem, periit naufragio cum suis. *Sigon. Leo Ostiensis, Herman. Contrac.* In hunc annum incidit mors Garsiæ Nauarræ Regis. Ferdinandus frater & victor, Regnum occupat. *vide* 1016. & 1015. *Vasæus, Marian. lib. 9. cap. 4.*	27 Roberti Pij.
1023 Indict. 6.	12 Benedicti 8.	48 Basilij 2. & Constantini X.	Hērici 2. *Regis Germā. an. 22. &, I eius nominis Imperātis an. 10.* Henricus Imperator, fuso Græcorum apud Salernum exercitu, Troiam (noui nominis vrbs hæc, adhuc ædificabatur) cepit. Capuanum Principatum (*de quo* 1020.) Pandulfo Teanensi Comiti tradidit. Theobaldum Cassinatem Abbatem creant Monachi. Imperator in Germaniam regreditur. *Sigon. Glaber lib. 3, cap. 1. Baron.* 1022. Normannorum in hoc bello virtus enituit. *Glaber*, de Henrici, & Roberti Regis Franci congressu, *Sigeber. Baron.* 1023. floret Auerroes Arabs. de Henrici Imperatoris, & S. Romualdi congressu, *Baron.* 1022. Celebratur Concilium Moguntinum, cui interfuit Henricus Imperator. Acta interciderunt. meminit *Herman. Contract. & Baron.* 1022.	28 Roberti Pij.

Christ.	Pont.	Imp.
1024 Indict. 7.	1 Ioannis, dicti 20.	49 Basilij 2. & Constantini X.
1025 Indict. 8.	2 Ioannis, dicti 21.	50 Basilij 2. & Costantini X. Fratrum.
1026 Indict. 9.	3 Ioannis, dicti 20.	1 Solus Constantin. X.
1027 Indict. 10.	4 Ioannis, dicti 20.	2 Solus Constantin X
1028 Indict. 11.	5 Ioannis, dicti 20.	3 Solus Constantin X.
1029 Indict. 12.	6 Ioanni, dicti 20.	1 Romani Argyri.

Conradi 2. Regis German. an. 1. Moritur Henricus Imperator, 31 Iulij, commendans amicis Chunigundem vxorem: recipite, *inquit*, quam mihi tradidistis virginem vestram: (*Chron. Casin. Sigon. Baron.*) & Conradum è Franconia Ducem Vvormat. virum consilio manuque promptum eligite Imperatorem. Qui hoc, vel certè sequenti anno electus est. *Glaber, Herman. Contract. Marian. Scot. Otho Frisingen. & alij.* licet *Onufrius* notet triennio vacasse Imperium, forte vsque ad Coronam à Pontifice successori datam. Diem clausit Benedictus Papa, 3 Kal. Martij. *Marian. Scot. Baron.* Successit Ioannes dictus 20, frater Benedicti: ambo filij fuere Gregorij Comitis Tusculani. *Leo Ostien. lib. 2. cap. 27. & 58. de hoc lege Baron.* vbi Græcorum insuper dolum narrat, de titulo Vniuersalis Pastoris obtinendo, in suo Orbe: vt est Romanæ Ecclesiæ titulus in vniuerso.

Conradi 2. Regis German. an. 2. Obijt Boleslaus huius nominis primus, & Poloniæ Rex 2. succedit filius Mieslaus. *Chron. Polon.* Sancta Chunegundis vitam Monasticam profitetur. *Surius. 3. Martij. Baron.* Nunc inuentum Caput Ioannis Baptistæ à Guillelmo Aquitaniæ Duce, in Monasterio Angeriacensi, *vt habet Appendix ad Glabrum*; post vitam Robetti. rem *narrat Baron.*

Conradi 2. Regis German. an. 3. Obijt nunc Orientis Imperator Basilius Porphyrogenitus mense Decemb. Indictione nona inchoata. Post eum imperat Constantinus frater, huius nominis 10. *Cedren. Curopal.* Obijt quoque Richardus secundus huius nominis, Dux in Normannia: succedit Richardus filius. *Chrō. Norman.* Alexius Eustachio Patriarchæ Constantin. mortuo subrogatur. Conradus Rex cùm S. Burchardum inuisisset, in Italiam pergit. *Baron.*

Conradi 2. Regis Germ. an. 4. à Coronatione Romana 1. eius nominis Imp. 1. Conradus Germaniæ Rex Romam venit, solennique ritu à Pontifice inungitur, & coronatur. *ita Gothardus*: qui Conradi annos singulos notauit. *Otho Frisingen. Herman. Contrac. Sigeber.* Restituto Italiæ pristino statu, quem habuit sub Henrico, redit in Germaniam. *Glaber lib. 3, cap. vltim. & Præfation. libri 4. Sigon. & alij.*

Conradi 2. Regis German. an. 5. à Coronatione Romana Imp. 2. Capua in potestatem Græcorum venit, pulso Pandulfo Teanensi, *de quo supra* 1023. *Sigon.* Mortuo Hugone, alter Roberti Regis filius, dictus Henricus, incipit acceptâ corona regnare cum patre in Gallia. Roberto Duci Normanniæ extincto, succedit Robertus frater. *Chron. Norman.* cessat Cordubēse Maurorum Regnum in Hispania morte principis, occupatum ab Almenore Rege Toletano. Cui postea Ferdinandus Castellæ Rex Salmancam, Madritum, aliasque ciuitates bello detraxit. *Anton. Benther. Mariana lib. 9. cap 2.* nunc Aritinus, dictus Vido, illam Musicæ artem adinuenit, qua docentur pueri literas syllabasque in digitorum flexuris locare: nouam scilicet vocum flectendarum disciplinam. *Sigeber.* Fulbertus Carnotensis Episcopus, de Berengario olim suo discipulo moriens testimonium reliquit triste & funestum. *Baron.* obijt Imperator Constantinus, 9 Nouemb. Indictione 12. *Curopal.*

Conradi 2. Regis German. an. 6. à Coronatione Romana Imp. 3. Constantinus Orientis Imperator moriens, sine mascula prole, reliquit cum Zoe filia Imperium Romano genero, qui cognominatus est Argyrus. *Cedren Curopal. Zonar.* dedicatur Ecclesia Aurelianensis Sancti Aniani; item Lemouicensis Basilica Saluatoris, vbi habita Synodus 11 Episcoporum; & confirmata, de Apostolatu S. Martialis, sententia. *Baron.*

Reg.	Frac.
29 Roberti	Pij.
30 Roberti	Pij.
31 Roberti	Pij.
32 Roberti	Pij
33 Roberti	Pij.
34 Roberti	Pij.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1030 Indict. 13.	7 Ioannis, dicti 20.	2 Romani Argyri.	*Conradi* 2. *Reg. German. an.* 7. *à Coronatione Romana Imp.* 4. Pisani Sardiniam, iæpe vastatam à Saracenis, muniunt: & excursione in Africam, factâ, Regem Carthaginensem captum ducunt Romam: qui Baptizatus, liber dimissus est. *Sigon. Leander.* Veneti Ducem Othonem reuocant. Monasterium Vallis Vmbrosæ, in iugo Apennini, nunc initium accipit. *Sigon.*	35 Roberti Pij.
1031 Indict. 14.	8 Ioannis dicti. 20	3 Romani Argyri.	*Conradi* 2. *Regis German. an.* 8. *à Coronatione Romana Imp.* 5. Anno ante obitum Roberti Francorum Regis, duo Regis filii rebellantes, (ducto in eos exercitu) coguntur à patre ad optatam pacem. *Ita Glaber lib.* 3. *cap.* 9. si tamen ille rectè annum notat. *Vide* 1033. Canutus adhuc regnat in Anglia, Danus Rex. Interim Malcolmus 2, Rex Scotiæ, volumen condit Legum municipalium; regios magistratus constituit, qui adhuc sunt, à secretis, thesauris, &c. Proceres quoque, & Barones. Quando recepta etiam Lex illa est de iure Regio, in vsumfructum, censum annuum agrorum, & dotem hæredis (Vardiam vocant.) *vide Lesl. lib* 5. *in Malcolmo* 2.	36 Roberti Pij.
1032 Indict. 15.	9 Ioannis dicti 20.	4 Romani Argyri.	*Conradi* 2 *Reg. German. an.* 9. *à Coronatione Romana Imp.* 6. Rodolfus Transiuranæ Burgundiæ Rex moriens, Diadema Conrado Imperatori transmittit: Regnum tamen Odo sororis filius, Campaniæ Gallicæ Princeps, inuasit. *Herman. Contract. Marian. Scot. & alij.* Obiit Robertus Franciæ Rex 20 Iulii. *Helgaldus in Vita Roberti.* Non ergo eo anno, quo contigit Eclypsis: quippe quam referunt Scriptores ad annum sequentem. Ex tribus filiis, regnat Henricus natu maximus, qui Roberto fratri suo, & natu minimo concessit Burgundiæ Ducatum. *Glaber.* Cætera *Annales.* Nunc Odorannus Monachus Senonensis Chronicon absoluit. Sergius Græci Imperatoris Dux Neapolim iterum occupat. *Chron. Mont. Cassin.* De controuersia huius temporis, essetne S. Martialis apud Lemouicenses, nominandus Apostolus in sacris precibus, *lege Baron. hoc anno.*	1 Henrici 1.
1033 Indict. 1.	10 Ioannis dicti 20.	5 Romani Argyri.	*Conradi* 2. *Regis German. an.* 10. *à Coronatione Romana Imp.* 7. Conradus, *ex Hermanno citato*, hyeme Burgundiam petit, & Odonis, Ducis Campaniæ, Prouinciam tandiu vastauit, donec Odo factum se quod vellet Imperator promitteret, sicque cessat Burgundiæ Regnum, nunc Imperio vnitum. Ioannes Papa diem clausit 6. Idus Nouemb. subrogatur Theophylactus, vocatus Benedictus 9. omnino tyrannide Alberici Comitis Tusculani. *Onuf. Baron.* qui puerum vocat, & Nouatores docet, Ecclesiam Romanam talia monstra non fecisse, sed pati coactam. Quam Principum tyrannidem, & subsequuta mala deplorat rei spectator *Glaber lib* 4. *cap.* 5.	2 Henrici 1.
1034 Indict. 2.	1 Benedicti 9.	1 Michael. 4 Paphlago.	*Conradi* 2. *Regis German. an.* 11. *à Coronatione Romana Imp.* 8. Romanus Orientis Imperator 11. Aprilis à coniuge Zoe adultera veneno consumptus, strangulatur. Adulter Michael paphlago subrogatur ex argentario. *Curopalar.* Malcolmus Scotiæ Rex, senectam auaritia & tyrannide contaminans, à suis occiditur, ad arcem Glammensem in Angusia, hoc anno. *ex Ioanne Maior.* succedit Duncanus Malcolmi nepos. *Lesl.* Hector *Boetius.* eius anno 2. obiisse Canutum Angliæ Regem, *scribit idem Maior.* Nunc habita Synodus Lemouicensis in Gallia: de quâ, deque aliis in hoc regno nunc habitis, *Baron.*	3 Henrici 1.
1035 Indict. 3.	2 Benedicti 9.	2. Michael. 4 Paphlago.	*Conradi* 2. *Reg. German. an.* 12. *à Coronatione Romana Imp.* 9. Robertus Normanniæ Dux, dum redit à peregrinatione Hierosolymitana, obiit Nicææ in Bithynia. Suscepit Ducatum Guillelmus filius nothus, ex Testamento patris: tamen *Polyd. Verg lib.* 8, Roberto morienti consignat annum 1040. Otho Venetorum Dux pellitur in exilium: subrogatur Petrus, dictus Bar-	4 Henrici 1.

bolanus. *Sabel.* obiit Mieslaus Poloniæ Rex 15, relicto filio Cazimiro, puero sub matris tutela: qui pulsus cum matre, dum Parisijs dat operam literis, Monasticam vitam elegit. Polonia 6 annis mansit sine Rege. *Martin. Cromer.* iterum emergit Berengarius Hæreticus, Andegauensis Archidiaconus, in quem Henricus Rex operam nauat diligentem. *Baron.* qui de Synodo in Berengarium collecta agit adhunc annum.

2039 | 3 Benedicti 9 | 3 Michaelis 4. Paphlagonis. | Indict. 4 | 5 Henrici I.

Conradi 2. *Regis German. an.* 13. *à Coronatione Romana Imperat.* 10. Balduino Flandriæ Comiti mortuo, succedit filius Balduinus 5 dictus Pius. *Chron. Flandri.e.* dictus quoque est ab oppido quodam Lilanus. hic Normannis ad expellendum ex Anglia Danum fauebit. Interim nunc fatis cessit Senior Canutus, Daniæ & Angliæ Rex: relinquens successorem Haroldum filium nothum, qui plurium Procerum sententiis Rex renuntiatur. *Malmesber. Polyd. lib.* 8. *initio.* Poloniæ Regnum hoc anno turbulentissimum. *Baron.*

1037 | 4 Benedicti 9 | 4 Michaelis 4. Paphlagonis. | Indict. 5. | 6 Henrici I.

Conradi 2. *Reg. German. ann.* 14. *à Coronatione Romanâ Imperat.* 11. Conradus in Italiam venit, domat rebellantes: & Episcopos (fugato Mediolanensi) Cremonensem, Placentinum, & Vercellensem exulare cogit; *ita Hermannus Scriptor huius temporis.* Benedictus Papa Imperatorem Cremonæ conuenit. *Sigebertus, Sigon.* Ferdinandus Castellæ Rex Mauris eripit Conimbricam. quod *notauit Mariana ad annum* 1040, vbi bella eiusdem in Toletanum Regem prosperè gesta prosequitur. Hac & sequenti Indictione 6, pulsis Sararacenis, Sicilia recuperata est à Ducibus Græci Imperatoris. *Cedren. Zonar. Curopalat. Gallorum alihuot Historici,* Normannorum ex Gallia nunc aduentum in Apuliam & Siciliam *notant. vide annum* 1017. & 1023.

1038 | 5 Benedicti 9 | 5 Michaelis 4. Paphlagonis. | Indict. 6. | 7 Henrici I.

Conradi 2. *Regis German. an.* 15. *à Coronatione Romanâ* 12. Conradus regreditur in Germaniam, pulso prius Pandolfo (1023.) Capuano Principe in Græciam. *Chron. Mont. Cassi. & Baron.* Vita cessit Stephanus primus Christianus Hungarorum Rex. succedit Petrus. *Bonfinius.* Obiit Auicenna anno Hegiræ 428. *Sorsanus in eius Vita.* De Pandolfi impietate, excessu, & rebus gestis, *Sigon. & Baron.*

1039 | 6 Benedict 9 | 6 Michaelis 4. Paphlagonis. | Ind. 8. 7. | 8 Henrici I.

Conradi 2. *Regis German. ann.* 16. *à Coronatione Romana Imp.* 13. Conradus Imperaor Nonis Iunii, 3 die Pentecostes interiit inopinata morte apud Traiectum Frisiæ. *Herman. Contrac.* Regnat Henricus filius, dictus Niger, huius nominis tertius inter Germaniæ Reges. *Lambert. Marian. Scot. & alij.* Africani Saraceni iterum vincuntur in Sicilia à Græcis & Normannis. *Cedren. & alij.* Pax composita inter Henricũ Regem Germã. & Herebertũ Episcopum Mediolanensem. *Sigon.* Post varios motus apud Venetos, tandem Dux creatur Dominicus Flabenicus: & decretum, vt electione deinceps Duces crearentur. *Sabel.* Michael Orientis Imperator, qui malis artibus, vti commemoraui, ad Imperium peruenit, nunc arreptitius, & à dæmone continuó vexatus, Ioanni fratri curam Imperii relinquit, & Thessalonicæ moratur. *Curopalat. Cedren.*

1040 | 7 Benedicti 9 | 7 Michaelis 4. Paphlagonis. | Indict. 8. | 9 Henrici. I.

Henrici 3. *Reg. German. an.* 1. Bellũ geritur inter hunc Henricum & Bohemiæ Ducem. Duci fauet Petrus Hungarorum Rex. *Herman. Contrac.* In Gallia graues motus sedantur à Rege. *Glaber.* Mauiaces Dux reuocatur in Orientem ab Imperatore. Normanni Duce Arduino, redire è Sicilia iubentur in Apuliam. Saraceni Siciliam iterum occupant. *Cedren.* Sub Duncano Scotiæ Rege, repulsi sunt Dani, iterum Scotiam repetentes, ad pertham oppidum. deleta classis Danica ad Kingornum. Sanctum Regem, impiè occidit, Machabæus Tyrannus, ex Malcolmi se-

cundi filia natus, Regnumq; occupat. *Maior, & Marian. Scot.* hunc annum *notant.* rem *describunt Hector Boet. & Lesleus.* Mortuo Haraldo Angliæ Rege, Angliam obtinuisse dicitur Canutus Iunior, Danus. Hic è Normannia exulem Edoardum ex Emma fratrem, Ethelredi Angli olim Regis filium, vocatum effecit Regni consortem. variè tamen hoc *narrant Malmesber. & Poly. libr. 8. ac Saxo, quem iste ibidem citat. lege Mathæum VVestmõ. ann.* 1018. & 1042. certè hoc, vel sequenti anno regnat Edoardus. Cazimirus è Cluniacensi Monasterio à suis tandem reuocatur, dispensante Summo Pontifice, & regnat in Polonia feliciter an. 18. *Martin, Crom. libro* 4. *Baron. anno sequenti.* erat Cazimirus iam Diaconus, & Monachum professus. Chunegundis Augusta, nunc Monialis, moritur. *Baron.*

Henrici III. *Regis German. ann.* 2. Michael Orientis Imperator, huius nominis quartus, fecit viuendi finem, acta pœnitentia, *vt notant Curopalat. Cedren, & alij.* Zoe Augusta Michaelem, dictum Calaphatem, filium Stephani patruelis Imperatoris, adoptat in filium, & coronari curat Imperatorem: qui tamen breui ingratus euadens, Augustam eiecit in exilium. *Cedren. Zonar. Curopolat.* Henricus Germanicus victum Bohemiæ Ducẽ, cogit ad solita tributa pendenda. *Marian. Scot. Herman. Contrac.* Hungari Regẽ suum Petrum ob insolentiam pellunt, & Ouonem Regno præficiunt. *Herman. Contrac.* Hoc anno Normannorum dominatio in Apuliam inducta: à quibus Duce Alduino pulsi sunt postea ex Italia Græci. *Sigon. Cedren. Curopal. & Chron. Mont. Cassin. notant* hunc annum & Indictionem 9. *Vide Leon. Ostien. lib. 2. capit.* 68. & *Pandulf. lib.* 3. initum certamen *ait* inter Aufidum flumen & Oliuetum Castrum.

Henrici III. *Reg. Geeman. an.* 3. Michael Calaphates expellitur, effossis oculis; & Zoe reuocata, maritum ducit Constantinum Monomachum, huius nominis 11. *Cedren. Zonar. Curopal.* Quo Hungarorum Rex, ob receptum Petrum, Bauariæ bellum infert; sed victus ille ibidem est, Regno pulsus ab Imperatore Germaniæ, & nouus Hungaris Rex datus. *Herman. Contrac. Marian. Scot.* Obijt in Anglia Canutus Iunior, seu Hardecuntus Rex. Regnat Edoardus solus, *de quo* 1040. *Malmesber.* Cazimirus Massoniam recuperat. *Martin. Crome.* Græcus Imperator Bulgaros vincit. *Cedren.*

Henrici III. *Reg. German. ann.* 4. Henricus, post pulsum Ouonem Hungariam facit tributariam. *Glaber.* Apuliam Græcis ereptam Normanni inter se diuidunt. *Sigon.* Guillelmo Ascolum: Dragoni Venusia: aliæ alijs Ducibus ciuitates obtigerunt. Mortuo Alexio Patriarchæ Constantinopolitano, subrogatur Cærularius. *Cedren.*

Hẽrici III. *Regis German. an.* 5. Maniaces rebellat, assumpto Imperatorio nomine; profligat Græci Imperatoris exercitum in Epiro; & nisi ex occulto vulnere occubuisset, summa rerum potiri potuisset. *Cedren,* Restituitur Hungaris Rex Petrus, *de quo* 1041. *Herman. Contrac.* Obijt Gothelo Dux Lotharingiæ: succedit in Ducatum filius Godifredus. *Chron. Lotharin.* Schisma excitatur in Romana Ecclesia, pulso à Romanis Benedicto, & subrogato Syluestro. Quem postea expulit Benedictus, qui Sedi restitutus, sponte se pontificatu abdicat. *Herman. Contrac.* Rem totam *prolixè describit ad hunc annũ Baronius.* Subrogatur Gratianus presbyrer, dictus Gregorius 6. qui assignata pecunia expulit hæc monstra, *inquit Baronius*; sic nempe redimens Ecclesiæ vexationem. Hunc vt legitimum Pontificem agnouit Gregorius 7, in Cõcilio Romano, quod habitum est anno 1080. *Glaber. l. 5. in fine,* laudatissimum Pontificem nominat.

Christi.	Pont.	Imp.	Reg. Franc.
1041 Indict. 9.	8 Benedicti 9	8 Michaelis 4. Paphlagonis. 1 Zoes Augustæ.	10 Henrici 1.
1042 Indict. 10.	9 Benedicti 9	1 Michaelis 5. Calaphatis. 2 Zoes Augustæ.	11 Henrici 1.
1043 Indict. 11	10 Benedict 9	1 Constantini 11 Monomachi.	12 Henrici I.
1044 Indict. 12.	11 Benedicti 9 1 Gregorij 6.	2 Constantini 11.	13 Henrici 1.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
1045 Indict. 13.	2 Gregorij 6	3 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* 3, *Regis Germ. an.* 6, Otho Palatinus Comes, Dux Alemaniæ à Rege Henrico constituitur. *Herman. Contrac.* Ditio Sancti Benedicti, & monasterij montis Cassin. seruata est ope S. Benedicti ab iniuriis Normannorum. *Sigon. Baron.*	14 Henrici 1.
1046 Indict. 4.	3 Gregorij 6	4 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* 3. *Reg. Germ. an.* 7. Henricus Rex Ecclesiastica iudicia sibi assumens, (qui hoc anno venit in Italiã) Greg. 6 Romanum Pontificem exuit Pontificatu. *Herman. Contr. Addit* conuictum, nempe postulatum Simoniæ. Sed *vide an.* 1044. Sanè (vir à multis laudatus) sponte se abdicauit. Sic quidem Henricus Italorum Comitum repressit audaciam in Pontifices: sed viam, sibi, filio, & nepoti fecit, ad similem potentiam vsurpandam: quam non nisi 80 annis frangere potuit auctoritas Romanæ Ecclesiæ. Post hæc Sutri gesta in Gregorium, Henricus Romam adit. Subrogatur Bambergensis Episcopus, vocatus Clemens 2. *Herman. Contrac. Leo Ostien. lib.* 2. *cap.* 80. *Baron.* Hungari Regem suum Petrum priuant oculis, & Andream quendam Regno præficiunt. *Herman. Contr.*	15 Henrici 1
1047 Indict. 15.	1 Clementis 2.	5 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* 3. *Regis Germ. an.* 8. *à Coronatione Romana Imp.* 1. Henricus à nouo Pontifice Clemente 2 coronatur Imperator. *Herman. Contrac.* Imperator idem aliquot castellis versus Apuliam receptis, confirmat Dragoni Normanno adeptam ditionem anno 1043. *Herman. Contrac. Sigon. Leo Ostien. lib.* 2. Redit eodem anno in Germaniam. De habito Romæ Concilio in Simoniacos, *Baron.* Obijt hoc ipso anno Clemens Papa, 7 Idus Octobris, mense 6 à creatione. *Leo Ostien. Herman. Contrac.*	16 Henrici 1
1048 Indict. 1.	1 Damasi. 2	6 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* 3. *Regis German. ann.* 9. *à Coronatione Romana Imp.* 2. Reiecto Benedicto, qui iterùm Romanam Sedem inuadebat, missus est Romam ab Imperatore Poppo Episcopus Brixiensis, qui omnium suffragiis consecratur Pontifex, dictus Damasus 2. *Leo Ostien. lib.* 2. *cap.* 82. Henricus Imperator, & Henricus Galliarum Rex, in Metensi territorio se conueniunt, pacemque iuramento firmant. *Herman. Contrac. Sigeber.* Obiit S. Odilo Abbas Cluniacen. *Baron.* floret Franco Leodien. qui scripsit de quadratura circuli.	17 Henrici. 1
1049 Indict. 2.	1 Leonis 9.	7 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* III. *Regis German. an.* 10. *à Coronatione Romanâ Imp.* 3. Cùm vacasset Sedes menses 5 à morte Damasi, creatur Pontifex Bruno, dictus Leo 9, natione Germanus, ex Episcopo Tullensi in Leucis, magno Ecclesiæ bono. Delectus ab Imperatore, electus est à Romanis. *Leo Ostien. lib.* 2. *cap.* 82. Huius Decretum in Simoniacos, & Concilia sub eo habita, *refert hoc anno Baronius.* item duo Concilia, Rhemense, & Moguntinum, quibus adfuit.	18 Henrici 1
1050 Indict. 3.	2 Leonis 9	8 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* III. *Reg. Germ. an.* 11. *à Coronatione Romana Imp.* 4. Leo Papa muneri Pastorali sedulo incumbens, inter alia, habitis Synodis Romæ, & Vercellis, damnat hæresim Berengarianam. *Herman Contrac.* Balduinus Flandriæ, & Godifredus Lotharingiæ Duces, redeunt in gratiam cum Imperatore. *Herman.* Ex huius Godifredi filia, prodijt Godifredus ille Magnus, de quo posteà.	19 Henrici 1
1051 Indict. 4.	3 Leonis 9.	9 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* III. *Regis German. an.* 12. *à Coronatione Romanâ Imp.* 5. Ioannes Gualbertus nunc Ordinis noui Monachorũ fundator esse cœpit. *Surius* 12 *Iuly. Baron.* Plura decernit Leo contra subintroductas mulieres, Presbyteris prostitutas. Item contra expilatores domus Episcopalis, post Episcopi obitum. *Baron.* Nascitur Imperatori filius Henricus 3 posteà Imperator. Mater draconem in vtero gestare sibi visa est. Hic certè ingentia intulit damna Ecclesiæ.	20 Henrici 1

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	
1052 Indict. 5	4 Leonis 9.	10 Constantini 11. Monomachi.	*Henrici* III. *Regis Germ. an.* 13. *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 6. Hunfredus, Apuliæ Comes, qui, *ex Pandol. l.* 3, Dragoni fratri succeſſit, fines Eccleſiæ inuadit. Richardus Capuam deditione accepit, hinc natum bellum inter Normannos, & Pontificem. *Sigon. qui autor ad annum ſequẽtem narrat* inſignem prædiorum permutationem, inter Henricum Imp. & Papam, quâ Pontifici Beneuentanus Ducatus conceſſus eſt, vt cederet agris, quos in Germania hebebat. *Leo Oſtien. l.* 2. *c* 85. *Baro. an.* 1053. Tangrolipix Turcarum ductor, Mediam, & Græcos bello infeſtat: necdùm tamen felici ſucceſſu. *Cedren. Extat apud Baronium* Diploma Leonis 9, de Corpore S. Dioniſij in Alemannia reperti. vbi de controuerſia hâc inter Francos, & Bauaros Ratiſponenſis Eccleſiæ nata, ante 160 annos, necdùm dirempta, ſi Germanis creditur.	21 Henrici I.
1053 Indict. 6.	5 Leonis 9	11 Conſtantini 11. Monomachi.	*Henrici.* III. *Regis German. ann.* 14. *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 7. Pontifex exercitum mouet contra Normannos, illi victores Papam Beneuenti detinent ad aliquod tempus. *Herman. Contrac. Lamber. Sigon.* Nunc ſcripta eſt Epiſtola Michaelis Cærularij contra Latinos: quam *reddit Lectori Baronius hoc anno.* De quibus controuerſiis, *extat quoque Leonis Epiſtola*, in qua ſatis inſanire hominem docet, & refutat. de azymis, Primatu, ſuffocato, alijſq; rebus agebatur.	22 Henrici I.
1054 Indict. 7.	6 Leonis 9.	12 Conſtantini 11. Monomachi.	*Henrici* III. *Regis German. an.* 15. *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 8. Imperator, ducto in Flandriam exercitu, Tornacum & Louanium capit. *Sigeber. Narrat idem autor*, excitatum nunc bellum inter Franciæ Regem, & Normanniæ Ducem. Habuit enim hoc ſeculum in Francia vſque ad Carolum Craſſum, Principes, qui licet dignitate impares, pontentiâ tamen, ſe penè Regi pares exiſtimabant. Leo Papa redit Romam, vbi diem clauſit 19 Aprilis. *Herman. Contrac.* Claruit miraculis. eius Epiſtolam *refert Baronius*, ad Michaelem Patriarcham Coſtantinopolitanum: *de quo ad annum* 1053. Et cuius Epiſtolæ calumnias ac mendacia *hic recenſet refellitque idẽ autor.* Romani ad Germ. Imperatorem Legati, poſtulant Gebehardum Aiſtenſem Epiſcopum. Annuit, licet triſtis Imperator. Migrat é vita Conſtantinus Monomachus circa Decembrem. *Curopalat.* Imperat Theodora Porphyrogenita, Conſtantini 10 filia, ſoror Zoes Auguſtæ. *Onufrius notat Indictionem* 8.	23 Henrici I.
1055 Indict. 8.	1 Victoris 2	1 Theodoræ.	*Henrici* III. *Reg. German. an.* 16. *à Coronatione Roman. Imp.* 9. Conſecratur Romæ nouus Pontifex Gebehardus, nuncupatus Victor 2. Imperator Henricus in Italiam venit. Florentiæ, ipſo præſente, habita eſt Synodus à Pontifice, de morum reformatione. *Herman. Contrac. Leo Oſtiẽ. libro* 2. *capite* 90. Res huius Concilij *habes apud Baron. qui meminit quoque* Concilij Lugdunenſis ab Hildebrando Victoris Legato habiti: (hic poſteà Pontifex fuit, dictus Gregorius 7.) & Turonenſis Concilij contra Berengarium, ſæpe ad vomitum reuerſum.	24 Henrici I.
1056 Indict. 9	2 Victoris 2	2 Theodoræ	*Henrici* 3. *Regis German. ann.* 17. *à Coronatione Rom. Imperat.* 10. Obiit menſe Auguſto Theodora Auguſta Orientis. Deſignat moriens ſucceſſorem Michaelem, huius nominis 6, qui Στρατιωτικὸς dictus. *Cedren.* Obijt porrò Henricus Imperator Occidentis, 5. Octobris: ſucceſſit filius Henricus dictus 3 puer 7 annorum, ſub tutela Agnetis matris. *Herman. Contrac. Marian. Scot. Sigeber.* Adfuit morienti Imperatori Victor Papa, curauitque duo haberi Concilia, Colonienſe, & Toloſanum. Acta *Baron. recenſet.* Habitum porrò eſt Concilium Compoſtellanum, cui præfuit Creſconius Archiepiſcopus Compoſtellanus, de Eccleſiaſtica diſciplina.	25 Henrici I.

1057 | 3 Victoris 2 | 1 Michaelis 6. Stratioticus. | 26 Henrici 1.

Indict. 10.

Henrici 4. *Regis German. an.* 1. Contempro Michaele Stratioticō, Isacius Comnenus, Præfectus Legionum Orientis, salutatur Imperator, 8 Innij, Coronatus Constantinopoli 1 Septembris, tyrannicè Imperium inuasit. *Curopalat. & Cedren.* qui hoc anno finē suæ Historiæ imponit. Stratioticus se abdicat. Machabæus Scotiæ Rex, cùm diu tyrannidem in nobiles exercuisset, tandem victus occiditur à Malcolmo Duncani filio, qui exulabat in Anglia, & nunc Rex ab omnibus recipitur. Huic, annos Regni *dat Hector. Boet.* 36. *Maior* 39. sub hoc Malcolmo 3, res præclarè gestas, & illustres in eo Regno exortas familias, *recenset Lesleus l.* 6 *statim initio.* Victor 2 moritur. Subrogatus Fridericus, frater Godifredi Ducis Lotharingiæ, dudùm Beati Leonis Papæ Archidiaconus: nunc Monasterij S. Benedicti Abbas, *inquit Hermannus.* dictus est Stephanus 10. *Vide Onu. Leo. Ostien. lib.* 3. *cap.* 8. Pontifex tum aliter, tum habitis Episcoporum Conuentibus, curam gerit Ecclesiæ reformandæ. Adfuit his Conciliis Petrus Damianus Monachus, & nunc Cardinalis creatus. *Leo Ostien. lib.* 2. *cap.* 102. *Baron.* qui huius temporis formam Romanæ Ecclesiæ describit.

1058 | 1 Stephani 10. dicti 9. | 1 Isacij 1. Comneni. | 27 Henrici 1.

Indict. 11.

Henrici 4 *Regis German. an.* 2, Robertus Guiscardus Normannus, Godifredi de mortui frater, pulso Bagelardo, Godifredi filio (*Pandul. lib.* 3.) Apuliæ Comitatum inuasit, & cùm aliorum, tùm Ecclesię fines solitis incursionibus afflictabat. *Sigon. Leo Ostien.* vitâ cessit Ferdinandus, dictus primus Castellæ Rex, mense Iunio, Æra 1095, *ex Roderico.* tribus filiis diuisum Imperium. Sanctius, natu maximus, Castellæ Regnum accipit: Legionense Regnum Alfonso legatum: Garsiæ, natu minimo data reliqua Galæcia, & pars Lusitaniæ. Omnes vocati Reges, *Mariana lib.* 9. *cap.* 7. *Idem Autor cap* 5 *scribit* ab Imperio Germanico circa hunc annum exemptam Hispaniam. Sanctius fratres bello inuasit, *ibidem capite* 8. Saraceni Messanam expugnant, Siciliæ emporium ad fretum Mamertinum. (*Ciceroni* Mamertina vocatur) & totius Insulæ domini euadunt. Mortuo Cazimiro Poloniæ Rege, mense Nouembri, Regnum tenuit Boleslaus filius, *Martin. Cromer.* Moritur Stephanus Papa 4 Kal. April. *Leo Ostien. lib.* 3. Interim Mincius, Tusculani Comitis filius, ambitione & malis artibus obtruditur Pontifex, dictus Benedictus. *Onufrius.* de hoc Schismate *Leo Ostien. lib.* 3. *cap.* 102. Verùm eo pulso, sequenti Ianuario legitimè eligitur Nicolaus 2, ex Episcopo Florentino. Constantinopoli Patriarcha creatur Constantinus, dictus Licudex.

1059 | 1 Nicolai 2 | 2 Isacij I. Comneni. | 28 Henrici 1.

Indict. 12.

Henrici IV. Regis German. an. 3. Ergo pulso inuasore, Gerardus Florentinus Episcopus, renuntiatur Pontifex, ineunte hoc anno; vocatus, vti dixi, Nicolaus 2 *Leo Ostien. l.* 3. creatus Senis, *ex Onufrio,* natione Allobrox. Bellum geritur inter Mediolanenses, & Ticinenses. Inuadunt Turcæ iterùm Mesopotamiam, & Ciliciam circa hæc tempora. *Zonar. in Constant. Monomacho.* Habetur Romæ Generale Concilium, in æde Lateranensi, mense Aprili. *Baron.* Vocatur Berengarius. Pœnitentiam agit. *Iuo parte* 2. *cap.* 10. decreta huius Nicolai de Electione Romani Pontificis, de Simoniacis, de Concubinatu, & similibus, *lege Baron. ad hunc annum.* Nicolaus Papa in Apuliam venit, rogatus à Normannis. Ibi Richardo Capuanum principatum, & Roberto Guiscardo Apuliæ & Calabriæ Ducatum confirmat. *addit Baronius* etiā Siciliam. A quibus exegit iuramentum fidelitatis, & annui tributi pactum, tanquam ab Ecclesiæ Beneficiariis. *Sigon. Leo Ostien. lib* 3. *c.* 15. *Baronius hoc anno refert* Formam præstiti iuramenti. Horum Principum, qui fratres erant, operâ vsus est Nicolaus, ad domandos Tyrannos in Campania, & locis Romæ vicinis.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
1060 Indict. 13.	2 Nicolai 2	1 Constantini 12. Ducæ.	*Henrici* 4. Regis *German. an.* 4. Comnenus Imperator Orientis, morbo insanabili pressus, abdicat se, subrogato Constantino huius nominis 12. *Curopal. Onuf. Zonar.* Hic dictus est, Ducas, ὁ Δέκας. Henricus Galliæ Rex, qui an. 1059 filium Philippum septennem voluit Regem coronari, hoc anno obiit. Balduinus 5, *de quo supra*, Flandriæ Comes, datus est Philippo Tutor à patre. Optima fide tutelam gessit. Normanni è Calabria, vincunt in Sicilia Saracenos. Messanam recipiunt, *Leo Ostien. Fascellus, & alij.* Sanctius Castellæ Rex, fratres inuadit. Hoc bellum *describit Mariana lib.* 9 *c.* 8. sed anno diuerso. *Roderic. Sanctius parte* 3. *c.* 28. Petrus Damianus, Cardinalis & Episcopus Ostiensis, missus à Pontifice Legatus, motus turbulentos Mediolanensium componit, reformatque Ecclesiasticam disciplinam. rem *narrat. Sigon. ann.* 1059, *& Baron.* de Concilio Iaccitano in Hispania, *idem.*	29 Henrici 1.
1061 Indict. 14	1 Alexandri 2.	2 Constantini 12. Ducæ.	*Henrici IV. Regis German. an.* 5. Robertus Guiscardus Normãnus, Capuam cepit. *Sigon.* Normanni victis Saracenis dilatant etiam per Siciliam Imperium. *Fascellus. Leo Ostien.* Turcæ nũc Syriam inuadunt, & Hierosolymitanam ciuitatem capiunt. *Guillel. Tyrius lib.* 1. *c.* 7. Moritur Nicolaus Papa, 3 Iulij. Hic multa mentitur Benno more suo. Eligitur Romæ Episcopus Lucensis Anselmus, patria Mediolanensis, dictus Alexander 2. *Onufrius, Leo Ostien. lib.* 3. *cap.* 20. Carolus Pallauicinus, Episcopus Parmensis, in Schismate aduersus Alexandrum creatur ab Imperatore Basileæ. Cui abrogatus est Pontificatus in Concilio Mantuano, 5 Kalend. Nouemb. 1064. *Platina.* Rem *prolixè tractat Baron.* Petrus Damianus Episcopatu se abdicat: de cuius Epistolis & ingenio multa *idem Baron.*	1 Philippi 1.
1062 Indict. 15.	2 Alexandri 2.	3 Constantini 12. Ducæ.	*Henrici* 4. *Reg. Germ. an.* 6. Henricus Rex matri ereptus à Principibus, bonam educationem in pessimam mutatam, sensit suo & Imperii malo. *Hermanni Continuator, Auentin. qui vitã Henrici scripsit.* Ramirus Aragoniæ Rex occiditur: regnat Sanctius filius. *Lege Marian. lib.* 9. *cap.* 7. Cadolus, dictus Honorius 2, Romã armatus venit: fugatur à Romanis. *Continuator Herman. Baron.* Concilium collectum in Osborio Germaniæ. Ibi inter Regis, (qui præsto erat,) aduocatum, & Romanæ Ecclesiæ defensorem, causa Antipapæ acta est. rem gestam *amplè reponit Baronius.*	2 Philippi 1
1063 Indict. 1.	3 Alexandri 2.	4 Constantini 12. Ducæ.	*Henrici* 4. *Regis, German. an.* 7. Post Hungariæ Regis obitum, datur Hungaris Rex Salomon, ab Henrico Germaniæ Rege, pulsis prioris Regis liberis. *Lambert. de Scaffnab. Otho Frisingen.* Sanctius Castellæ Rex proditione occisus. *Rodericus notat* Æram 1101. Succedit frater eius Alfonsus, huius nominis 6. qui Legionense quoque Regnum adeptus est. *Roderic.* Historiam *scribit Mariana cap.* 9. 10 11. Petrus Damianus destinatur à Pontifice ad seditionem Florentinam sedandam, inter Episcopum & Monachos. *Baron.* Habetur Lateranensis Synodus centum Episcoporum, sub Alexandro, de Simoniacis, occasione Florentinæ controuersiæ. Canones *refert Baron.*	3 Philippi 1
1064 Indict. 2.	4 Alexandri 2.	5 Constantini 12. Ducæ.	*Henrici* 4. *Regis Germ. an.* 8. tandem indicto Mantuano Concilio, conuenientibus eó etiam ex Germania Episcopis, pellitur Cadolus: causa abiudicata Alexandro. *Platin. Auentin. Baron. & alij.* Obijt Edoardus Angliæ Rex absque liberis. Testamento hæredem reliquit Guillelmum Normanniæ Ducem. Angli tamen Aaraldum Anglum eligunt Regem. Pontifex summus Guillelmum confirmat. *Malmesber.*	4 Philippi 1
1065 Indict. 3.	5 Alexandri 2.	6 Constantini 12. Ducæ.	*Henrici* 4. *Reg. German. an.* 9. Norvegiæ Rex magnâ instructâ classe Angliam inuadit. Occisus ille quidem est in conflictu, non tamen sine Anglorum cæde; qua debilitati, minus apti fuere ad repellendos Normannos, qui in Angliam nunc armabantur. Petrus	5 Philippi 1.

trus Damianus ſtrenuè certat aduerſus turpes Clericos, Clericalis cõnubij aſſertores, dictos Nicolaitas, ſeu etiam Cadoloitas, *inquit Baron. an.* 1061. 1065.

1066 | 6 Alexandri 2. | 7 Conſtantini 12. Ducæ. | 6 Philippi 1

Indict. 4.

Henrici 4. *Regis Getman. ann.* 10. Henricus decernitur liberà tutela matris. Guillelmus Normanniæ Dux (*de quo* 1064.) accepto à Põtifice vexillo, ſuſceptaque expeditione in Angliã, Regẽ occidit; & hac memorabili victoria totã ſibi ſubiecit Angliã. *Malmesber. Polydor. Vergil. Aemilius & alij.* Patriarcha Conſtantin. electus Ioannes Xiphilinus, Auctor decurratæ Hiſtoriæ Dionis.

1067 | 7 Alexandri 2. | 8 Conſtantini 13. Ducæ. | 7 Philippi 1

Indict. 5.

Henrici IV. Regis Ger. an. 11. Moritur Conſtantinus Ducas menſe Maio. *ex Curopal.* tribus relictis filijs, Michaele, Andronico, & Conſtãtino, ſub tutela matris Eudociæ. Obijt Balduinus 5, tutor Galliarum, & Flandriæ Comes. Succeſſit in Flandria Balduinus filius, dictus 6, & Montanus. Hic annus eſt coronati in Anglia Guillelmi Normanniæ Ducis: & quo, Saxonum à Cer. dicio Regnum ceſſauit. *Polydor. lib.* 8. *in fine.* hunc Guillelmum ormannorum primum Regem, vocant Conquæſtorem. Vi- Nbat hoc tempore Adam Hiſtoricus, & Brennenſis Eccleſiæ Canonicus. Laudatur à ſtudio veritatis. *Vide eundem lib.* 4. *cap.* 16. nunc Xiphilinus Patriarcha Conſtant. ſyngrapham mala fide reſtituit Eudociæ Imperatrici, quæ hortante marito defuncto, abiurauerat ſecundas nuptias: ſed poſt receptam ſyngrapham nupſit Diogeni, illuſo Xiphilino, qui nupturam ſperabat Bardæ, qui Xiphilini germanus erat.

1068 | 8 Alexandri 3. | 1 Romani Diogenis. | 8 Philippi 1

Indict. 6.

Henrici 4. *Regis German. an.* 12. Eudocia Auguſta, Romanum nuncupatum Diogenem ſibi matrimonio iunctum renuntiat Imperatorem. *Curopal.* idque 1 Ian. qui hoc eodem anno Turcas numeroſo exercitu vaſtantes Syriam, & Cappadociam repulit, memorabili victoriâ. *Curopalat.* Alexander Papa exigit denarium S. Petri à Guillelmo Normanno Anglorum Rege. Epiſtolam refert *Baronius.*

1069 | 9 Alexandri 3. | 2 Romani Diogenis. | 9 Philippi 1

Indict. 7.

Henrici 4. *Regis German. an.* 13. Turcas iterum vincit Romanus, receptis aliquot oppidis. *Curopalat.* Guillelmus Rex, rebellantes Anglos domat. *Polydor. Malmesber.* Normanni hoc tempore, penitus expulerunt Gręcos è Calabria, & Apulia. Petrus Damianus miſſus in Germaniam ab Alexandro Legatus, impediuit, ne Rex Henricus meditatum diuortium faceret. *Sigon. Baron.*

1070 | 10 Alexandri 3. | 3 Romani Diogenis. | 10 Philippi 1

Indict. 8.

Henreci 4. *Regis German. an.* 14. Diogenes Imp. iterum Turcas reprimit. *Zonar.* Piſanis bellum eſt hoc anno aduerſus Genuenſes, ob Corſicam inſulam. *Sigon.* à Piſanis ſtetit victoria. Godifredo Lotharingiæ Duci mortuo, ſuccedit filius Godifredus, dictus Gibboſus. *Sigeber.* vitâ functo Balduino ſexto huius nominis, Comite Flandrię, Robertus frater Flandriam occupare nititur aduerſus Arnulfum fratruelem, ſub hoc nomine tertium, paterno dominatu mox ſpoliandum. *Marchantius, & Sigeber.* Guillelmus Rex Angliæ, Danis inuadentibus Angliam, Anglos obiecit, & multis vtrinque cæſis, fuſiſque tandem hoſtibus, Regnum tenuit pacatum. *Malmerber. Polyd. in Gul. Conquaſtore.* Epiſcopus Bambergen. ob Simoniam accuſatus, vocatuſque Romam, probat ſuam innocentiam. *Lambert.* Plura *Baronius.* de Moguntino, & Colonienſi Epiſcopis, *Sigon.* Lanfrancus Abbas Cadomenſis, conſecratur Epiſcopus Cantuarien. in locum Stigandi Pſeudoarchiepiſcopi ſubrogatus. *Baron. & Matheus Vveſtmonaſt. ad an.* 1070.

1071 | 11 Alexandri 3. | 4 Romani Diogenis | 11 Philippi 1.

Indict. 9.

Henrici 4. *Regis German. an.* 15. Diogenes Imperator victus, captuſque à Turcis, memorabili clementiæ exemplo, liber dimittitur, ſpe futuræ pacis. Sed Conſtantinopolim rediens, capitur, priuaturq; oculis à Michaele 7. huius nominis, & Ducæ filio, ine-

pto licet ad imperandū. *Zonar. Curopal.* dictus est Parapinaceus. Roberto Guisc. Principe, Normanni in Sicilia Panormum capiunt. *Pandulf. Fasellus, Leo Ostien.* Perempto Arnulfo, & fugatâ eius matre Richilde, Robertus rerum potitur in Flandria. *Sigeber. Marchan.* hic nominis huius primus est: tandemque Philippo Franco fidem in nomine Flandriæ præstitit. de Caroli Episcopi Constantiensis abdicatione, & Lanfranco Apostolico Legato in simili causa apud Anglos, *Baron. & Math. Vvestmon.* Nunc claruit Theophylactus Archiepiscopus Bulgarorum, (qui scripsit in quatuor Euangelia) vt *ex eius Epistolis euincit Baron.*

1072 | 12 Alexandri 2. | 1 Michaelis 7. Duca, Parapinaces. | Indict. 10. | 12 Philippi 1.

Henrici IV. Regis German, ann. 16. Asan, seu Belpher Turcarum Imperator, debilitatis & factione diuisis Imperij viribus, Syriam vniuersam occupat his annis, & minorem Asiam à Laodicæa Syriæ, vsque ad Hellespontum, vt deinceps constabit. Malcolmo Regi Scotiæ huius nominis 3, ob receptos Angliæ rebelles, Guillelmus Rex bellum indicit. Edgarus enim, Eduardi filius, S. Eduardi nepos, Regni putatus hæres, fugitiuus in Scotiam venit cum Margarita sorore, quæ Malcolmo nupsit. Guillelmo infeliciter cessisse bellum *narrant Scotorum Historiæ.* Tamen pax inita, fixâ cruce pro limite vtriusque Regni. Malcolmus turpes abrogat leges: nouos Episcopatus instituit, nouosque Nobiliū titulos erigit. *Malmesber. lib.* 3. hos titulos, nouasque in Scotia familias, Setoniorum, Gordoniorum, & Leslæorum, &c. ex Anglia deductas, *commemorat Leslæus lib. 6 initio.* Habetur in Anglia Concilium Generale totius insulæ, de Primatu Cantuariensis Ecclesiæ supra Eboracensem, 6 Idus Aprilis, iubēte Alexandro Papa. *Baron. ex Malmesberien.* Petrus Damianus ad suos rediens, Fauentia diem clausit. *Baron.*

1073 | 1 Gregorii 7 | 2 Michaelis 7. Duca, Parapinaces. | Indict. 11. | 13 Philippi 1.

Henrici 4. Regis German. ann. 17. **Dominico** Contarino Duci Veneto, suffectus Dominicus Seluus. *Sabellic.* Henricus Rex accusatus a[pud] Alexandrum Papam, vocatur Romam ad dicendam cau[sam]. *...Vrspergen. Baron.* Alexāder dat suæ Lucensæ Ecclesiæ Anselmum Episcopum, virum egregium. Obijt Romæ hic Pontifex 10 Kalendas Maij, miraculis clarus. *Leo Ostiensis l. 3. cap.* 35. *Baron.* Subrogatur Canonicè, & magno consensu Hildebrandus, dictus Gregorius 7. Hunc eximiæ virtutis Pontificem, vt grauissimi Scriptores testantur, conantur (in gratiam Henrici 4. Regis Germaniæ) duo Scriptores infamiâ notare; nempe Autor Vitæ, seu potius Laudator eiusdem Henrici; & Benno, Schismaticus Cardinalis, homo mendax, & calumniarum insignis artifex. Horum fraudes *rectè hic detexit Baron.*

1074 | 2 Gregorij 7 | 3 Michaelis 7. Duca, Parapinaces. | Indict. 12. | 14 Philippi 1

Henrici IV. Regis German. an. 18. Habet hic annus originem discordiarum inter Pontificem & Imperatorem, dum Pontifex, missâ in Germaniam legatione, post Romæ habitum Cōcilium, grauiter edicit in Sacerdotes Nicolaitas, & Simoniacos, eorūque fautores: nec minus laborauit, vt electio Pontificum libera maneret à vi Imperatoris, & principum quorumcumque. Liemarus Bremensis Episcopus Romam vocatus, deficit ab obedientia Pontificis. Totam rei seriē *prolixè describit Baron.* occurrens passim calumniis in Gregorium.

1075 | 3 Gregorij 7 | 4 Michaelis 7. Duca, Parapinaces. | Indict. 13. | 15 Philippi 1

Henrici IV. Regis German. an. 19. Henricus rebellantes Saxones castigat, & domat. *Marianus Scotus, Auentinus.* Ad hunc annum refertur Guigues Comes, qui Gratianopolin in Delphinatu Gallico obtinens, nomen sibi fecit, & initium Delphinorum Viennēsium. *Thomasinus de rebus Delphinatus. meminit Paradin. cap.* 50 *Chron. Sabaud.* Hungari Regem suum Salomonem Regno deturbant, & diuturna custodi detentum excruciant, *inquit Sigeber.* Gregorius, habita Romæ Synodo, laborat pro Ecclesiæ

reformatione. Res ibi gestas in Simoniacos, & huius temporis Nicolaitas, *colligit Baron. ex. variis Epistolis.*

1076 | 4 Gregorij 7 | 5 Michaelis 7 Ducæ, Parapinacei. | 16 Philippi I.

Indict. 14.

Henrici IV. Regis German. an. 20. dùm Henricus à Pontifice excommunicatos recipit, ac fouet: & promissa Pontificis Legatis implere contemnit: aliæque Principũ accusationes in eum plurimæ afferuntur; Gregorius Regem Henricum Romam vocat ad causam dicendam. *Ex Lamberto huius temporis Scriptore.* Multa hic mentiri Nouatores, *docet Baronius ad hunc annum.* Henricus Vormatiense Conuenticulum habet ad abdicandum Pontificem; subscribuntque eius damnationi plures eò conuocati Episcopi. *Lambertus.* His Romæ auditis, Henricus anathemati subijcitur, renuntiatur Ecclesiæ hostis, nec tamen cessat Pontifex eũ ad saniorem mentem & pœnitentiã incitare. Principes Sueuiæ, & Saxoniæ, in Conuentu Triburiensi, agunt de alio Rege eligẽdo, armanturque in Henricũ. Pacem Rex petit pœnitens, & meliora deinceps sanctè promittens. Pax data à Principibus, si inter alia, curaret se solui vinculo anathematis, dimissis à se excommunicatis Episcopis. Paret ille, & iam in ordinem redactus, properat ad Pontificem, petiturus veniam, ante exactum annum: actum alioqui de illo erat, vt pacis conditiones habebant. Interim Gregorius, Ducem Croatiæ Regem Dalmatiæ creat. De his *Lambertus & Baronius prolixè, optimaque fide,* ad Nouatorum solatium, qui tantopere Henrici causam deplorant. Obijt Lotharingiæ Dux Godifredus sinè liberis, in Flandria occisus. Post annos aliquot, Imperator Ducatum restituit eius ex sorore nepoti Godifredo Iuniori. *Lambert.* Amadeo huius nominis primo Sabaudiæ Duci, morienti succedit filius Humbertus. *Platina, & Lambertus* dissentiunt de nomine. *lege* Paradi. *cap.* 24, & 25

1077 | 5 Gregorij 7 | 6 Michaelis 7 Ducæ, Parapinacei. | 17 Philippi I.

Indict. 15.

Henrici 4. *Regis German. an.* 21. De laudata Gregorij Papæ continentia, & calumnijs ob Mathildem nobilissimam fœminam *lege Baron. ad annum* 1070. & 1074. plures hoc nomine nunc viuebant. fuit ista, Godifredi Lotharingi Gibbosi vxor: quæ facto diuortio, mansit in Italia. filia erat Bonifacij Marchionis Tusciæ, & Beatricis vxoris. Henricus venit priuatus in Italiam, Pontifici se offert in Galliam venienti, & post pœnitentiæ signa exhibita restituitur vnioni Ecclesiæ à Gregorio, Canusij, castrum est in itinere Mathildæ, munitum, quò Pontifex se receperat, donec constaret de animo aduentantis Henrici. Digressus Rex Henricus ad Longobardos Pontificis hostes, mutat animum; renuit adesse Conuentui Teutonicorum Principum die præfixo. Principes recognitâ, Rodolfum Sueuiæ Ducem eligunt Regem, abdicato Henrico. *Ita Historici huius temporis, & harum rerũ diligens collector Baronius.* Insignem pro Gregorio 7 Apologiam *dedit Gretserus noster in fine Tom* 2. *Defen. Bellarmini. vide an.* 1079. Qualis verò fuerit Henrici vita, *lege apud Genebradum ann.* 1074. Nicephorus Botoniates Michaelem Ducam Imperatorem pellit in Monasterium, & arripit Imperij fasces: quem excommunicat Gregorius 7, mẽse Octobri, Indictione 1. *Coropalat. Zonar.*

1078 | 6 Gregorij 7 | 7 Michaelis 7, Ducæ, Parapinacei. | 18 Philippi I.

Indict. 1.

Henrici 4. *Regis Germ. an.* 22. Conoratur Nicephorus à Cosma Patriarcha, qui hoc eodem anno, Ioanni Xiphilino Patriarchæ defuncto subrogatus erat, iubente Michaele. *Curopal.* Henricus Rex, collecto exercitu, pugnat in Franconia. Vbi æquo Marte certatum, *ait Vrspergen.* licèt *Marianus Scotus* victoriam tribuat Rodolpho, multi hinc indè occisi. Ladislaus eligitur Hungariæ Rex. *Bonfinius.* Turcæ Mediam integram occupant: Rhodum item, & Cyprum insulas. Romæ habito Cõcilio, iterùm anathemati subiiciuntur contumaces Episcopi, vnà cum Hugone Car-

dinali, qui Schismati, & Simoniacis fauebat. Concilij Canones *habes Baronius*: *qui* alterius etiam Concilij *meminit* nunc Romæ habiti. Tantæ molis erat illicita (*vt ait Lambertus huius temporis Scriptor*) & contra scita Canonum contracta coniugia (addo & Simoniam) extirpare pessimis Clericis, qui, ne fierent boni, facti sunt Schismatici, & Henriciani. *vide Nauclerum Vol. 2. Gen. 36.* de Bennone Schismaticorum coryphæo Cardinali, eiusque mendaciis. *lege Baronium ad an.* 1079.

1079 | 7 Gregorij 7 | 2 Nicephor 3 Botoniat. | 19 Philippi 1

Indict. 2.

Henrici IV. Regis German. an. 23. Botoniates Orientis Imp. misso Alexio Comneno, Briennium, & Durazzonem Tyrannos opprimit. *Zonar. Glyca.* in Germania iterum pugnat Henricus mense Ianuario, fuso Rodolfi exercitu. *Marianus Scotus, Auentinus, Vrspergen.* S. Stanislaus Cracouiæ Archiepiscopus occiditur impiè à Boleslao Poloniæ Rege: quem propterea Summus Pontifex anathemate ferit, priuatque Poloniæ regnum titulo Regali: quo posteà caruit per annos ducentos. *Martin. Cromer. Longinus in Polonica Historia. vide ann.* 1295. habito Romæ Concilio mense Februario, Berengarius iam octogenarius, fidem Catholicam profitetur: Professionem fidei, cuius initium est, *Ego Berengarius, refert ad hunc annum Baronius.* de hoc sepè reuocato Hæretico *vide* 1059. Schismatici fingunt atrocia mendacia in Gregorium, quæ *satis confutat hoc anno Baronius, præter sanctissimos illius temporis viros, Hugonem Cluniacen. Anselmum Lucensem, Lanfrancum Cantuariensem, Bernardum Abbatem Massiliensem, & alios, qui illustre virtutis testimonium dederunt de vita Gregorij.*

1080 | 8 Gregorij 7 | 3 Nicephori 3 Botoniates. | 20 Philippi 1

Indict. 3.

Henrici 4. *Regis German. an.* 24. mense Martio Romæ habetur Concilium: innouatur ibi anathema in Schismaticos Episcopos, & Henricum. inter hæc Henricus, reportata victoria, & mortuo ex vulnere Rodolfo, Conciliabulum habet Moguntinum, & Brixiense, vbi abdicato Gregorio, substituendus decernitur Guibertus Archiepiscopus Rauen. dictus Clemens 3. *Marianus Scot. Vrspergen. Auentin. Sigon. Baron.* Henricus, iureiurãdo à Clemente suo liberatus, omnem intendit conatum ad Gregorium pellendum. mortuo Dogrissa Turcarum 2 Imperatore, imperat Absalem. à quo posteà missus in Græcos Solimannus nepos, Asiam minorem subiugabit, exceptis quibusdam maritimis Prouinciis. *ita Haitonus Monachus Cyprius.*

1081 | 9 Gregorij 7 | 1 Alexij 1 Comneni. | 21 Philippi 1

Indict. 4.

Henrici 4. *Regis German. an.* 25. Alexius Comnenus, Isacij Comneni filius, acclamatur Imperator in Thracia à Legionibus: qui occupans Constantinopolim, Botoniatem Imperio priuatum detrusit in Monasterium, *Zonar. Nicetas, Onuph.* tunc, *vt ait Zonaras*, inuenta & data fratribus noua dignitatum nomina, σεβαστοκράτωρ, & πρωτοσέβαστος. Cõstantinus Manasses in hoc Botoniate finem imponit suis Annalibus. Henricus Rex, ducto in Italiam exercitu, Leoninam Vrbis Romæ partem obsidet. *Sigeb. Auentin Sigon.* miserè hoc anno periit Boleslaus impius Poloniæ Rex. *Martin. Cromer.* Cosmas Patriarcha Constantinopolitanus, sponte se abdicans, locum fecit Eustathio Monacho subrogato. *Zonar.*

1082 | 10 Gregorij 7 | 2 Alexij 1 Comneni | 22 Philippi 1

Indict. 5.

Henrici 4. *Regis German. an.* 26. Principes Germaniæ plures rebellant. Henricus interim Romam premit obsidione. Mathildis, Romani, & Robertus in Apulia Comes Normannus, stant à Põtifice. *vide citatos Authores.* Poloni eligunt sibi in Principem Vladislaum, primum huius nominis, & defuncti fratrem. *Martin. Cromer.* Hermãnus in Saxonia substituitur Rodolfo nouus Rex. Gregorium alienum fuisse ab electione Rodolfi docent eius literæ. *Gregor lib 9 epist. 28. Baron.* Alexius Comnenus Imperator aureã illam Bullam hoc anno edidit, ne quis imposterum rebus

Ecclesiarum sacris manus iniicere audeat. *extat Tom.* 3 *Bibliothecæ sanctæ.* Refert Baron.

1083 | II Gregorij 7 | 3 Alexij 1. Comneni. | 23 Philippi 1.

Indict. 6.

Henrici 4 Regis *German. an.* 27. Henricus Roma Leoniana nũc potitur, ipso, vt ferunt, Pentecostes die; ductore Godifredo Bullionio. cui Imperator concessit Lotharingiæ Ducatum, quem anteà auus maternus iure possederat. hanc turbulentissimi temporis historiam, Schismaticorum fautores minus sinceram dederunt; in quibus est *Sigebertus* Monachus, qui non rarò se Henricianũ profitetur: sed pro Gregorij innocentia satis superque faciũt illius temporis scriptæ epistolæ, adhuc extant illæ, maximorum & sanctorum virorum, qui tunc viuebant, iudicia: & præter Bertholdum Constantiensem, (qui tunc singulorum annorum res gestas scribebat) Leonem Ostiensem, Malmesberiensem, Vrspergensem, (vt recentiores omittam) quis credet pulso Gregorio, quem Orbis Christianus per annos 11, legitimum Pontificem agnouit: potuisse ritè ab excommunicato Principe introduci Guibertum antea anathemate notatum, & abdicatum? *vide an.* 1077. Alfonsus Castellæ Rex, Toletanam ciuitatem expugnatam recipit, Æra 1133. *Roderic.* Bernardus Archiepiscopus designatur, sub quo Ecclesiastici Officij Ordo Romanus receptus est. *Mariana lib. 9. cap. 15. & deinceps.*

1084 | 12 Gregorius 7 | 4 Alexij 1. Comneni. | 24 Philippi 1.

Indict. 7.

Henrici 4. *Regis Germ. ann.* 28. *à Coronatione Romana Imper.* 1. post triennij obsidionem Vrbs antiqua capitur ab Henrico, non armis, sed auro. *Bertholdus.* tenebat Pontifex Castellum Sancti Angeli, Henricus Auentinum montem, qui tandem à suo Antipapa coronatur. aduentus Roberti Normannorum Principis ex Apulia, Henricum compulit fugere Senas. indè abiit in Germaniam. *Berthold. Leo Ostien. lib.* 3. *cap.* 52. *Bibliothecarius, Sigon. Baron.* Eustachius Patriarcha Constantinopol. pellitur, substituto Nicolao Monacho. *Zonar.*

1085 | 13 Gregorius 7 | 5 Alexij 1. Comneni. | 25 Philippi 1

Indict. 8.

Henrici IV. Regis *German an.* 29. *à Coronatione Romana Imp.* 2. *Bertholdus refert* habitum nunc de causa Henrici Conuentum in Saxonia (in Turingia, *ait Vrspergen.*) Vtrinque res agitata. Schismatici disputabant, Henricum iniustè anathemate notatum, *ex c. nullus,* 2. *q.* 2. quod definit neminem debere accusari, donec ablata omnia restituantur. vnde inferebant Henricum Regno spoliatum, non debuisse in ius vocari, aut damnari. idem illi *ex cap. sequenti.* Verùm malè hunc Canonem intellexerunt Schismatici; cùm sit in spoliatorem, & hunc priuatum. re infecta discessum est. habetur mox Concilium Quintilineburgense, à Catholicis, vbi damnantur asserentes secularem rebus suis expoliatum, non subiacere amplius Ecclesiastico iudicio, nec posse excommunicari pro suis excessibus. *lege de his Baron.* vti etiam de Moguntina Pseudosynodo. inter hæc moritur Gregorius 7 Salerni, relatus postea in numerum Sanctorum; vir apud Deum felicis gratiæ, *inquit Malmesber.* reparator certè Ecclesiasticæ disciplinæ, & restitutor liberæ electionis Pontificum. vt de miraculis sileam. hoc ipso anno obiit Robertus Guiscardus Normannus Apuliæ & Calabriæ Dux: Principatum tenuit filius Rogerius. *Onuphrius. Sigon.* Veneti victi à Normannis, pulso Duce substituunt Vitalem Falierum.

1086 | 1 Victoris 3 | 6 Alexii 1. Comneni | 26 Philippi 1

Indict. 9.

Henrici IV. Regis *German. an.* 30. *à Coronat. Roman. Imp.* 3. Henricus cum suis fautoribus, dùm pugnat contra Saxones, reliquosque Catholicos, victus fugit, post insignem cladem. *Bertholdus Constantien.* cùm aliquandiu vacasset Sedes, tandẽ Cardinales Desiderium Cassinensem Abbatem, multum reluctantem, Pontificem creant. dictus est Victor 3. *Leo Ostien. l.* 3 *c.* 65. nec dum tamen annuit ille. diem clausit S. Anselmus. Lucensis Epi-

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			ſcopus. de eius ſcriptis *hic Baron.* hoc anno cœpit habitari Carthuſiæ ſolitudo, ab Hugone Epiſcopo Gratianopolitano, S. Brunone, ac ſocijs: nempe anno 6 ab Epiſcopatu Hugonis. *Surius* 1 *April. Sigebert. Onuphrius, Baron.* Vratislaus Bohemiæ Dux ab Imperatore Germaniæ, primus Bohemiæ Rex creatur. *Aeneas Syluius c.* 22. *Hiſtor. Bohem.* Moritur Abſalem Turcarũ Imperator: ſuffectus Melecha filius, ſub quo tota Aſia minor, & Antiochia venit in poteſtatem Turcarum. *Haitonus.* Obijt Marianus Scotus Hiſtoricus. Malcolmus Regnum Scotiæ, quod nouâ nobilitate, & bonis Legibus firmauit, nunc etiam ornat nouorum Epiſcopatuum inſtitutione in Morauia, & Cathaneſia. *Lesleus in Malcolmo* 3.	
1087 Indict. 10.	2 Victoris 3	7 Alexij 1. Comneni.	*Henrici IV. Regis Germaniæ. an.* 31. *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 4. Hermannus, qui paulò ante ſe geſſit pro Rege Germaniæ, nunc à Principibus Saxoniæ, alijſque comtemptus, ſubdit ſe Imperatori, & pauló poſteà interijt. *Abbas Vrsperg.* Græcus Imperator ceſſit Venetis ius ſuum in Dalmatiã, Slauoniam, & Croatiam. *Sabellic.* Guillelmus Angliæ Rex, ducto in Gallias exercitu, varia loca incendio vaſtans, morbo corripitur, obitque Rothomagi, cui in Regnum ſucceſſit Guillelmus filius, cognomento Rufus. *Polydor. lib.* 9. *in fine, Malmerber. l.* 3. *Lesleus l.* 6. *in Malcolmo* 3. *& alij.* Cidi Ducis virtus nunc in Hiſpania egregiè enituit contra Mauros. *Benther. Mariana l.* 9. *c.* 11. *&* 15. tandem Victor Papa, Capuæ electioni conſentiens, Romæ menſe Maio conſecratur. *Leo Oſtien. l.* 3. *c.* 67 *&* 68. certat Romæ pro eijciendo Pſeudopontifice Guiberto, qui partem Vrbis adhuc tenebat: exercitum miſiſſe dicitur in Africam, reportatâ inſigni victoriâ. Concilio Beneuentano habito, Antipapam anathemate obſtringit, & *ex Bertholdo*, ſententiam prius latam confirmat in Henricum. Caſſinum veniens, morbo corripitur, ex quo obijt menſe Septembr. *Sigon. Baron. Leo Oſtien. c.* 70.	27 Philippi I.
1088 Indict. 11.	1 Vrbani 2.	8 Alexij 1. Comneni.	*Henrici IV. Regis German. ann.* 32. *à Coronatione Romanâ Imp.* 5. Robertus Normanniæ Dux, ex filijs Guillelmi Regis natu maximus, armis repetit Angliæ Regnum: ſed eius diſſipato exercitu, Guillelmus frater, cognomento Rufus, Regnum retinuit *Malmesber. Polydor.* Otho, ex Monacho Cluniacenſi, & Oſtienſi Epiſcopo, creatur Pontifex Tarracinæ, 4 Idus Martij; dictus Vrbanus 2, natione Gallus, Rhemenſis Diœceſis. *Onuphrius, & Petrus Diac.* (qui auxit Leonis Oſtienſis Chronicon Caſſinenſe) *Sigon. Baron.* Obijt nunc Berengarius Hæreſiarcha: *Papirius Maſſ. Annal. Franc. l.* 3. *Baron.* tandem mortuo Schiſmatico Epiſcopo Mediolanenſi Henriciano, ſubrogatur Anſelmus Catholicus.	28 Philippi I.
1089 Indict. 12.	2 Vrbani 2.	9 Alexij 1. Comneni.	*Henrici IV. Regis German. an.* 33. *à Coronatione* Romanâ *Imp.* 6. fugatur hoc anno Henricus ab Ecberto Turingiæ Duce. *Appendix Mariani Scoti, Vespergen.* Godifredus Bullionius nunc mittitur in poſſeſionem Ducatus Lotharingiæ, antea conceſſi, 1083. *Sigebert.* Guillelmus Rufus Angliæ Rex bellum Roberto fratri Duci Normanniæ, & mox Henrico natu minimo indicit: ſed idem annus pacem attulit. *Malmesber.* circa hunc annum Hali Saracenorum Princeps, ex Africa traijcens in Hiſpaniam, in magnum adduxit diſcrimen Chriſtianorum, & Alfonſi res. cui tamen adfuêre tunc præter alios, aliquot Galliorum Principes; quos *recenſet Mariana l.* 10. *cap.* 1. horum inſignis enituit virtus. ad quos conciliandos, Alfonſus Raimundo Toloſano Comiti, filiam dedit Eluiram: Henrico Lotharingio, Theraſiam: Raimundo Burgundo, Vrracam. Henrico dotis nomine datum quicquid Chriſtianorum erat in Luſitania. Regni Luſitanici hoc initium	29 Philippi I.

fuit. plura *Vignerius Gallus ad hunc annũ.* Vrbanus habitâ Synodo Romæ 115 Episcoporum, confirmat acta priorum Pontificum. Guibertus pellitur à Romanis, iuratque se non amplius hanc Sedem inuasurum. *Bertholdus.* de Concilio Troiano in Apulia, (vbi de consanguinitatis linea in coniugatis,) *Iuo parte 9. c. 53. Baron.* Obiit nunc Lanfrancus.

1090 Indict. 13. | 3 Vrbani 2. | 10 Alexij 1. Comneni. | 30 Philippi I.

Henrici 4 Regis German. an. 34. à Coronat. Roman. Imp. 7. Rogerius Apuliæ Comes Siciliam hoc anno integram obtinuit, quam posteri diu retinuerunt. *Fasellus.* Henricus redit in Italiam: initio infeliciter pugnat in Lombardia aduersus Mathildem: cui tamen mox Mantuam obsessam eripuit. *Sigon.* de Concilio Melfitano, & actis eius, *Baron.*

1091 Indict. 14. | 4 Vrbani 2. | 11 Alexij 1. Comneni | 31 Philippi I.

Henrici 4. Regis German. an. 35. à Coronat. Roman. Imp. 8. Henricus Mathildi Ferrariam aufert. *Sabellic. Auentin. Sigon.* Vrbano absente Guibertus Romæ recipitur. *Bertholdus:* qui agit de Beneuentano Concilio, & excommunicato Guiberto.

1092 Indict. 15. | 5 Vrbani 2. | 12 Alexij 1. Comneni. | 32 Philippi I.

Henrici 4. Regis German. ann. 36. à Coron. Rom. Imp. 9. Henricus in Canusii obsidione, multis ex suis, & vexillo, amissis, exercitum trans Padum reducens, potestatem fecit Mathildi recuperandi amissa loca. *Sigon.* Iuo Carnutensis Episcopus consecratur ab Vrbano Papa, *Sigon.* *Baron.* S. Bruno Romam vocatur ab Vrbano. *ibid.*

1093 Indict. 1. | 6 Vrbani 2. | 13 Alexij 1. Comneni. | 33 Philippi I.

Henrici 4 Regis Germa. an. 37. à Coron. Rom. Imp. 10. Blondus, & Sabellicus notant, hoc anno victum à Mathilde Henricum, quando Conradus, Henrici filius, ad Vrbanum & Mathildem transiens, Regnum in Lombardia aduersus patrem suscepit, & Rogerii Siciliæ Ducis filiam accepit vxorem. *Sigon. Sigebert. Appendix Mariani Scoti.* Coronatur ab Anselmo Mediolanensi. *Berthol.* Roberto Flandriæ Comiti mortuo, succedit filius Robertus 2, dictus Hierosolymitanus. *Marchan. Chron. Flandriæ.* S. Anselmus, decus Anglicanæ Ecclesiæ, creatur Archiepiscopus Cantuarien. natione Italus, Lanfranci discipulus. *Baron.*

1094 Indict. 2. | 7 Vrbani 2. | 14 Alexii 1. Comneni. | 34 Philippi I.

Henrici 4. Regis German. an. 28. à Coronat. Roman. Imp. 11. Philippus Francorum Rex, dimissa vxore, aliam superinduxit. Hugo Archiepiscopus Lugdunensis, Legatus Apostolicus. Concilium cõuocat: in quo damnatur Regis hoc coniugium: & Rex ipse anathemate obstringitur. *Bertholdus. Iuo Carnuten. Epistola 20.* enituit in hac causa eiusdem Iuonis virtus, qui sæpe Regem officii monuit. In Anglia quoque sancto Anselmo obtigit altercatio cum Rege, dum Rex Guiberto fauet, Anselmus Vrbano. *Baron. Math. Vvest. an. 1091. & Polyd. in Rufo.* Interim Guibertini, & Henriciani Arcem Crescentii (Sancti Angeli nunc nomen habet) tenebant: cætera Vrbanus. Habetur eodem tempore Concilium Constantiense, contra Presbyterorum incontinentiam, Simoniacorum violentiam. *Baron.*

1095 Indict. 3. | 8 Vrbani 2. | 15 Alexii 1. Comneni | 35 Philippi I.

Henrici 4. Regis German. an. 39. à Coron. Roman. Imp. 12. Dum sensim languent res Guibertinorum, Vrbanus Concilium habet Placentinum, in Nicolaitas, & Schismaticos. Audita ibidem Legatio Imperatoris Græci, petentis auxilium contra infideles, de aliis rebus decretum, quas *commemorat hoc anno Baron.* Conradus Rex amicè exceptus, iurat Vrbano fidelitatẽ. Indicitur in Gallia Claramontense Concilium. *Bertholdus.* In hac apud Aruernos Synodo, adest Vrbanus: Archiepiscopi 13. cum suffraganeis. Canones *recensent Malmesber. lib. 4. c. secundo, & hic Baron.* Confirmantur ibidem Acta Placentina. Excommunicatur Rex Galliarum Philippus ob dimissam vxorem: & (quod præcipua causa Concilij erat) indicta est expeditio sacra in Palæstinam, *quam Historiam ex professo describit Guillelmus Ty-*

rius de bello Sacro mirum quantum omnes inflammauerit ad hoc sacrum bellum oratio Vrbani in Concilio. Habetur aliud in Anglia Concilium in causa Vrbani Anselmo Duce. *Baron & alij, iam citati* Hoc tempore Comes Tolosanus erat Raimundus, (Guillelmi filius,) qui hunc Comitatum emerat à fratre ante aliquot annos, *vt habet Malmesberien.*

1096 | 9 Vrbani 2. | 16 Alexij 1. Comneni. | Indict. 4. | 36 Philippi 1.

Henrici 4. *Regis German. ann.* 40. *à Coron. Rom. Imp.* 13. sacræ militiæ signum datur Crux, è purpureo panno confecta, & vestibus ad dextram scapulam affigenda. Hinc Expeditio cruciata est nuncupata. interim Vrbanus in Italiam rediens, Vrbem armis eripit Guibertinis. ex omnibus Regnis itur in Orientem, è sola Lõbardia 50 millia Anselmum Episcopum sequuta sunt. *Sigon.* Præter alios, primæ nobilitatis Duces, numerantur Hugo Magnus, frater Regis Franciæ, Robertus Normanniæ Dux, Godifredus Bullionius Dux Lotharingiæ, Comites Flandriæ, & Tolosanus. antequam è Gallia discederet Vrbanus, Rex abiurata adultera, in gratiam Ecclesiæ receptus est. *Bertholdus.* sæpe tamen ad flagitium posteà rediisse dicitur. Malcolmus Scotiæ Rex, Guillelmo Angliæ Rege Scotiam inuadente, periit dolo militis Angli. *Leslæus lib. 6 in Malcolmo* 3. Ex huius Malcolmi & Margaritæ liberis, *idem author notat* traxisse originem, tum Angliæ Reges continuata serie: tum Medicæam insignis nobilitatis familiam, quæ tot Galliarum Reges dedit Christianissimos. Mathildem Margaritæ & Malcolmi filiam locatam Henrico. I. *scribunt Polyd. initio lib. 11. & Math. Vvestmon.* anno 1100, ex quo cõnubio nata alia Mathildis, coniunx data Henrico Imperatori. *ex citatis Polyd. & Math. eo.*

1097 | 10 Vrbani 2. | 17 Alexij 1. Comneni. | Indict. 5. | 37 Philippi 1.

Henrici 4. *Regis German. ann.* 41. *à Coronat. Roman. Imp.* 14. Henricus, aut anno 1096, aut nunc redit in Germaniam. Principatus in Scotia vicissitudinem hoc anno habuit. Donaldus Malcolmi frater, Norvergiæ Regis in copiis adiutus, Regnum occupat. mox Duncanus Malcolmi nothus, vir in bellica arte versatus, ope Anglorum Regis Regnum recipit, repulso in insulas Donaldo. *Leslæus.* Christiani ad bellum Sacrum armati, in Bithynia hoc anno sunt. Nicæam expugnatam reddunt Imperatori Græco, 14 Iulii. Solimannum Turcarum Imperatorem aggressi, fugant, cæsis ad 50 millia Turcarum. hac præclara parta victoria, omnia Christianis peruia fuere Antiochiam vsque, quam obsidione cingunt, 21 Octobris. *Guillelmus Tyrius l.* 3. *c.* 11. Anselmus Angliæ Regis persecutionem (*inquit Edinerus spectator*) non ferens, Vrbanum adiit, *Malmesber.* Historiam hanc *habent Polydor. Math. Vvest. & Baronius, qui hoc ipso anno*, de Monarchia Siciliæ *prolixè disserere voluit.*

1098 | 11 Vrbani 2. | 18 Alexij 1. Comneni | Indict. 6. | 38 Philippi 1.

Henrici 4. *Regis German. an.* 42 *à Coronat. Roman. Imp.* 15. post 7 obsidionis menses, capitur à Christianis Antiochia Syriæ, 2 Iunii: qui indè egressi, nouum & ingentem Turcarum exercitum fuderunt 28 eiusdem mensis. Ciuitas Boemundo Principi decreta est. Vrbanus arcem Romanam inuadit, auroque expugnat, fugiente Guiberto, Albam Marsorum. *Sigon.* Guillelmus Rufus Angliæ Rex, Gallias, Philippumque Regem bello aggressus, post triennii vexationem, cùm parum proficeret, quieuit. Sanctius Aragoniæ Rex occubuit ann. 35 Regni: succedit Petrus filius. *Mariana l.* 10. *c.* 2. hoc anno Cistertiensium Ordo inchoatur à Roberto Abbate in Burgundia. à loco nomen accepit. *Malmesber. Sigeber. Surius Tom.* 2. *die* 29. *Aprilis.* post habitum ab Vrbano Concilium, etiam Schismatici conciliabulum Romæ habent. *vide Baron.*

1099 | 12 Vrbani 2. | 19 Alexij 1. Comneni, | Indict. 7. | 39 Philippi 1.

Henrici 4. *Regis German. an.* 43 *à Coronat. Roman. Imp.* 16. Henricus Imperator Conrado filio iratus, Coronam Regni eripuit, prius concessam, deditque Henrico filio minori: interim Conradus Ita-

liam regit. *Sigon. Vrspergen.* Victis iterum Turcis, quidquid est Antiochiâ Palæstinam vsque, cessit Christianis Latinis. & 9 Iunii obsidetur Hierosolyma, 15 Iulii capitur. Godifredus Bullionius Dux Lotharingiæ, qui primus in muros euasit, renuntiatur Rex Hierosolymitanus. *Tyrius. Sigon.* mox noua nobilissimaque partâ victoria, venit in potestatem Latinorum tota Palæstina. de cõtentione inter Iuonem & Legatum, *lege hic Baron.* interim moritur Vrbanus 4. Kalen. Augusti, (rebus iam pacatis) in insula Tiberina, & ædibus Petri Leonis, positis apud S. Nicolaum in Carcere Tulliano. de eius vita, & scriptis, *hic Baron.*

1100 | 1 *Paschalis 2.* | 20 *Alexij 1. Comneni.* | 40 *Philippi 1.*

Indict. 8.

Henrici 4. Regis German. an. 44. à Coronatione Romana Imp. 17. Obiit 18 Iulii Godifredus Bullionius, Rex Hierosolymitanus, summis Ducibus æquandus: substituitur Comes Balduinus frater, in Lotharingia, & Hierosolymis. hic primus Regis nomen accepit. Boemundus, cui data est Antiochia, capitur à Turcis. *Tyrius.* Moritur hoc circiter anno Guillelmus Angliæ Rex, dictus Rufus. Henricus frater Angliam occupat. Robertus natu maximus, rediens à bello Sacro, Angliam Henrico permisit, ea lege, vt Roberti Beneficiarius esset, soluto quotannis tributo. hoc ipso anno Henricus Mathildem Malcolmi Regis Scotiæ filiam ducit vxorem. *Malmesber. & alij citati supra* 1096. Ludouicus, dictus Crassus, designatus Rex, adhuc tantùm 18 annorum, Regnum Galliæ administrat, superstite Philippo patre. *Iuo Carnuten. Epist.* 124. Roberto Flandriæ Comiti humanis rebus sublato, succedit filius Balduinus 7. dictus Securicula, à securi. *Marchant. Chron. Fland.* Reginerius, natione Tuscus, antea Monachus Cluniacen. nunc Cardinalis; eligitur Pontifex, an. superiore Kalend. Septembris, dictus Paschalis 2. *Onuphrius. alij* 12 Augusti *notãt. Baron.* hic Pontifex, collecto exercitu, Guibertum, & duos alios Pseudopontifices profligauit. terras & ditionem Ecclesiæ asseruit. *Blondus, Platin. Sabel. Sigon.*

DVODECIMI CENTENARII INITIVM.

Regna.

Status Ecclesiæ.

Aeta habuit hoc Seculum initia in Oriente, *Ducibus Sacri Belli nouũ* Regnum Hierosolymitanum *inchoantibus: Latinis quoque ex dote obuenit* Thessaliæ Regnum, *an.* 1170. Italia Neapolitana Siciliæ Reges *tolerauit Lombardia, inito fœdere, Friderici iugum excussit. cætera Europæ Regna pristinum, licèt bellis sæpe turbatum, tenuere statum.*

Nno huius Seculi 30, *cœpit graui Schismate agitari Ecclesia, electis* Innocentio 2. *& Anacleto Pontificibus: nec defuerunt hoc eodem Seculo Principes, qui alios plures Orbi Pseudopontifices obtruderent: donec anno* 1177, *optata Ecclesiæ libertas est restituta per Italiam præsertim, & Germaniam. Antiochena Ecclesia, reliquaque Syria sub Latinis Pastores recipit. libertatem Anglicanæ Ecclesiæ, Rex tandem permisit moremaiorum integram. in Gallia aduersus Albigenses vtroque gladio pugnatum est.*

Doctrina.

Ecclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Bernard. Epist.* 174. *ad Canonic. Lugdun. & Epist.* 190. *ad Innocent.* Primatus. *idem Bern. lib.* 2 *de Consid. c.* 8 *Hugo à S. Vict. Serm.* 64. *qui est de* Apost. Pet. *& Paulo.* Liberum Arbitrium. *idem* Hugo *in caput* 4. *Genes. sub initiũ. Magist. Sent. lib.* 2. *distinct.* 25 *lit. A. & E.* Bona Opera & Merita. *Petrus Cluniacen. Epist. contra* Petrobrusianos. *Bernard. Serm.* 68. *in Cantica, sub finem.* Sola fides exclusa. *idem Bernard. Serm.* 24. *in Cantica, post medium. Hugo Victorin. lib* 1. *de Sacram p.* 11. *c.* 6. Eucharistia, & Sacrificium. *Hugo Victorin. lib.* 2. *de Sacram. par.* 8. *c.* 7. *& c.* 9. *Magist. Senten. lib.* 4. D. 11. *Petrus Abbas Cluniac. Epist. contra Petrobrusianos.* Pœnitentiæ Sacramentum. *Bernard. lib. Meditationum c.* 9 *sub finem. Hugo à S. Vict. lib.* 2. *de Sacram. part.* 14. *c.* 1. Purgatorium. *idem* Hugo, *eodem lib.* 2. *part.* 16. *c.* 4. *Bernard. Serm.* 66. *in Cantica.* Inuocatio Sanctorum. *Bern. Serm.* 2. *de Aduentu, sub finẽ. Hugo à S. Vict. Serm.* 34. Reliquiæ. *Ruper. lib* 1. *de Diuinis Offic. c* 26. *Zonaras in* Romano Imp. *post medium*, agens de Ioanne Baptista, Cælibatus. *Magist. Sent. lib.* 4. *dist.* 37. *Bernard. Serm.* 65. *in Cant. post medium.* Abstinentia à cibis. *Innocen.* 3, *Serm.* 1. *in die Cinerum. Bern. Serm. de Vigilia S.* Andreæ, *initio.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	464 RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Frãc
1101 Indict. 9.	2 Paschalis 2.	21 Alexij 1. Comneni.	Henrici 4. Regis German. ann. 45. à Coronatione Romana Imp. 18. Extinctus hoc anno Guibertus, qui per tot annos Ecclesiæ pacem turbauit. Obiit in Italia Rex Conradus. Veneni suspicio fuit. *Sigon.* Edgarus, Malcolmi & S. Margaritæ filius, ex Anglia ope Edgari auunculi reuocatus, inugitur Rex à Godrico Sancti Andreæ Episcopo. Donaldus prælio captus, in carcere vitam finiuit. *Hector. Boet. Lesslæus.* hic Edga-	41 Philippi I.

rus primus è Scotorū Regibus sacra vnctione inūgitur. *Maior. lib. 3. cap.* 11. Balduinus Hierosolym. Rex Antipatridem, & Cæsaream cepit: nouæ classis Genuensium aduentu Azotum expugnauit. Perfidiâ Græci Imperatoris nouæ ex Francia copiæ militares pereunt in Armenia. incidit in hunc annum obitus S. Brunonis, qui Carthusianorum primus author numeratur. *Baron. hic, & Martyrol. 6. Octob.*

1102 | 3 Paschalis 2. | 22 Alexij 1. Comneni. | Indict. 10. | 42 Philippi 1.

Henrici 4. Regis *German. an.* 46. *à Coronatione Romana Imp.* 19. Mathildis Ferrariam, Parmam, & Mantuam hoc anno securè retinet: *Blondus, Sigon.* Petrus Arragoniæ Rex huc vsque vixit: nullisque liberis relictis Regnum accepit Alfonsus frater, Arragoniæ Rex huius nominis primus: sed posteà Castellæ 7. *Tarafa Mariana l.* 10. *c.* 7. Obiit Vladislaus Princeps Poloniæ: regnat filius Boleslaus huius nominis 3. *Martin. Cromer.* Paschalis Romæ habito Concilio, confirmat priorum Pontificum decreta, & anathematis sententiam in Henricum. *Sigon. Onuph.* Mathildis Comitissa, renouat donationem prius factam Romanæ Ecclesiæ. Diploma *extat apud Baron.*

1103 | 4 Paschalis 3. | 23 Alexij 1. Comneni. | Indict. 11. | 43 Philippi 1.

Henrici 4. *Regis German. ann.* 47, *à Coronatione* Romana *Imp.* 20. Ludouicus, designatus Galliæ Rex, Bogohardum Monmorentianum, aliosque plures, Ecclesiæ bona vsurpantes, armis compellit ad restitutionem. *Annales Franc. Æmil.* Ordelasus Dux Venetus subrogatur Vitali. *Sabellic.* Tancredus Antiochiæ Princeps Turcis eripit Laodicæam, & Apamiam. Comes Tolosanus Tripolim facit tributariam. *Tyrius.* duæ Synodi habentur in Anglia, ambæ contra Clericorum connubia, Beneficiorumque collationem, quam Reges vsurpauerant. *Malmesber. l. de gestis Episcoporum Angliæ*, vbi Canones refert Londinensis Concilii sub Anselmo, *de quo lege Baron.* 1103.

1104 | 5 Paschalis 2. | 24 Alexij 1. Comneni. | Indict. 12. | 44 Philippi 1.

Henrici 4. Regis *German. ann.* 48. *à Coronatione* Romana *Imp. an.* 21. Hospitalarii hoc anno initium aliquod accipiunt; quorum erat, Sepulchrum Christi adeuntibus, necessaria suppeditare. hi posteà habitum Religiosum, & Crucem albam in pectore gestabant: accessit rei militaris studium, ad peregrinorum defensionem: auctique per Christianum Orbem opibus, primùm Hospitalarii, ac Hierosolymitani, deindè Rhodii dicti sunt, *Sigon. lege Auberti de Origine Ordi. milit. lib. 1. c. 1.* Paschalis Florentiæ Conuentu habito compescuit Florentinum Episcopum, falsò annuntiantem aduentare Antichristum. *Sigon. Naucler. Onuph.* Patri Rogerio demortuo, successit Simon filius Siciliæ Comes. Balduinus Rex, Ptolemaidem expugnat. Papa Legatum in Galliam destinat; à quo Parisiis solenni ritu Phlippus Rex Anathematis vinculo liberatur. *Baron ex Iuone Epist.* 166. & 169.

1105 | 6 Paschalis 2. | 25 Alexij 1. Comneni. | Indict. 13. | 45 Philippi 1.

Henrici 4. Regis *German. an.* 49, *à Coron. Rom. Imp.* 22. Imperatoris Henrici filius Henricus, patrem tot annis Ecclesiæ rebellem, & saniora cōsilia renuentē, tandē deserit: accessioneque Principū consentientium auctis viribus priora patris acta pleraque rescindit. *Sigon.* certum est hanc historiam pro vario tunc scribentium studio variè narrari. illud constat, in Moguntino Principum Conuentu, præsentibus Summi Pontificis Legatis, abdicatum Henricum. & Insignia Imperii detracta patri, (qui in castro vicino erat,) allata, impositaque filio. Henricus Senior euadens, tunc quidem victus à filio, in extrema miseria diem clausit anno sequenti. *Lege Sigonium.* rem *describit Baronius ex Conrado Vrsper. gen. Abbate, rei totius spectatore.* in Oriente vita functus Raimundus Comes Tolosanus, laudatus Princeps. Balduinus Rex insignem de hoste reportat victoriam. *Tyrius l.* 11. *c.* 23.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	Reg. Franc.
1106 Indict. 14.	7 Paschalis 2.	26 Alexij 1. Comneni.	46 Philippi I.
1107 Indict. 15.	8 Paschalis 2.	27 Alexij 1. Comneni.	47 Philippi I.
1108 Indict. 1.	9 Paschalis 2.	28 Alexij 1. Comneni.	48 Philippi I.

Henrici 4. Senioris Regis German. an. 50. à Coronatione Romana Imp. 23. & vltimus, quo infeliciter obiit, ad quinquennium priuatus Christiana sepultura ob Excommunicationem. hunc exitum habuit Tragœdia inter filium & patrem. in quo nobili casu, si arbiter sedeas, quis iustius induat arma, non facile est pronuntiare. Certum illud, patrem in Deum & in Ecclesiam multa peccasse; meruisséque numinis iras. filius porrò, si malis artibus paternum ius violauit, maloque animo, excusari non potest. an verò, non aliis, quàm his vinculis, patrem potuisset ad saniorem mentem reducere, aliorum esto iudicium. Alfonsus Castellæ Rex Diem claudit, nulla prole mascula relicta. Regnum iure deuolutum ad Vracam filiam, Alfonso Regi Arragoniæ connubio copulatam. Certatur interim de Regno Castellæ. *Mariana l.* 10. *c.* 8. *Sanctius* 3. *p. c.* 30. habebat enim Vrraca filium, nomine Alfonsum, ex priore matrimonio natum. Tancredus Antiochenus repellit incursantes Saracenos. *Tyrius*. Paschalis Pontifex, rogatus à Germaniæ Principibus, versus eos iter arripit, & Trecas diuertit. *Sigon.*

Henrici 5. *Regis German. an.* 1. Trecis habito Concilio, cui adfuit Paschalis Papa. *(ex Vrspergen.)* decretum est, (vti iam à 50 annis) in coniugatos Clericos, Simoniacos, ac collatores Beneficiorum seculares. contra hoc vltimum caput Legati Imperatoris queruntur violatum ius Imperatoris, qui multis iam annis, per annulum & baculum maiora beneficia conferebat. Reiecta res, in Conuentum Romæ habendum. *ita Historici Auentin. Sigon. & alij.* Huius quoque Tricassibus habiti Concilii, *meminit Æmilius.* Henricus Angliæ Rex, ducto in Normaniam exercitu, fratrem Robertum victum, captumque coniecit in carcerem, vbi obiit. *Malmesber. Polyd. in Henrico* I. vbi notat hoc accidisse 7 anno Henrici, & Christi 1108. tunc Henricus Normanniam obtinuit, *inquiunt Polyd. & Sigebertus.* subactam *scribit Rogerius. addit Aemilius*, Anglum Normãnia omni potitũ, & professũ se Frãci Regis Beneficiarium.

In Italia, quantum imminui cœpit Regum potestas, tantùm aucta ciuitatum potentia, imò, & discordia. Primum nunc exortum dissidium, Papiensibus fuit aduersus Derthonenses, quibus accessere Mediolanenses. *Blondus. narrat Mathæus Parisius*: qui ab an. 1066, vsque ad 1273, scripsit res Anglicanas; seu ab initio Conquæstoris, ad excessum Henrici 3. *scribit, inquam*, Henricum I, vestituram sacrarum dignitatum integram ac liberam reliquisse Ecclesiæ. *Rogerius* idem *refert hoc anno.* hæc Beneficia, seu Sacerdotia conferendi potestas Principibus negata, magnas hoc seculo peperit molestias. quod enim Augusti antiquâ consuetudine Scipionem sacrum, annulumque Pastoralem Episcopis dabant: illi vestituram, & iura Regia appellabant. *Sigebertus prolixè narrat*, egregio de Charitate decreto edito, munitam nunc Cistertiensium Regulam à Stephano Abbate Anglo, Alberici successore, approbatam ab Vrbano 2. *vt ait Genebrard.* Turcæ, pulsi è Persidè ab Armenis, recipiunt se ad Solimannũ, qui tunc in minori Asia hærebat. *Haitonus.* Ebremaro abdicato, subrogatur Gybelinus Patriarcha Hierosolymitanus, missus eò à Paschali Pontifice. *Tyrius l.* 11 *c.* 4. literas Gybelini de hac re ad suos Arelatenses, *refert Baron.*

Henrici 5. *Regis German. ann.* 2. Paschalis post reditum è Gallia, bona Ecclesiæ Romanæ occupata ab hostibus, & tumultuantibus Romanis recuperat. *Blondus, Platin. Sigon. Baron.* tandem Castellani, & Legionenses, Regem Castellæ dicunt Alfonsum Vracæ filium, huius nominis 8. Æra 1146. *ex Roderico. vide supra* 1106, historiam *habet Mariana l.* 10. *c.* 9, *sub finem*; & pacem inter Arragonios Castellanosque, *ibidem c.* 12. Mathildis, Edgari Sco.

torum Regis soror, iuncta nunc connubio Henrico Anglorum Regi. Sanctæ Margaritæ matris pios imitatur illa mores. Obiit nunc idem Edgarus: Regno successit Alexander frater, Fers, hoc est, Fortis dictus. *Leslæus, Polydor, Boetius.* Moritur Anselmus, testituta iam Anglicanæ Ecclesiæ pristina libertate. *Sigeber & Edinerus in eius Vita.* In Galliis cœpit hoc anno regnare Crassus. — *Crassus.*

1109 | 10 *Paschalis 2.* | 29 *Alexij 1. Comneni.* — Indict. 2.

Henrici 5. Regis German. ann. 3. vita cessit Meloduni Philippus Galliarum Rex, mense Iul. anni præcedentis: Regnat Ludouicus filius, dictus Crassus. Aureliani inungitur. Moræ & seditionis periculum non patiebatur expectari Rhemensia Sacra. *Æmilius memiuit Apologiæ Iuonis de hac re. notat* Paradinus c. 26, nunc obiisse Humbertum huius nominis 2; succesisseque filium Amadeum 2, in Sabaudia, & apud Taurinates; quem primum Sabaudiæ Comitem creauit Henricus V. Tripolis 10 Iunii recepta est à Christianis. *Tyrius.* paruit ea vrbs Bertranno, tamen velut Hierosolymitani Regni Beneficiario. In Europa Summus Pontifex pro libertate Ecclesiæ cum Principibus certabat. *Æmilius. Sigon. Sigebe.* Italiæ dissidia *persequitur idem Sigonius.* S. Hugo, Abbas Cluniacensis vixit, subrogato Pontio illo, qui non tam pastorem, quam prædonem egit, *inquit Baron.* — 1 *Ludouici 6 Crassi.*

1110 | 11 *Paschalis 2.* | 30 *Alexij 1 Comneni.* — Indict. 3.

Henrici 5. Regis German. an. 4. hic annus est, quo Henricus, numerosum ducens in Italiam exercitum, quà vi, quà dolo, Pontificem captum coegit ad Coronam Imperialem concedendam, vnà cum libera Beneficiorum vestitura, *de qua an. 1107.* Hanc Tragicam historiam *fusè narrant Sigonius an. 1110. ac deinceps, & Pet. Diaconus, Chron. Casin. lib. 4. c. 37. 38 & 39.* quæ *refert descripta Baronius hic, & sequenti anno.* Guyguesius Iunior, Comes Delphinatus, ab vxoris familia, se suosque, Delphinos Viennensium fecit nominari: vnde Regioni nomen. *Tomasinus.* Dum Francus Rex in reprimendà quorundam nobilium potentia occupatur, bellum illi cum Anglo esse cœpit Henrico I. *Æmil.* Causam dedit non leuem Gisortii Arx, quam Ludouicus euertendam contendebat ex pactis conuentis. Pugnatum est ad Gisortium, minus tamen feliciter ab Anglo: qui profitebatur se fidem tantùm obstrinxisse, vt Franciæ Regem Dux Normannus coleret. Pax tamen breui subsequuta est. — 2 *Ludouici 6 Crassi.*

1111 | 12 *Paschalis 2.* | 31 *Alexij 1 Comneni.* — Indict. 4.

Henrici 5. Regis German. ann. 5. à Coronatione Romana Imp. 1. habet hic annus reliquam Tragœdiam coronati Henrici, & concessi, quod petebat, Diplomatis de Beneficiorum seu Sacerdotium conferendorum potestate. Acta res est 13 Aprii. in Æde Laterana, *ex citato Chronico Casin. Sigonio, & aliis,* Rediit hoc anno Henricus in Germaniam. Pontifex acta rescindit, velut vi metuque extorta, sed insequenti anno. *Lege Sigonium, qui* rem hanc gestam *prolixè describit.* vim illatam, & rei indignitatem *testantur Otho Frisingen. lib. 7, cap. 14. & Iuo Carnut. Epistola 235,* quam *refert hic Baron. num. 34.* Sydon capitur à Balduino, adiumento Danorum. *Tyrius lib. 11. cap. 13. & 14.* floret Rupertus Abbas Tuicienſis. — 3 *Ludouici 6 Crassi.*

1112 | 13 *Paschalis 2.* | 32 *Alexij 1. Comneni.* — Indict. 5.

Henrici 5. Regis German. ann. 6. à Coronatione Romana Imp. 2. Dauid, Alexandri Scotorum Regis frater (qui nunc apud Mathildem sororem hæret in Anglia) Mathildem propinquam suam, Voldioso Northumbriæ Comite, & Iuditha Guillelmi Normanni nepte natam, duxit vxorem, Hundintoniæ, & Northumbriæin Anglia heredem. ex quo coniugio, duo illi Comitatus in Scotorum iura, & potestatem venere. *Buchan. 151. & Leslæus, in Alexandro. qui notat,* nono ab hinc anno, extructum Scotis Monasterium Viennæ in Austria, nempe Christi anno 121. Principes in Germania deficiunt ab Henrico aliqui: idemque in — 4 *Ludouici 6 Crassi.*

Italia, præsertim à Bononiensibus., actum. *Sigon.* vita functus est Henricus Lotharingus, Lusitaniæ Comes: suscepit Principatum Alfonsus filius: qui tandem Lusitani Regis nomen accipiet, non tamen sine graui bello, inter hunc Alfonsum Lusitanum, & Alfonsum 7 Castellæ Regem. Rem *attigit Mariana lib.* 10, *c.* 13. *Lege Vasæum, & historiam Lusitan.* Hoc anno Sigebertus finem Chronico suo imposuit. Habetur Concilium Lateranen. *ex Vrspergen. & Actis Concilii Viennen.* habiti postea hoc ipso anno. Acta *referunt Nicolaus Arragonius in Vita Paschalis, & Baron.* Rescissum, & damnatum in hoc Concilio, Priuilegium ab inuito Paschali datum Henrico. Idem actitatum in Viennensi Concilio. Vita cessit Tancredus Antiochenus: Principatum tenet Rogerius. *Tyrius.*

1113 | 14 Paschalis | 23 Alexij I. Comneni. | Indict. 6. 1.

Henrici 5. *Regis German. ann.* 7. *à Coronatione* Roman. *Imp.* 3. Balduinus Rex Hierosolymorum, malè hoc anno pugnat contra Turcas. Henricus Imperator Palatinum Comitem & Saxones vincit, occiso Palatino. *Auentin. Vrspergen.* S. Bernardus anno ætatis 22. Cistertiensium Ordini ascribitur, sub Stephano Cistertiensium tertio Abbate. *de quo ad an* 1108 *Vincentius Bellouacen. Sigon. Baron.* | 5 Ludouici 6 Crassi.

1114 | 15 Paschalis | 34 Alexij I. Comneni. | Indict. 7. 2.

Henrici 5. *Regis German. ann.* 8. *à Coronatione* Romana Imp. 4. Nouos in Imperatorem tumultus excitarunt nunc Leodienses, & Colonienses. *Abbas Vrspergen.* Ordelapho Venetorum Duci ab Hungaris occiso subrogatur Dominicus Michael. *Sabellic.* Mantuani arma sumunt, sparso rumore falso de obitu Mathildis: sed illa collecto exercitu Mantuanos ad deditionem compulit. *Sigon.* Cantuariensis Archiepiscopus constituitur Radulphus, cùm Sedes 5 annis vacasset. *Ivo Carnutensis Epistola* 252. | 6 Ludouici 6 Crassi.

1115 | 16 Paschalis 2. | 35 Alexij I Comneni. | Indict. 8.

Henrici 5. *Regis German. an.* 9. *à Coronatione* Romana *Imp.* 5. In Germania Saxones, Lotharingi, aliique plures in Imperatorem armati, pugnãt vel æquo Marte, vel etiam vincunt. *Auentin. Abbas Vrspergen.* Guillelmus Rogerii filius renuntiatur à Paschali Pontifice Dux Apuliæ, & Calabriæ. *Chron. Casinen.* Diem clausit 24 Iulii Mathildis Hetruriæ Domina, olim Lotharingiæ Duci nupta. Obiit anno ætatis 76. Ecclesiam Romanam reliquit hæredem. *Blondus, Platin. Sigon.* Ferrariam tunc recepit Romana Ecclesia: Parma, & Mantua ad Imperatorem defecerunt. *Vrspergensis scribit* inuitatum Cæsarem ab Italis. Nobilissimæ, & piæ fœminæ encomium *habes apud Sigonium.* | 7 Ludouici 6 Crassi.

1116 | 17 Paschalis 2. | 36 Alexij I. Comneni. | Indict. 9.

Henrici 5. *Regis German. ann.* 10. *à Coron. Roman. Imp.* 6. Henricus, qui exeunte anno 1115 rediit in Italiam, mittit ad Paschalem Legatos, qui agerent de rebus componendis. Pontifex habito Generali Concilio Romæ in Æde Laterana, pridie Nonas Martias, priora in Henricum Decreta confirmat. *Sigonius* res vtrinque gestas *refert*; *prolixè quoque Vrspergen. & Baron.* In Gallia Hugo Puteacensis, Carnutenses, Theobaldus & Stephanus, Campaniæ Comites, cum Anglo Rege consilia coniungunt. Hos magna cæde castigat Crassus Rex, bellum cum Anglo Rege apertum: & Francis geminum, hinc ab Anglo Rege, illinc ab Henrico Imperatore, Angli Regis genero imminebat. à quo tamen in Francum bello Cæsar abstinuisse dicitur, rogatu Procerum Germaniæ. *Æmil.* Norbertus Monachus, arctioris vitæ studio, Ordini Præmonstratensiũ dedit initium. nomen hic Ordo accepit à ratione Instituti cœlitus præmonstrata. *Appendix ad Sigebert.* | 8 Ludouici 6. Crassi.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1117 Indict. 10.	18 Paschalis 2.	37 Alexij 1. Comneni.	*Henrici* 5, Regis *German. an.* 11. *à Coronatione Roman. Imp.* 7. Paschalis Pontifex Beneuentum secedit. Henricus Vrbem ingressus, itetum, vt aliqui scribunt, coronari voluit; & mox se recepit in Marchiam Tarusinam bello tumultuantem. *Sigon. Pet. Diac. l.* 4. *c.* 63. Sunt qui scribant, pace vtcunque inter Angliæ & Franciæ Reges admissa, castigatos hoc anno fuisse à Crasso rebelles Franciæ Proceres. Nunc obiit Robertus de Abruscillis, Parisiensis, primus institutor Monasterii Fontis Ebraldi in Gallia, non longè ab Andegauensibus: quod separatis spatiis & omnino distinctis, viros habebat & mulieres: Omnes tamen Abbatissæ obtemperantes. Meminit Bernard. *Epist.* 200. Robertum *laudat Pet. Clun. l.* 3. *Epist.* 17. Rem totam *describit hoc anno Baronius.* Constantinopoli Nicolao Patriarchæ succedit Theodorus. incertus tamen deinceps est, horum Patriarcharum tum numerus, tum etiam annus: vt minus miretis, si varii Scriptores varios dent horum Catologos.	9 Ludouici 6 Crassi.
1118 Indict. 11.	1 Gelasii 2.	38 Alexij 1. Comneni	*Heurici* 5, *Regis German. ann.* 12 *à Coronatione Rom. Imp.* 8. Inopinatus aduentus Paschalis Romam, impulit aduersarios ad pacem petendam: sed post biduum obiit, 21 Ianua. *Leo Ostien. & Onuph.* Exacto inde triduo, Ioannes, patria Caietanus, omnium Cardinalium & Cleri consensu eligitur, dictus Gelasius 2. *Baron.* Verum Cincii, Fregepanum iniuriâ pulsatus, & Henrici Imperatoris accurrentis potentia territus, secessit Capuam. Vbi habito Conuentu, Héricum (qui Vrbem occupans, & Mauritio Burdino, Gregorium 8 Pseudopontificem effecerat) damnauit, cum suo Antipapa: posteaque Galliam petens, & benignè exceptus, post promulgatam Henrici damnationem, morbo correptus extinguitur; sed anno sequenti. *Sigon. Leo Ostien. Vrspergen. & Baron. ex Pandulpho, & aliis.* Recurrit in Germaniam Henricus, quod Proceres de eo deponendo consultarent. Vita cessit Alexius Comnenus Imperator 15 Augusti. Imperat Ioannes filius. Aliqui Caloioannem vocant. Hic Zonaras historiam finit: vnde suam orditur Nicetas.	10 Ludouici 6 Crassi.
1119 Indict. 12.	1 Calisti 2.	1 Ioannis Comneni.	Redintegratur, & strenuè vtrinque geritur bellum, inter duos Reges, Francum, & Anglum: quod aliqui Historici primum vocare solent inter hæc Regna, tot fœderibus compositum, & toties repetitum. *Æmilius, Annales, & alii.* Balduino Regi Hierosolymitano vita functo, substituitur electione, Comes Edessæ, dictus Balduinus 2. *Tyrius lib.* 12. *cap.* 7. Bernardus fundat, & regit Monasterium Clareuallense, anno ætatis 27. præfuit annis 36. Ordinis Templariorum Militum institutio, ad hunc annum spectat. *iuxta Guillel. Tyr. libr.* 12. *cap.* 7. de qua *hic Baron. num.* 21. de huius Ordinis initiis, progressu, & demum extinctione, *lege Aubertum cap.* 4. *de Orig. Mil. Ordinum.* Exustus est Nouatorum Patriarcha, iubente Alexio, Basilius Hæresiarcha circa hæc tempora *ex Zonara.* Hic Eucharistiam, Incruentum Sacrificium, & Baptismum damnauit, Iconoclastiam quoque amplexus. *Baron.*	11 Ludouici 6 Crassi.
			Henrici 5, *Reg. German. an.* 13 *à Coronatione Roman. Imp.* 9. Gelasio Viennæ mortuo, qui aderant Cardinales, Vidonem Viennensem Archiepiscopum eligunt Pontificem, Kalendis Febr. & Calistum 2 vocant. Probata electio est à toto Clero Romano. *Baron. hic ex Chron. Beneuent.* Indicto conuentu Rhemos 13 Kalendas Nouemb. cùm Henricus (qui non longè aberat) recusaret renuntiare Sacerdotiis conferendis, Calistus confirmat priorum Pontificum Decreta. Acta huius Concilii *habet Rogerius Anglus in Annal.* eademque *dat Baronius.* Anno sequenti	

Calistus Romam venit. Inito quodam conflictu, ad Normanniæ fines, victoria dicitur fauisse Anglo Regi aduersus Ludouicum; quam Anglorum Historici verbis etiam augent, *Polyd. lib. 11. notat* Nicasianum oppidum. Exortum est tunc diuturnum illud bellum inter Genuenses, & Pisanos. *Sigon.*

1120 | 2 Calisti 2. | 2 Ioannis Comneni. | Indict. 13. | 12 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis Greman. ann. 14. à Coronatione Rom. *Imp. 10.* Scribit *Rogerius Anglorum Historicus*, constitutam hoc anno pacem inter Henricum & Ludouicum Reges, Guillelmumque Henrici filium renuntiatum Normanniæ Ducem, cùm se Franciæ Regis Beneficiarium agnouisset. Recenset *idem author* nobile illud naufragium, quo rediens in Angliam Guillelmus filius, cum multis aliis periit. *Polydor. Vergil. in Henrico primo*, rem totam *descripsit*. Chasi Turcarum Princeps in Persida, ingenti collecto exercitu, Antiochenos inuasit. in quo conflictu Rogerius Princeps periit: sed accurrens Rex Hierosolymitanus, hostem penitus fugauit, 14 August. *Tyrius*. à Mediolanensibus Comense bellum suscipitur. *Sigonius*, rem situmque locorum *describit*. hoc anno Calistus, cùm Viennensem Ecclesiam priuilegiis honestasset, (Diploma *refert Baronius*,) Romam venit, omniū gratulatione exceptus. *Rogerius, Malmesber. Sigon. & apud Baronium Pandulphus.*

1121 | 3 Calisti 2. | 3 Ioannis Comneni. | Indict. 14. | 13 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Reg. German. an. 15. à Coronatione Romana Imp. 11. Gregorius Pseudopapa à Sutrinis deditus, & Romam ignominiosè delatus, detruditur à Calisto in Monasterium, vbi miserè periit. *Vrspergen. Sigon. & Pandulphus.* Henricus hoc nuntio, & aliqua pœnitentia præteritorum perculsus, apud Vircimburgum habito Conuentu, decernit ad Calistum Legationem de concordia: de qua *ad sequentem annum Sigon. Vrspergen.* Turcæ, violatis inducis cum Imperatore Græco initis, Phrygiam inuadunt. Ioannes, hoste repulso, Laodiceâ potitur. *Nicetas.* De Tenchelino huius tēporis seductore insigni *lege Trithemium in Chron. Hirsaugiensi, & Append. Sigeberti.* Imperatoris Henrici auditi sunt Legati Romæ in Concilio Lateranensi, habito tempore Quadragesimæ, anno sequenti, cuius Canones *habet Baronius ad annum* 1122. interfuisse 300 Episcopos *testatur in vita Ludouici Regis Sugerius Abbas S. Dionisii*, qui Concilio interfuit.

1122 | 4 Calisti 2. | 4 Ioannis Comneni. | Indict. 15. | 14 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis German. ann. 16. à Coronatione Romana *Imp. 12.* Tandem (vt conuenerat.) In Vuormaciensi Conuentu, (*Cuspianus notat 23. Sept.*) præsentibus Legatis Apostolicis, inter summas Potestates concordia conciliata est, scriptæque vtrinque tabulæ iureiurando firmatæ, quibus Henricus ius instituendorum Episcoporum, & Abbatum dimisit in perpetuum in manus Legati, & in communionem Ecclesiæ ac fidem receptus est. Has *profert* tabulas *Sigonius ad hunc annum*, subnectens continuata prælia Mediolanensium cum Comensibus. Capti à Turcis sunt, sed in diuerso conflictu, Comes Edessæ, & Rex Hierosolymitanus. Eò rē perduxit horum discordia. *Tyrius.* florent Rupertus Abbas Lumburgensis, & Rupertus Abbas Tuicensis, *de quo supra Trithem:*

1123 | 5 Calisti 2. | 5 Ioannis Comneni. | Indict. 1. | 15 Ludouici 6 Crassi.

Henrici 5. Regis German. ann. 17. à Coronatione Romana *Imp. 13.* Dum Guillelmus Apuliæ Dux, Ecclesiæ Romanæ Beneficiarius, Constantinopoli subsistit, matrimonii contrahendi causa: cognatus eius Rogerius Siciliæ Comes, Apuliam occupat. *Blondus, Sabel. Sigon. Platin.* Pomerania subiugata à Polonis recipit Christiana sacra. *Abbas Vrspergen.* Venetorum classis Ioppem appulit, quo auxilio liberata ciuitas est obsidione, & pulsi, qui eam obsidebant Ægyptii. *Tyrius.*

1124 | 6 Calisti 2. | 6 Ioannis Comneni. | 16 Ludouici 6 Crassi.

Indict. 2.

Henrici 5. Reg. German. an. 18. à Coronatione Romana Imp. 14. Hericus Imperator, collecto numeroso exercitu, Galliam inuadit hostili animo, dum Anglus Rex idem tentat versus Normanniam: sed strenuè vtrique obuiam itum est à Franco Rege Ludouico. Cogitur in Germaniam se recipere Imperator. *Sugerius Abbas S. Dionysii*, qui adhuc viuebat, *Cuspin. Vrspergen.* Annales Franciæ. Christiani 29 Iunii expugnarunt Tyrum. Rex Hierosolymorum auro redemptus, bellum redintegrat in Turcas. *Tyrius.* Bella Italica inter Pisanos & Genuenses, atque inter Mediolanenses, & Comenses continuata, vexant Italiam. *Sigon.* Obiit Calistus Papa Idib. Decembris, in Laterano sepultus. Diuisis Cardinaliũ studiis, duo electi sunt: Honorius 2, & Cælestinus 2. Sed, ne ex Schismate noua mala succrescerent, Cælestinus se abdicat. Idem mox fecit Honorius post dies 12, cùm suam electionem non omnibus probari videret. Tandem tamen omnium consensu iterum electus est, anteà dictus Lambertus, Episcopus Ostiensis, patria Bononiensis, Legatione Vormaciensi, & longo rerum vsu commendatus. *Sigon. & Vaticanus codex apud Baro.*

1125 | 1 Honorij 2. | 7 Ioannis Comneni. | 17 Ludouici 6 Crassi.

Indict. 3.

Henrici 5. Regis German. ann. 19. à Coronatione Romana *Imp. 15.* Henricus Vltraiecti 12 Kal. Iunias dracunculi morbo ingraescente decessit, sine virili stirpe. alii 23 Iulii notant. Electores post 3 menses integros vix dum conuenerunt de successore. Tandem 30 Augusti, renuntiatur Rex Lotharius, Saxoniæ Dux. *ex Appendice Marian. Scot. Otho Frisingen. Auent.* Alexander Scotiæ Rex, post varia pietatis opera, exemplaque iustitiæ edita, obiit sine liberis. Regnum tenuit Dauid germanus: Cui cum vxore obuenerant Hundintonia, & Northumbria. *Lesleus, Maior, Buchan. vide an. 1112.* Obiit quoque hoc anno Prouinciæ Comes: diuisus duas in partes Comitatus est; altera cessit Comiti Tolosano, altera Barcinonensi. Extant Diplomata in Archiuio Senatus Aquensis in Gallia. Birsequinum Turcam vincit Rex Hierosolymitanus. *Tyrius, Antonin. 2. parte.* destinatur in Angliam Legatus Ioannes Cremensis Cardinalis, sub quo celebratum est Londinense Concilium. Acta *refert* Baronius *ex Angliæ Historico.* Huic Legato obiectum *à Rogerio Anglo Historico* concubinatum, docet esse calumniam *Baronius ad hunc annum num. 12.* Norbertus Præmonstratensium institutor, de quo supra, impetrat Romæ sui Ordinis approbationem.

1126 | 2 Honorij 2. | 8 Ioannis Comneni. | 18 Ludouici 6 Crassi.

Indict. 4.

Lotharij 3, Regis German. ann. 1. Hic Lotharius 3 Rex, & secundus Imperator huius nominis, ex Vuelphorum genere (Itali Guelphos dixerunt) Bohemiæ & Bauariæ Ducibus sibi conciliatis, vrbes aliquot Imperii recipit. *Auentin. Vrspergen.* Alfonsus Aragoniæ Rex, obsidens Fragam, peremptus est: tandem subrogatur Ramirus, defuncti Regis frater, extractus è Monasterio, extititque idem Rex coniux & Sacerdos, *vt narrat Mariana lib. 10. c. 15. addit Rodericus Sanctius 3. p. c. 30*, venia Summi Pontificis id factum. Sequuta inter Christianos Reges bella. Nauarræ Regno (quod ab aliquot annis regio nomine caruit) Garsias Rex præesse cœpit. Alfonsus Castellæ, tam illud Regnum, quàm Aragonicum Ramiri, aiebat ad se pertinere. Pontius Abbas Schismaticus, Cluniacensis Monasterii inuasor, anno superiori anathemate obstrictus, & Romam perductus, nunc tandem viuendi finẽ fecit. *Pet. Cluniacen. Abbas l. 2. Mirac. cap. 13.* Nobertus strenuè laborat Antuerpiæ contra Tanchelinum Hæresiarcham, nefandissimum hominem, Sacerdotii, & Eucharistiæ impugnatorem, Nouatorum nouum patriarcham. *Lege Hugonem in Vita Norberti cap. 34. apud Sur. Tom. 3. 6. Iun.*

Anni Christi	Anni Pontif	Anni Imper.		Reg. Franc.
1127 Indict. 5.	3 Honorij 2.	9 Ioannis Comneni.	Lotharij 3. Regis German. ann. 2. Obiit occisus apud Paterniacum Heluetiorum, Guillelmus Comes vtriusque Burgundiæ, Cisiuranæ, & Transiuranæ, sine prole: Reinaldus, Comes Matisconensis, sibi, tanquam iusto hæredi ex veteribus Burgundiæ Regibus oriundo, omnia vindicabat. Imperator vero Lotharius Conradum Ducem Zeringensem, hæredem & successorem pronuntiauit. Quæ res diuturnam inter hos Principes de Burgundia contentionem excitauit: cui finem tandem imponit Fridericus Imperator. *Otho Frisingen. de gestis Fridericil. 1. c. 9. & l. 2, c. 29. Appendix Sigeberti per Anselmum Abbatem Gemblacensem.* qnando cessauerit Burgundia esse Regnum, *dixi ad annum* 1033. Carolus Flandriæ Comes occiditur. Orta de successore dissentione, Flandria à Franco Rege adiudicata est Guillelmo, Roberti Ducis Normanniæ filio, illius, qui Hierosolymis periit. Nec defuit qui possessionem turbaret, excitatus ab Anglo Rege. hanc Caroli cædem *notat Marchantius*, & successorem Guillelmum. erat is Robertus Henrici 1. Angli Regis frater, natu maximus. *Marchant. in Guillelmo, Polyd. in Henr. 1.* Diem clausit hoc anno Guillelmus, legitimus Apuliæ Dux. *de quo ad annum* 1123. Moriens, Rogerium, à quo eiectus fuit, hæredem instituit: qui postea à Regis Neapolitani nomen accepit, pace composita cum Pontifice. *Blondus, Sabel. Sigon.* Mediolanenses, Comum expugnatam incendunt: & Genuenses penè ad similem cladem impulerunt suos Pisanos. *Sigon.* Equites Hierosolymitani, dicti Templarii, qui anteà instituti *(ex Guil. Tyrio l. 12. c. 7.)* habitabant iuxta porticum templi (horum institutum erat peregrinis tuta præstare itinera) nunc tandem confirmati sunt in Concilio Trecensi, celebrato à Mathæo Albanensi Cardinali, & Legato Apostolico. *Guil. Tyrius citatus, & Baronius ad hunc annum prolixè.*	19 Ludouici 6 Crassi.
1128 Indict. 6.	4 Honorij 2.	10 Ioannis Comneni.	Lotharij 3. Regis German. ann. 3. Conradus, non ille Zeringensis, *de quo* 1127, sed Franconiæ Dux, se Regem contra Lotharium asserens, recipitur à Mediolanensibus: Honorius verò tam ipsum Conradum, quàm Anselmum Episcopum Mediolanensem execratus; Anathemate obstrinxit. *Sigon.* Honorius Pontifex, habito Troiæ in Apulia Conuentu, Rogerium appellat Apuliæ & Calabriæ Ducem, Beneficiariumque facit Ecclesiæ. *Sigon.* Theodoricus Lotharingiæ Dux, vitam Monasticam professus, successorem instituit Simonem filium natu maximum. *Histor. Lotharing.* In Lotharingiæ Ducatu sæpe interrupta est successio. Balduino *(cuius memini ad an. 1100)* quidam notant successisse Eustachium fratrem. alii volunt vsurpatum Ducatum ab Henrico Limpurgensi. tandem Imp. Henricus 5, Ducatum dedit Guillelmo Comiti Louanienſi: cui succesſit filius Theodoricus, *de quo hic agitur*: & de cuius successore non vna est omnium sententia. Pet. Polanus Venetorum Dux creatur, post obitum Michaelis. *Sabel.* Hoc tempore Vernherus, iubente vel Lothario, *(vt ait Vrspergen.)* vel Mathilde, *(vt putat Auentinus,)* Ius Romanum, C. & ff. contentum, quod neglectum iacebat, primus illustrare, & publicè profiteri cœpit, Romæ & Bononiæ. quem Azo, & alii sequuti sunt. De Pandectarũ inuento volumine, & Irnerio Bononiensi professore Iuris (vt aliqui eum vocant) *lege Sigon, ann.* 1137. Aquileiensis & Venetiarum patriarchæ abdicantur dignitate sua, à Petro Cardinali S. Anastasiæ, Apostolico Legato. *Baronius.*	20 Ludouici 6 Crassi.
1129 Indict. 7.	5 Honorij 2.	11 Ioannis Comneni.	Lotharij 3. Regis German. an. 4. *Sigonius hoc anno*, habiti ad Trecas Concilii *meminit*: vbi inter alia, Militiæ Templi primus Magister Hugo nuncupatus, accepit iubente Honorio habitum album, & viuendi leges proprias. *Aubertus de Orig. Mil. Ord. cap. 4.*	21 Ludouici 6 Crassi.

Lotharius Spiram secundò obsidet, à 15 Iul. quam cepit 1. Ianuar. *Trithem.* Philippus natu maximus inter Ludouici Crassi filios, Rex coronatur, iubente patre: quo tamen superstite obiit; nempe post biennium. *Annales Franc.*

1130 Indict. 8. — 1 Innocentij 2. — 12 Ioannis Comneni. — 22 Ludouici 6. Crassi.

Lotharij 3. *Regis German. an.* 5. Habuit hic annus ingens in Ecclesia dissidium, periculi & laboris plenissimum. Nam mortuo Honorio 16 Febr. natum Schisma est inter Innocentium, & Anacletum. Rem hanc *attigit Aemilius in Ludouico iuniore, sed prolixè Sigon. ad hunc annũ. & Baron.* Anacletum sequuti sunt Mediolanenses, Rogerius Apuliæ, & Siciliæ Princeps (qui se Regem vocari fecit ab Anacleto) & Senioretus Abbas Cassinas. Innocentius Vrbe excedens, à Pisanis, & Genuensibus honorificè excipitur. Fluctuante Gallia de hoc Schismate, tandem Stampis habito Conuentu, autore præsertim S. Bernardo, Innocentius recipitur Pontifex: & missis ad eum nuntijs, vocatur in Franciam. Fuit hic Pontifex legitimus, ipso die, quo obijt Honorius, subrogatus. Cardinalibus tantùm tribus Anacleto adhærentibus, *vt ex Codice Vaticano refert Baronius num.* 3. Anacletum S. *Bernadus Epistola* 224 Antichristum nominat. quo loco impudenter abutuntur Nouatores. Res huius anni in hoc Schismate gestas, *fusè narrauit ad hunc annum Baronius.*

1131 Indict. 9. — 2 Innocentij 2 — 13 Ioannis Comneni. — 23 Ludouici 6. Crassi.

Lotharij 3 *Regis German. an.* 6. Innocentius à Rege Franco Aureliæ benignè excipitur: indè Carnutum adductus, recipitur legitime ab Angliæ Rege, hortatore S Bernardo. Mox Rhemis habito Concilio 14 Kal. Nouemb. præsente Ludouico Rege, præter alia ibi acta, Anacletus de integro condemnatur. *Bernardus Abbas Bonæuallis in Vitâ S. Bernardi lib. 2. cap.* 1. *Surius 6. Iun.* Conradus se Imperatorẽ dicens, desertus ab Italis, redit in Germaniam. Philippo Crassi filio casu extincto Parisijs 5 Octob. alter filius dictus Ludouicus Iunior, coronatur ab Innocẽtio, 25 eiusdẽ mensis, in Concilio Rhemensi. *Aemilius.* in quo etiam 12 Pares Francicos institutuos nonnulli opinantur. Anno sequenti Innocentius Leodij ab Imperatore exceptus eximiè colitur; *ex eodem Bernardo, in Vitâ Trithem. & Sigon.* qui nunc gesta describit Italiæ bella: Papiense, Parmense, & Imolense. Stephanus Hungariæ Rex sine liberis decessit: Regno successit Bela, ex Testamento Stephani, eius cognatus. *Bonfin.* Obijt quoque Balduinus Rex Hierosolymitanus, 12 Aug. Regium nomen tenuit Fulco gener, & dux Andegauensis. *Tyrtus li.* 14. *Natrat ad hunc annum Baronius,* Cistertienses ab Innocentio nunc exemptos, ne Decimas deinceps soluant Cluniacensibus; quod Cistertienses pauperes essent: Cluniacenses autem opulenti.

1132 Indict. 10 — 3 Innocentij 2. — 14 Ioannis Comneni. — 24 Ludouici 6. Crassi.

Lotharij 3. *Regis German. an.* 7. Benigne exceptus à Lothario Innocentius, redit in Italiam, expectaturus eius aduentum, vt conuenerat. *Trithem. Sigon.* vitâ functus Guillelmus Comes Flandriæ, ex vulnere, dùm vrbem quandam obsidet, accepto. Theodoricus successor est, quem ille bello petebat. Matrem habuit Gertrudem, Roberti Frisi, Flandriæ Comitis filiam. patrem verò Theodoricum, Alsatiæ (Regio Transrhenana est) Lantgrauium. Fulco Rex Hierosolymitanus Antiochenũ Principatum assumit. *Tyrius.* redierat iam in Germaniam Conradus; ibi partium studio magis, quàm pecunijs potens. *Sigon.* Hugo Episcopus Gratianopolitanus moritur. Archiepiscopatus Genuensis origo. *Sigon. Baron.*

1033 Indict. 11. — 4 Innocentij 2. — 15 Ioannis Comneni. — 25 Ludouici 6. Crassi.

Lotharij 3. *Regis German. an.* 8. *& 2. eius nominis Imp. an.* 1. Lotharius venit in Italiam, & Vrbem cum Innocentio ingressus; Sedi ipsum restituit: vicissim ab eodem coronatur Imperator 4 Iul. *ex Tritbemio, & Sigonio.* Annum rectè *notat hunc Baronius ex Fulco-*

nis Chron. Beneuentano: Appendice, seu Auctario Sigeberti: & aliys. Imperator cogitur in Germaniam festinare. Innocentius, relicta hostibus Vrbe, Pisas se confert. *Baron. Sigon.*

1134 | 5 Innocentij 2 | 16 Ioannis Comneni. | Indict. 12. | 26 Ludouici 6. Crassi.

Lotharij 3. *Regis Germ. an.* 9. *& 2. eius nominis Imp. an.* 2. Post reditum Imperatoris in Germaniam, pax composita inter ipsum & Conradum. *Otho Frisingen. Abbas Vspergen.* Interim Mediolanenses redeunt ad saniorem mentem, reconciliati Deo & Ecclesiæ, operâ S. Bernardi, apud quos varia edidit miracula, quæ *narrantur à Baronio.* Habetur Pisanum Concilium; eius Actiones multæ, sed præcipuè in Anacleto & fautoribus execrãdis. *Baron.* Obiit nunc Norbertus, Institutor Ordinis Præmonstratensis, Archiepiscopus Magdeburgensis. *Sur. Tomo* 3. 6 Iun.

1135 | 6 Innocentij 2. | 17 Ioannis Comneni. | Indict. 13. | 27 Ludouici 6. Crassi.

Lotharij 3. *Regis Germ. an.* 10. *& 2. eius nominis Imp. an.* 3. Reges Daniæ, & Poloniæ, decennij inducias firmant cum Lothario. *Trithem.* Vita functus Henricus Angliæ Rex huius nominis primus, & Normannorum Regum vltimus, ineunte Decembri; sola Mathilde filia Augusta superstite. Regnum occupat Stephanus homo Gallus, Comes Bononiensis, defuncti Guillelmi Rufi ex filia Adela nepos: pulsis Mathildæ duobus filijs, Henrico, & Guillelmo. *Ita Historici Angli, Rogerius ad hunc Christi annum in Stephano, Polydo. in Stephano, seu initio l.* 12. *Malmesber. in Nouella l.* 1 *ad eundem annum, Aemilius in Ludouico Iuniore.* Post diuturna bella fœdus his legibus ictum cum Mathilde, vt Stephanus omni vita regnaret: defuncto succederet Henricus. *Aemil. & Polyd. citatus. vide an.* 1154. S. Bernardi labores huius anni, pro Ecclesia & vnione, *narrat Baronius.*

1136 | 7 Innocentij 2. | 18 Ioannis Comneni. | Indict. 14. | 28 Ludouici 6. Crassi.

Lotharij 3. *Regis Germ. an.* 11. *& 2. eius nominis Imp. an.* 4. Græcus Imperator post aliquot in Cilicia victorias contra irrumpentes Barbaros, tandem Latinorum vrbes inuadit. *Tyrius lib.* 14. Lotharius in Italiam suscepta expeditione, Lombardiam percurrens, omnes ciuitates ad obsequium impulit: compositis earum dissidijs, & redintegrato cum Venetis fœdere. *Sigon. S.* Luitpoldo Principi Austriaco mortuo, succedit filius natu minimus, Luitpoldus 5. *Cuspin.* Leo Ziptes, seu Styppiota, Patriarchatum gerit Constantinopoli hoc tempore, *vt habet Nicetas.* S. Bernardus, Lugdunenses arguit, quod Festum Conceptionis B. Virginis celebrent; scilicet, non id approbante prius Ecclesia Romana. *Bernardus Epist.* 174. Moritur Bernardus Patriarcha Antiochenus Latinorum Primus, *Tyrius lib.* 14. *c.* 10. De successore Schismatico Romam vocato, *Baronius ad hunc annum.* vbi præterea de Antiocheno Concilio nunc habito. *Tyrius c.* 15. *&* 16.

1137 | 8 Innocentij 2. | 19 Ioannis Comneni. | Indict. 15. | 29 Ludouici 6. Crassi. Ludouicus 7.

Lotharij 3. *Regis German. ann.* 12 *& 2. eius nominis Imp. an.* 5. Græcus Imperator Antiochiam obsidet, sed pax tandem composita cum Latinis. *Tyrius, & Antonin.* 2 *p. tit.* 17. *c.* 7. §. 3. Pars excercitus Lothariani, Innocentium Pisis susceptum Romã perduxit: vbi 3 Non. Maij, execratio in Anacletum, & Rogerium Siciliæ Regẽ dicta est. Ducto versus Apuliam exercitu, Cassinates, & Capuani Rogerium deserunt. Beneuentum capit Imperator, ac demum Apuliam. Reginulfum, hominem Germanum, Apuliæ Ducem renuntiat. Germani Salernum expugnant, verum sequenti anno, Lothario per Lombardiam repetente Germaniam, (in quo reditu obiit,) Rogerius amissam Apuliam ferè totam recepit. Sic vno penè momento, versa est victoria in captiuitatem, quæ rerum humanarum est inconstantia. De his omnibus *lege Falconem*, qui hæc nunc scribebat, *Sigon. & Baron.* Hoc verò anno 1137, obijt Ludouicus Crassus Galliarum Rex primo Augusti Parisijs Successit Ludouicus 7, dictus Iunior & Lenis. *de quo* 1131. vxorem ducit Elionoram, Guillelmi Duci Aquitani filiam & hæredem.

Append. Sigeber. Bello inter Stephanum Angliæ, & Dauidē Scotiæ Reges nascenti, finem attulit pax, qua Cumbria, Hundintonia, & Northumbria Scotis remansere: tamen vt Beneficium Regis Angliæ. *Leslæus, Hector Boet. & Polyd. in Stephano, initio libri* 12.

1138 | 9 Innocentij 2. | 20 Ioannis Comneni. | Indict. 1.

Lotharij 3. Regis *Germ. an.* 13. *& 2 eius nominis Imp. an.* 6. Imperator Lotharius, dum redit in Germaniam, morbo correptus obiit sub Autumnum. *Otho Frising. Onuf. Auentin. Sigon.* Dies indicitur eligendo nouo Imperatori. Diem obiit Anacletus Antipapa. *Fulco in Chron. Beneuentano.* Subrogatus, iubente Rogerio, à Schismaticis Cardinalibus Victor: sed ille, suasu S. Bernardi, sese abdicās, recipitur datâ venia ab Innocentio: sicque pristina Vrbi facies restituta est. *Fulco, Sigon. Baron.* Cæterum quod *Petrus Diaconus Cassinensis in Chronico*, aliqua in Innocentium dicat, mirum non est, cùm constet fuisse Schismaticum: quod etiam *obiter hic notauit Baronius.*

1 *Ludouici 7. iuneris, & Lenis.*

1139 | 10 Innocentij 2. | 21 Ioannis Comneni. | Indict. 2.

Conradi 3. Regis Rom. *ann.* 1. Conradus Franconiæ Dux mense Aprili eligitur successor Imperij, ab Imperij Proceribus Confluentiæ, præsentibus Papæ Legatis. *Otho Frisingen. Auentin. Abbas Vrsperg.* hic Princeps est, qui antea aduersus Lotharium decertauit. malè in præcedentem annum reiicit electionem *Sigonius.* Reginulphus (*de quo* 1137.) vita cessit. Robertus Capuanus ad Conradum fugit. Nouæ Sedes Episcopales in Scotia erectæ à Rege Dauide. *Leslæus.* hę fuere, Aberdonen. Dumblanen. Dun-Kalden. & Brechinen. Alfonsus Lusitaniæ Princeps, parta insigni victoriâ aduersus quinque Barbaros Reges, Rex proclamatur. ex eo tempore, Insignia Regum Lusitaniæ cœperunt esse, in Clypeo cæruleo, quinque minora scuta, in memoriam quinque Regum profligatorum. *Vasæus, Mariana lib.* 10. *cap.* 17. qui rectè etiam hunc annum notat. Recrudescunt dissidia Italorum. *Sigon.* Boleslao Poloniæ Regi defuncto, succedit Vladislaus. *Martin. Cromer.* habetur hoc anno Concilium Lateranense generale mille Prælatorum: in quo rescissa sunt Acta Pseudopontificis. *Otho Frisin. Sigon. & Baronius*, qui triginta huius Cōcilij Canones exhibuit. Innocentius dolo capitur à Rogerio, honorificé tamen susceptus: & pace constituta, Rogerium renuntiat Apuliæ Principem, Siciliæque Regem: qui se in vtraque ditione, Ecclesiæ Beneficiarium profitetur, *vt scribit Sigonius, & habet Diploma, quod extat apud Baronium.* Turbatæ interim res in Germania, renouata veteri cōcertatione inter Gibellinam, & Vuelforum (quibus cōtra Conradū fauebat Rogerius) familiam. *Sigo.*

2 *Ludouici 7. iunioris, & Lenis.*

1140 | 11 Innocentij 2. | 22 Ioannis Comneni. | Indict. 3.

Conradi 3. *Regis* Romani *ann.* 2. fato cessit Hugo à Sancto Victore, cum quo vixit Richardus à Sancto Victore Scotus (*ex Leslæo in Dauide primo*) ambo eiusdem Monasterij. *Trithem. Appendix Sigebert.* Delata nūc est ad Innocentium accusatio, cùm ab alijs, tum à S. Bernardo, contra Petrum Abailardum. Eius errores *refert idem Bernardus Epistola* 189 *&* 190. Damnati illi quidem sunt ab Innocentio. *Bernar. in Epistolis* 191. *&* 194. Abailardus tamen sancto fine quieuit apud Cluniacēses. *Ex Petro Clun. lib.* 5. *cap.* 20. *Lege de his Aemil. & Baron.* de eius nefario discipulo Arnoldo infra dicendum.

3 *Ludouici 7. iunioris, & Lenis.*

1141 | 12 Innocentij 2. | 23 Ioannis Comneni. | Indict. 4.

Conradi 3. Regis Romani *an.* 3. Simon Lotharingiæ Dux, dum è Palæstina regrediitur in Europam, obiit Venetiis: cui successit Mathæus natu maximus. Carmelitarum Ordo nunc instituitur in mōte Carmelo Syriæ, sub Bertholdo Aquitanio: qui (*ut author est Aimericus*) Pontificis Summi Legatus, dispersos prius, & solitariam vitam agentes, in vnum collegit Monasterium. *Onufr.* habet hic annus Tiburtini belli aduersus Romanos initium: dum

4 *Ludouici 7. iunioris, & Lenis.*

Tiburtes, Tusculani, Prænestini, & Albani, assueti Schismatis, obsequium solitum negant Innocentio. *Sigon. Baron.*

1142 | 13 Innocentij 2. | 24 Ioannis Comneni. | Indict. 5.

Conradi 3. Regis Romani an. 4. Exorta dissentio inter Galliæ Regem, & Pontificem; ob datum Episcopum Petrum à papa Bituricēsis Ecclesiæ, visus Regi est Theobaldus Cāpaniæ Comes author dissidij. *de quo S. Bernard. Epist.* 217. idēque de S. Bernardo suspicatus est. Accessit aliud malum; iniustè nimirum dimissa vxor à Radulpho apud Viromanduos Comite. Ob hæc Iuo Cardinalis missus in Galliam Legatus, Radulphum Anathemate obstringit, & Regnum subiicit Interdicto. *Append. ad Sigeber. Baron. Aemil. in Ludouico Iuniore.* Fulco Rex Hierosolymitanus vita cessit, succedit Balduinus, tredecim annorum puer, sub tutela matris. *Tyrius*, qui tamen hoc malè notat sub Eugenio Papa. demortuo Belæ Regi Hungariæ, successit Geissa filius, huius nominis 2. cui *Nicetas dat* fratres Stephanum, & Vladislaum.

5 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.

1143 | 14 Innocentij 2 | 1 Manuelis 1. Comneni. | Indict. 6.

Conradi 3. Regis Roman. ann. 5. Ioannes Comnenus, venenata sagitta sauciatus à seipso in venatione, extinguitur mense Aprili. *Nicetas.* successit ex Testamento patris, Manuel Comnenus, posthabito Isaaco natu maximo. Malè annum consignat *Guillel. Tyr.* Tandem Bernardus hoc anno apud Innocentium (in cuius causa tantopere desudauit) calumniam passus est. *Bernard. Epistola.* 218. Nec tamen cessat vir Sanctus, turbatis in Gallia rebus succurrere. Quinetiam effecit hoc, vel sequenti anno, *ex Sigeberti Appendice & Aemilio* (qui rem totam describit:) vt pace cōpositâ inter Regem, Theobaldum, & Pontificem: maneret Episcopus, quē Innocentius Bituricensem nominauit: & Rex decerneret expeditionem in Orientem. Interim moritur Innocentius 8 Kal. Octob. *Otho. Frisin. l.* 7. *c.* 27. subrogatur Guido Cardinalis sancti Marci, dictus Cælestinus 2. Conspirant Romani in Pontificem: qui Arnolbi Hæretici (discipulus hic fuit Abailardi) authoritate non parum excitati, antiquæ Reipublicæ ac libertatis formam restituere nitebantur; cura sola sacrorum Pontificis relictâ. Nec minor dissentionis flamma alias Italiæ vrbes inuasit. *Sigon.*

6 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Cælestinus 2.

1144 | 1 Lucij 2. | 2 Manuelis 1. Comneni | Indict 7

Conradi 3. Regis Romani an. 6. Noradinus Edessam capit trans Euphratem in Mesopotamia, occiso magno ciuium numero, nō sine ingenti Christianorum dolore. *Tyrius.* Cælestino mortuo nono Martij, subrogatur Gerardus Bononiensis, dictus Lucius 2. Romani electo nouo Magistratu, vectigalia Pontificum sua esse decernunt: iubentque Pontificem decumis, & sacris largitionibus dignitatem tueri suam. *Sigon.* Nec tamen defuerunt Romani, qui starent pro Pontifice. Qui verò res turbabant, Arnoldistæ merito dicti sunt. Circa eundem annum, Alfonsus Lusitaniæ Rex, Principatum suum fecit vectigalem Ecclesiæ Romanæ. *Innocentius Tertius, lib.* 1. *epistola* 100.

7 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis

1145 | 1 Eugenij 3 | 3 Manuelis 1. Comneni | Indict. 8.

Conradi 3. Regis Romani ann. 7. obiit Lucius Papa quinto Kalendas Martij, sedit menses 11. subrogatur Bernardus, patria Pisanus, Abbas Monasterii Sancti Anastasii trium Fontium, Ordinis Cistertiensis, dictus Eugenius tertius, ad quem dedit monita *Sanctus Bernardus, Epistola* 237. Scripsit quoque ad Cardinales, qui Monachum elegerunt, *Epistola* 236. Et ad Romanos Arnoldistas adhuc furentes, *Epistolam* 242. eos asperè, sed iustè reprehendens. Interim Eugenius sollicitat Christianos Principes ad subsidium Terræ sanctæ, rebus iam valdè inclinatis. *Baronius.* Vdislaus Poloniæ Rex pellitur Regno à Boleslao fratre. *Martin. Cromer.* Eugenius, Tiburtes cæteroſque Latij populos ad arma sollicitat in Romanos, qui ad pacem petendam coacti, Arnoldum vrbe pellunt. Iata tunc Lex est, vt Senatores, seu Præ-

8 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

fectos deinceps non nisi ex Pontificis authoritate haberent. *Sigon.*

1146 | 2 Eugenij 3. | 4 Manuelis I. Comeni | 9 Ludouici 7. iunioris, & Lenis.

Indict. 9.

Conradi 3 *Regis Romani ann.* 8. habet hic annus Concilium Carnutense in Gallia & labores S. Bernardi, tum in Galliis, tum apud Conradum, in parandis expeditionibus contra Turcas & Saracenos Orientis. rem *narrauit prolixè Baronius*, vbi sub finem, coniectat quis sit ille Nicolaus falsarius, de quo *ad Eugenium Bernardus Epist.* 298. Interim Conradus ducens in Orientem exercitum equitum 70000, renuntiat Henricum filium successorem. Iterùm Romani rebellantes, Eugenio faciessunt negotium.

1147 | 3 Eugenij 3. | 5 Manuelis I. Comneni. | 10 Ludouici 7. iunioris, & Lenis.

Indict. 10.

Conradi 3. *Regis Romani an.* 9. Conradi & Franci Regis duo exercitus Orientem inuadunt. Sed, tum Græcorum proditione, *quod narrat Nicetas*: tum alijs asperis casibus, qui domare potuissent Orientem, paucis hosti cladibus illatis, cœpto desistunt: & Principes ad reditum se parant, maximâ suorum parte amissa. *Tyrius.* In anno consignando aliqui hallucinantur. *Lege Sigon. & Baron.* Ad iudicium Pontificis delatus est error Gilberti Porretani, Episcopi Pictauensis: *vt narrat Otho Frisingen. libro primo cap.* 46 & 47. *de gestis Friderici. qui author*, Gilberto obiectas hæreses, & causam ventilatam *recensei cap.* 50. *ac deinceps.* Reiecta nunc quidem res est in Rhemense Concilium. Rogerius Siciliæ Rex, Saracenos in Africa vincit, & reddit vectigales: regressus, Græciam inuadit: demùm Corintho, Thebis, aliisque captis ciuitatibus, ouans redit in Apuliam. *Nicetas*, *Blondus.* In reditu profligatos Venetos, qui Græco ferebant suppetias, *affirmant citati authores: negat Sabellicus.* Veneti Duce amisso, substituunt Dominicum Mauresinum. *Contaren.* Post Michaelem Oxitam, & Cosmã Patriarchas Constantinopolitanos, qui sponte se abdicârunt, vidit hic annus tertium Patriarcham Nicetam Muzalem. *Nicetas.* sunt qui pro Niceta ponant Charitonem: sed *vide quæ dixi ann.* 1117. Innotescit in Tolosana Prouincia Hæreticus Petrobrusianus: in quem Eugenius, destinat Legatum Episcopum Ostiensem, cum Sancto Bernardo. Historiam *scribit*, qui cum his aderat, *Gofridus Clareuallen. Monachus libro tertio de Sancto Bernardo cap.* 5. huius Hæreses, de inutili infantium Baptismo, Cruce non adoranda, non esse orandum pro Defunctis, & Corpus Christi non esse in Eucharistiæ Sacramento, miraculis confutatas, & damnatas à Sanctis Patribus; nostri seculi Nouatores reuocarunt ab inferis. has *recensct Petrus Cluniacensis in Epistola aduersus Henricianos. Lege Bernardum Epistola* 240. Miracula, quibus hæc Hæresis confutata est, *recensct hic Baronius, vbi meminit* nouorum Hæreticorum, qui dicti sunt Apostolici.

1148 | 4 Eugenij 3. | 6 Manuelis I. Comneni. | 11 Ludouici 7. iunioris, & Lenis.

Indict. 11.

Conradi 3. *Regis Rom. ann.* 10. Hildefonsus, Raimundi Comitis Tolosani pater, ducto in Palestinam exercitu, perit veneno, dolo Reginæ Hierosolymitanæ. A quo tempore receperunt Turcæ Prouinciam Antiochenam; & res Latinorum semper in deterius prolapsæ sunt. *Guil. Tyrius.* Obijt Henricus (patre adhuc superstite) Dauidis Regis Scotiæ filius, qui Malcolmum, Guillelmum, & Dauidem filios reliquit. *Lesleus, Guillelmus de Neubrig lib.* 1. *cap.* 23. habetur vigesimo secundo Martij Rhemense Concilium, indictum ab Eugenio: vbi acta est causa Gilberti Porretani, de qua *Otho Frisingen. de gestis Frider. lib.* 1. *cap.* 50. *& deinceps.* huius Concilij Symbolum, Canones, & Decreta *refert Baronius.* Damnati quidem sunt Gilberti errores, quos expendere alterius est, & grauioris instituti. Ipse, quia pertinacem non se præbuit, nec Hæreticus fuit, nec Episcopatu priuatus. Damnatus quidem fuit Euno, insanus Hæreticus. de quo *idem author, ex Guilel-*

mo Neubrigenſi, lib. 1. cap. 19. miris dæmonum præſtigijs homines ad ſe alliciebat, hic impoſtor.

1149 | 5 Eugenij 3. | 7 Manuelis Comneni. | Indict. 12. | 12 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Conradi 3. Regis. Romanorum ann. 11. Obijt Henricus Conradi filius. *Otho Friſing.* Veneti ſubdunt ſuæ ditioni aliquot Iſtriæ, & Dalmatiæ ciuitates. *Blond. Sabell.* Viuebat nunc Rabbi Moyſes, Ben Maimon, Hiſpanus. Florebant Petrus Lombardus, Epiſcopus Pariſienſis, dictus Sententiarum Magiſter; & Gratianus Bononienſis, Benedictus Monachus, Compilator Iuris Canonici. Conradus ex Oriente redit in Italiam, amiſſo exercitu; Ludouicus in Franciam. Sancto Bernardo, rei male geſtæ conſilium obiicitur. ipſe Apologiam habet, *libro ſecundo de Conſideratione, ſtatim initio.* Henricus Ludouici Franci Regis frater, Monaſticam vitam profitetur. breui tamen conſtituetur poſt Profeſſionem Epiſcopus Bellouacenſis. *Baron.*

1150 | 6 Eugenij 3 | 8 Manuelis Comneni. | Indict. 13. | 13 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Conradi 3. Regis Romani an. 12. Guillelmus, Rogerij Regis Siciliæ filius, renuntiatur à patre Rex & Regni ſucceſſor, 19 Aprilis. *Onuph.* Edeſſæ Comitatus occupatur hoc anno totus à Noradino Turca. *Guil. Tyrius.* Italica diſſidia huius anni prorogata *narrat Sigonius.*

1151 | 7 Eugenij 3 | 9 Manuelis Comneni. | Indict. 14. | 14 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Conradi 3. Regis Rom. an. 13. Godifredus, Comes Andegauenſis, poſt ſubiugatam à ſe Normanniã, vita ceſſit: relicto filio Henrico hærede, qui poſteà futurus eſt Angliæ Rex. *Polyd. lib. 13. initio, vide an. 1153.* Pax compoſita inter Græcum Imperatorem, & Rogerium Siciliæ Regem, operâ Eugenij Pontificis. *Nicetas.* Obijt Garſias Nauarræ Rex: Regno ſucceſſit Sanctius filius. Hiſtoriam hãc *narrat Mariana lib. 11. cap. 2.* Theobaldus Campaniæ Comes in Gallia, Princeps á charitate erga egenos, ab Hiſtoricis laudatus, nunc moriens, ſucceſſorem habuit Henricum filium. Theodoſius Patriarcha Conſtantinopolitanus creatur. *Nicetas.* Colonienſis, & Moguntinus Epiſcopi, Romam veniunt ad dicendam cauſam. Colonienſis pronuntiatur innocens. Synodus in Gallia habetur de diuortio Regis ab Elionora filia Ducis Aquitaniæ, ob conſanguinitatis gradum. *Suger. Abbas Sancti Dionyſij:* qui hoc ipſo anno obiit, *inquit Baronius.*

1152 | 8 Eugenij 3 | 10 Manuelis Comneni. | Indict. 15. | 15 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Friderici 1 Barbaroſſæ Regis Rom. an. 1. Conradus, dum parat expeditionem in Italiam, ad motus Italicos comprimendos, & Imperij Coronam recipiendam; obiit, non ſine veneni ſuſpicione menſe Februario. Et cum filius Fridericus puer, Imperio regendo impar eſſet; inſignia Regia tradidit Friderico fratris filio, Sueuorum Duci: quem poſt aliquot dies, Principes Imperii, Francofurti ſua electione comprobarunt: dictus eſt Ænobarbus, (Barbaroſſa.) hic tam Gibellinis, quàm Vuelphis vario vinculo iunctus, putabatur aptus, ad horum iam diuturna in Germania diſſidia ſopienda. *Otho Friſin. de geſtis Frid. lib. 1. c. 2. Cuſpin. Auentin.* Habet hic annus peractum diuortiũ Ludouici. *de quo 1151.* Nupſit illa Henrico Duci Normãniæ: qui poſteà euaſit Angliæ Rex; attulit dotis nomine, Comitatum Aquitaniæ, & Pictauienſem, ſeminarium bellorum poſteà, inter Anglum, & Francum Reges. *Aemilius, Annal. Franc.* Ludouicus verò vxorẽ duxit filiam Alfonſi Regis Caſtellæ. *citati authores.* De qua re *Mariana l. 11. cap. 3.* vbi de profectione Ludouici in Hiſpaniam. Romani Arnoldiſtæ redeunt in concordiam cum Pontifice. *Appendix Sigeb.* Pacta conuenta nunc inter Eugenium Pontificem & Fridericũ, *habet hic Baronius.*

1153 | 9 Eugenij 3. | 11 Manuelis Comneni. | Indict. 1. | 16 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Friderici 1. Barbaroſſæ Regis Rom. an. 2. Rogerius Siciliæ Rex vita functus eſt: Regnat Guillelmus, dictus Malus. *Onuph. Sig.* obiit Dauid Scotię Rex: regnat Malcolmus quartus, filius Henrici filii Dauidis, *Leſlæus, Hector Boet. lib. 13. Maior.* Diem clauſit hoc eodem

dem anno Sanctus Bernardus, 13 Kal. Septemb. anno ætatis 63, post fundata 160 Monasteria. *Gofridus in eius Vita.* Obiit quoque Eugenius 8 Idus Iulij, pontifex omni laude dignissimus. Subrogatur patrum consensu Conradus Romanus, dictus Anastasius 4. *Otho Frisin. lib. 2. cap. 10. de gestis Friderici.* Theodosio 2. patriarchæ Constantinop. successit Constantinus 4. saltem non longe abest eius initium ab hoc anno, si creditur *Nicetæ.*

1154 | 1 Anastasij 4. | 12 Manuelis 1. Comnen. | Indict. 2.

Friderici I. *Barbarossæ Regis* Rom. an. 3. Guilel. Siciliæ Rex Ægyptum depopulatur, & in reditu Manuelis exercitum fudit. *Appendix Sigebert.* moritur Stephanus Angliæ Rex, 25 Octob. Regnat (vti conuenerat anteà, & commemoraui an 1135.) Henricus Normanniæ Dux, Mathildæ olim Augustæ filius. *Mathæ. Paris. in Henrico 2. vide annum 1152. Polydor. Vergil. Appendix Sigeber. Guillel. Neubrigen. libro primo cap. vltimo.* Dominico succedit Vitalis Michael Dux Venetorum. *Sabel.* Florebat nunc Alboinus in Germania, *ex Auentin.* Diem clausit Anastasius, 2 Decemb. subrogatur Nicolaus Bracspere, Anglus, è Collegio Cardinalium, dictus Adrianus 4. *Onuf. Sigon. Baron.*

17 Ludouici 7. iunioris, & Lenis.

1155 | 1 Adriani 4 | 13 Manuelis 1. Comnen. | Indict. 3.

Friderici I. *Barbarossæ Regis Romani. an* 4. *Imperantis* 1. Fridericus exercitum in Italiam ducit: & repressa Mediolanensium insolentia, castigataque Dorthonâ vrbe, quæ à Mediolanensibus stabat: primum Papiæ coronatur: mox Romę Imperiali Corona donatur ab Adriano: peste excitata in exercitu, cogitur redire in Germaniam. *Blond. Sabel. Vrspergen. Otho Frising. lib. 2. de Gest. Frider. cap. 22. Sigonius* rem *latè describit.* eadē *refert Baronius ex Vaticano Codice.* Guillelmus Siciliæ Rex, Beneuentum Pontifici admit. Adrianus Principes Apuliæ, & Manuelem Imperatorem exciuit in Regem. *Sigon.* Sumerledus Argadiæ Regulus, Scoto Regi rebellis, profligatur à Gillechristo Angusiæ Comite. *Lesleus lib. 6. in Malcolmo* 4. *Hector Boet. lib. 12. Maior lib* 4. *cap.* 4. Constantino Patriarchæ Constantinopolitano succedit Lucas. *Nicetas.* Arnoldus ille Brixianus Hæreticus, Vrbis & Orbis perturbator, captus nunc, & exustus Romæ est; proiectis in Tiberim cineribus. Rem gestam narrat *Otho Frisin. de gestis Frideric. libro 2. cap. 20.*

18 Ludouici 7. iunioris, & Lenis.

1156 | 2 Adriani 4 | 14 Manuelis Comnen. | Indict. 4.

Friderici I. Barbarossæ Regis Rom. ann. 5. *Imperantis* 2. regressus Imperator in Germaniam, priore vxore, quòd cognata esset, repudiatâ, secundam accipit Beatricem: & dotis nomine Burgundiam fere totam, quæ est inter Ararim & Rhenum. De qua re *lege Othonem Frising. de gestis Frid. libro 2. capite* 29. Guillelmus Siciliæ Rex Græcos, qui pro Pontifice pugnabant, vincit: & obsesso Beneuento, vbi erat Papa, eū ad prius repudiatas pacis conditiones impulit. Mansit ergo vtrumque Regnum Guillelmo: sed vt Beneficiario Romani Pontificis. *Sigon. Nicet. Blond. Sabel.* Diplomata *habet Baronius.* Displicuit Imperatori pax ista. Interim Mediolanenses Papiam deditione accipiunt: Laudenses grauiter affligunt. *Sigon. Otho Frisin. citatus.*

19 Ludouici 7. iunioris, & Lenis.

1157 | 3 Adriani 4 | 15 Manuelis Comnen. | Indict. 5.

Friderici I. Barbarossæ Regis Rom. an. 6. Imperantis 3. Imperator rediens è Polonia, Pace ibi firmata, (*ex Radenico de gestis Friderici cap. 3. 4. & 5. libri primi.*) accepris ab Adriano literis, grauiter offenditur. *ex eodem authore cap. 8. & 9.* Sed immeritò, *vt prolixè ostendit Baronius.* Burgundiam vxoris hæreditatem: incipit possidere: Delphinatum præterea, & Prouinciam, olim dictum Regnum Arelatense, occurrentibus illi Episcopis, Lugdunensi, & Viennensi. *Otho citatus. cap.* 11. Theodoricus Flandriæ Comes, opportunè nunc venit in Palæstinam: cuius ope Cæsarea Cappadociæ recepta est, & pulsus Noradinus. *Tyrius.* Initium accepit Ordo Eremitarum, iuxta Regulam S. Augustini, per Guillemum A-

20 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.
1158 Indict. 6.	4 Adriani 4	16 Manuelis I. Cõneni.
1159 Indict. 7.	5 Adriani 4	17 Manuelis I. Cõneni.
1160 Indict. 8.	1 Alexãdri 3.	18 Manuelis I. Cõnem

quitaniæ Ducem,& Bernardi discipulum. *Naucler. Onuph.* notant illi quidem annum 1160, sed vix eo vsque superstes fuit hic Guillelmus, *de quo dixi ad an.* 1137.

Friderici I. *Barbarossæ Regis* Rom. *an.* 7. *Imperantis* 4. dat Fridericus circulares, vt vocant literas: quas *ex* Radeuico *refert* Baronius *anno* 1157, quibus satis docet, se multa contra Ecclesiæ libertatem & pacem meditari: eum tamen placat nunc literis secundis Adrianus. Radeuicus, *Baron. Sigon.* Interim è Germania Italiam ingressus, Mediolanum obsidet 23 Iulij, & 8 Septembr. deditione recipit. Paruerunt legibus victoris aliæ ciuitates, Cremona, Verona, & Brixia, anteà rebelles. *Radeuicus. Sigon. Baron.* Imperator, habito Conuentu Roncaliæ (locus est inter Placentiam, & Cremonam) agi voluit de Regalibus: decretumque est per totam Longobardiam esse ea Imperatoris. Radeuicus *de gestis Frider. l.* 2. *c.* 1. *& deinceps cap.* 5. *recenset* hæc Regalia, eaque *refert Sigonius.* Sunt, inquiunt, Ducatus, Marchiæ, Comitatus, Consulatus, Monetæ, Telonea, fodra, (id est, fœnũ, & paleæ) portus, pedatica, molendina, piscariæ, omnis vtilitas ex decursu fluminum proficiscens, & terræ, propriorumque capitum census.

Friderici I. Barbarossæ Regis Rom. an. 7. *Imperantis* 5. Longobardia legibus Imperatoris grauata, iterùm rebellat; iterumque euersis ciuitatibus Crema, & Mediolano, finitur secundum bellum Lõgobardicum an. 1162. *Ita citati authores. ac prolixè Sigonius ab initio l.* 13 *vsque ad annum* 1163. Alfonsus Castellæ Rex vita cessit, Æra 1197. *ex Roderico.* succedit filius Sanctius. Alter, dictus Ferdinandus, Legionense Regnum accepit. *Lege Marianam l.* 11. *c.* 4. *&* 5. Iteratæ hoc anno discordiæ inter Põtificem, & Imperatorem: vtriusque literas *habet Baronius ex* Radeuico *l.* 2. *c.* 15. quibus fatetur Fridericus, Priuilegia Ecclesiæ Romanæ esse, saltem à Constantino. Interim decessit é vita Adrianus Papa Kalend. Septembr. *ex Radeuico, & alijs.* Fabula est, quod de musca circum fertur in morte Adriani: occasionẽ dedit calumniæ, morbus Anginæ quo obijt. *ex Guill. Tyrio, (l.* 18. *c.* 26.) *huius temporis Scriptore* legitimè successit Adriano Rolandus Cardinalis, dictus Alexander 3, ab 18 Cardinalibus. Schismaticè intruditur posteà Octauianus Cardinalis, dictus Victor 4 (*Baron. Sigon. l.* 13 *initio*) trium tantùm Cardinalium suffragio promotus, *vt notant Aemil. Baron.* licèt quinque *numeret Onuphrius.* ei fauebat Imperator. excommunicatur cum suis ab Alexandro. Obijt nunc Otho Frisin. Episcopus, vir meritò laudatus, frater Henrici primi Ducis Austriæ. cuius Historiam prosecutus est Radeuicus. Innotescit Vualdo Mercator Lugdunensis, qui bona diuendita in pauperes erogauit; sed plerosque eorũ ad suos incitauit errores: vnde dicti Vualdenses sunt, & Pauperes de Lugduno.

Friderici I. Barbarossæ Regis Rom. an. 8. *Imperantis* 6. Cremẽses deditionem faciunt, incensâ ciuitate. *Sigon.* Obijt Sanctius Castellæ Rex, Aera 1198. Ferdinandus frater Regnum occupat, Alfonso Sancij filio adhuc puero. *Roderic. Sanct. p.* 3. *c.* 32, *&* 33. *Mariana. l.* 11. *c.* 5. posteà tamen Alfonsus hæres Regno potitus est paterno, regnaturus supra 50 annos. hic Alfonsus dictus est nobilis. *vide an.* 1191. & 1196. Habitum nunc est Papiense Conciliabulũ, in quo approbata est Victoris electio, 2. Febr. *Radeuic. lib.* 2. *c.* 62 *in fine, & Guillel. Neubrig. lib.* 2. *c.* 9. Alia duo habita sunt Concilia: vnum in Anglia, alterum in Francia. In quibus probata est electio Alexãdri *ex citato Neubrigen.* & ipse Alexander, habito Anagniæ Concilio, Victorem, ac Fridericum Imperatorem Anathemate obstringit. Fauit Siculus Rex. historiam *narrant Sigon. & Baron. prolixè.*

Reg. Franc.
21 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.
22 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.
23 Ludouici 7 Iunioris. & Lenis.

1161 Indict. 9.	2 Alexandri 3.	19 Manuelis 1 Comneni.	Friderici 1. Barbaroſſæ Regis Rom. an. 9; Imperantis 7. nunc exarſit bellum inter Franciæ, & Angliæ Reges, Anglo repetente Comitatum Toloſanum: qui hoc anno tantùm Cadurcum expugnauit. *Guillel. Neubrigen. Annales Franc. Appendix Sigebert.* Geiſa Vngariæ Rex, reliquit moriens Stephanum filium Regni hæredem. fuit hic Rex, qua erat modeſtia, populo & ſuis omnibus gratiſſimus: volebat quidem Græcus Imperator, Stephanum Seniorem (*de quo* 1142.) Regem dari Hungaris: ſed nihil effecit. Laborant multi pro tollendo Schiſmate. Valdemarus Daniæ Rex creatus, Canuti Regis & Martyris filius, Rugianorum, finitimæque gentis Idololatriam tollit. *Sur. 6 April. Saxo. Grammat. Hiſt Danicæ lib.* 14.	24 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.
1162 Indict. 10.	3 Alexandri 3.	20 Manuelis 1. Comneni.	*Friderici* 1. Barbaroſſæ Regis Rom. 10. *Imperantis* 8. Mediolanenſibus ad deditionem cõpulſis; Imperator vrbem, paucis tẽplis reſeruatis, penitus excidit. *Sigon. Abbas Vrspergen. & alij.* hac vrbe præcipua ſic euerſa, cæteræ ſe legibus Imperatoris ſubiecerunt ciuitates, Placentinorum, Brixienſium, & Genuenſium. Domita Longobardia, Alexander Papa, perſecutionem timens, venit in Gallias; & apud Tociacum ad Ligerim, honorificè excipitur, à duobus Catholicis, Franciæ, & Angliæ Regibus: qui eius iam probauerant electionem, in Concilijs an. 1160, habitis. *Neubrigen. l. 2. c. 24. Sigon. & Baronius more ſuo diffusè.* Pax, authore Alexandro, inter duos hos Reges compoſita: verùm (quod *notat Aemillius*) ab hoc tempore, ſæpe arma poſita, ſæpe repetita: nec vnquam fida inter eos pax iungi potuit. In Anglia, Thomas ex Cancellario creatur Epiſcopus Cantuarienſis, multum renitens. *Acta, Baron. & Surius* 29 *Decembr. Tom. 6.*	25 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.
1163 Indict. 11	4 Alexandri 3.	21 Manuelis 1. Comneni	*Friderici* I. Barbaroſſæ Regis Rom. 11. *Imperantis* 9. Fridericus, exacto in Germania anno, redit in Italiam. quo tempore habetur Concilium Turonenſe: cui interfuerunt Papa Alexander, 150 Epiſcopi, & 400 Abbates. Iterùm ibi anathemate obſtringitur Imperator Fridericus, cum ſuo Antipapa, aliaque decreta, quæ *refert Guillel. Neubrig. l. 2 c. 15. Sigon. Baron.* Alij pauciores dederunt. Adfuerunt Sanctus Thomas Cantuarienſis, & Cardinales 17. Balduino fratri defuncto ſuccedit Almaricus Rex Hieroſolymorum. *Tyrius.* his annis, quibus repetita ſæpe prælia ſunt inter Reges, Francum, & Anglum; Malcolmus 4 Scotiæ Rex, recuſãs belli ſocietatem aduerſus Francos; mulctatur ab Anglo Rege Cumbria, Northumbria, & Hundinctonia; quas tenebat Prouincias Beneficiarij titulo. *Lesleus in Malcolmo 4.* Fridericus, rediens in Germaniam, motus Polonicos ſedat. *Martin. Cromer.*	26 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.
1164 Indict. 12	5 Alexandri 3.	22 Manuelis Comneni.	*Friderici* I. Barbaroſſæ Regis Rom. 12. *Imperantis* 10. dùm Alexander Pontifex apud Senonas in Gallia hæret, Romani de eo reuocando decernunt. In Anglia diſcordia exorta, inter Regem & Sanctum Thomam Cantuarienſem. Hiſtoriam *ex profeſſo narrauit Baronius.* monet Cantuarienſem Alexander, vt ſe pro Eccleſiæ libertate murum opponat: paret ille lubens. damnatur in Conciliabulo, & exulat. Dùm hæc aguntur, moritur Victor Pſeudopapa. Cardinales ab illo creati, eligunt quẽdam, dictum Paſchalem 3, menſe Aprili. *Trithem. Onuph. Sigon. Baron.* Veneti, & Lombardi conſpirant in Fridericum. Obijt Petrus Lombardus. Fabula putatur, eius fuiſſe fratrem Commeſtorem, aut etiam Gratianum. *ex Antonio 3. p. tit. 15. cap. 6.* idemque *attigit Baronius in fine huius anni.*	27 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.
1165 Indict. 13.	6 Alexandri 3.	23 Manuelis Comneni.	*Friderici* I. Barbaroſſæ *Regis* Rom. 13. *Imperantis* 11. Alexãder trire. mibus Ludouici in Siciliam delatus, indèque cum Cardinalibus Romam veniens, Vaticanum recipit, & mortuo Archiepiſcopo Mediolanenſi, Geldinum Salam Mediolanenſem, dedit	28 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

illi Eccleſiæ Præſulem. *Sigon. Blond. Sabel.* Naicitur Regi Ludouico Franco Philippus filius, dictus Adeodatus. *Aemil. Annal.* precibus ex inſperato conceſſus à Deo. diem clauſit Malcolmus Scotiæ Rex, Princeps prudentia, & rei militaris laude clarus. Succedit Guillelmus germanus, dictus Leo, à iuſtitia laudatus. *Leslæus lib 6. Hector Boet. Maior. Guill. Neubrigen.* Rabbi Abraham, & Rabbi Iehuda nunc viuebant.

1166 | 7 Alexandri 3. | 24 Manuelis 1. Cõneni | 29 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Friderici 1. *Barbaroſſæ Regis* Rom. 14. *Imperantis* 12. Fridericus, miſſo in Italiam exercitu, Anconam, & aliquot Hetruriæ oppida recepit: ipſe exeunte anno cum noua expeditione, Alexãdro bellum illaturus, aduenit. *Sigon. Abbas Vrſperger. Appendix ad* Radeuicum. Obiit Guillelmus Siciliæ Rex: ſucceſſor Regnum tenet, filius Guillelmus, dictus Bonus, annorum 14 adoleſcens: qui ſe Alexandri Põtificis Beneficiarium profitetur. *Onuph. Sigon.* hunc quintum vocat *Pandul. lib.* 3. Nunc à Luca Chryſoberge Patriarcha Conſtantinop. habita eſt Synodus. de qua *lege Baronium anno* 1148, *num.* 45. mox videtur obiiſſe Lucas: cui ſucceſsit Michael Anchialus, Philoſophus. *idem author ad annum* 1166. *vbi refert* Conſtitutionem Manuelis de Ferijs, ſeu Iuridicis diebus. *vide Balſam. in Nemocanone.*

1167 | 8 Alexandri 3. | 25 Manuelis Comneni. | 30 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Friderici 1. *Barbaroſſæ Regis Rom. an.* 15. *Imperantis* 13. Fridericus infeſto agmine Romam properat, & omnia in itinere vaſtat. Itali Germanorum dominatu & ſuperbia oppreſsi, fœdus ineunt ad Puntidenſe Monaſterium apud Bergomum, de libertate cõmunibus armis contra Fridericum aſſerenda: idque præſtiterunt, reſtituta Mediolanenſi ciuitate. *Ita ex Chontata Sigonius.* Friderico Vrbem inuadente, Alexander Beneuentum ſeceſſit. Interim peſtis Germanicum exercitum inuadens, ingentẽ ſtragem edidit, etiam nobilium. Fridericus Papiam venit, & tentata expugnatione vrbium confœderatarum, nihil effecit. Tricium Caſtrum, cum pecunia regia receptum eſt à fœderatis. Accedũt Veneti ad fœderatas Longobardiæ ciuitates. Res Friderici in deterius labũtur. *Sigon. Baronius hic* egregiâ diligentia res Friderici depingit: quem ipſe Pharaonem vocat. Tunc cœpit Fridericus quæ tenebat loca, munire præſidijs. quando etiam in Radicophano monte, caſtrum extruxit, loci natura munitum. *Author. Hiſtoriæ Germ. Narrat Guil. Pariſ.* redintegratum hoc anno bellum, inter Reges Francum, & Anglum ad Giſortium. limes hoc caſtrum erat inter Franciam, & Normanniam. Guillelmus, natione Gallus, ab Epiſcopatu dictus Tyrius, author Hiſtoriæ de bello Sacro; nũc creatur Tyri Epiſcopus. Sanctus Thomas Cantuarienſis ab Alexandro Papa Legatus creatur. *Baron. nu.* 18. appellãt Epiſcopi Angliæ ab eius ſententia ad Alexandrum. Rex cum Abbate Ciſtertienſi effecit, vt Sanctus Thomas è Pontiniaco Monaſterio deturbaretur. Pontifex Alexander laborat, vt reſtituatur in integrum.

1168 | 9 Alexandri 3. | 26 Manuelis Comneni. | 31 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Friderici 1. *Barbaroſſæ Regis Rom. an.* 16. *Imperantis* 14. Fridericus, amiſſo varijs cladibus exercitu, rebus penè deſperatis, ne ludibrio eſſet hoſtibus, fugit in Germaniam. *Sigonius & alij.* fœderati Blanderatũ oppidum expugnant: Alexandriam ex truũt, impoſito nouæ vrbi hoc nomine, in honorem Alexandri Pontificis. deficiũt multæ aliæ ciuitates à Friderico. *Blõd. Sigon.* de recru deſcẽte adhuc bello, inter Francum, & Anglum, *lege Neubrigen. lib* 2. *cap.* 24. de cauſis belli *diſſentit aliquantulũ Appendix ad Sigebertum.* moritur Theodoricus Flandriæ Comes: ſuccedit filius Balduinus. *Appendix Sigeberti vocat* Philippũ, eſt ſanè *ex Marchantio* hic Philippus huius nominis primus, qui obijſſe ſcribitur anno 1191, in obſidione Ptolemaidis. Iſabella, ſororis & Balduini 4, filia, dabitur vxor Franco Regi an. 1180. Vuelphus Hetruriæ Dux, & Fride.

Indict. 14. | Indict. 15. | Indict. 1.

ricus Comes Palatinus, expeditionē ducūt in Terram Sanctam: quo tempore Imperator Græcus Ægyptum inuadens, Peluſium expugnat, & Caliphum impulit ad tributum annuum ſoluendum. *Guil. Tyrius lib. 2. Nicetas in Manuele lib 5.* Huius anni res geſtas, inter Alexandrū, & Angliæ Regem, *proſequitur Baronius anno* 1168. *&* 1169. de Legatis Cardinalibus duobus ad Regem miſſis, & ſubmiſſis deindè duobus nuntijs: ac de literis Alexandri cōminatorijs, vt vocant ad Regem; quòd prohiberet Rex Epiſcopos eligi in Eccleſijs vacantibus,

1169 Indict. 1. — Pont. 10 Alexandri 3. — Imp. 27 Manuelis 1. Cōnen. — Reg. Franc. 32 Ludouici 7. Iunioris, & Lenes.

Friderici 1. *Barbaroſſæ* Regis *Rom. an.* 27. *Imperantis* 25 dùm Fridericus res Germaniæ turbatas componit; fœderati Itali, ſe parant ad futura bella. Moritur Pſeudopapa, dictus Paſchalis. Imperiales ſubrogant Ioannem Abbatem Strumienſem, natione Hungarum: qui dictus à Schiſmaticis eſt Caliſtus 3. *Platin. Onuph. Sigon.* hanc mutationem *refert anno ſequenti* Baronius, *num.* 56. Alexander Papa Luſitano Principi, Regis titulum confirmat: dato Diplomate 5 Maij. huius anni bellum, inter Francum & Anglum, præter agrorum depopulationem, habuit aliquod leuia prælia. *Guil. Neubrigen. lib. 2. Appendix Sigebert.*

1170 Indict. 2. — Pont. 11 Alexandri 3. — Imp. 28 Manuelis Comneni. — Reg. Franc. 33 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Friderici 1. *Barbaroſſæ Regis Rom. an.* 28. *Imperantis* 26. Ordo Crucigerorum S. Mariæ approbatus eſt ab Alexandro anno præcedente: qui Xenodochiorum curam aſciuerunt. *Onuph. Sigon.* 1169. recrudeſcūt ciuitatum diſſentiones in Italia. *ibidem.* pax inter duos Reges, Anglum & Francum, compoſita, ad Sanctum Germanum. vbi Henricus Henrici 2 Regis filius, ſe profitetur Beneficiarium Franciæ Regis, ſub titulo Comitatus Andegauenſis, & Ducatus Normanniæ. quibus peractis, renuntiatur Seneſchallus Maior in Gallia. *Pithæus*, Conneſtabilem, ſeu Præfectum equitum interpretatur. Richardus alter Henrici filius, titulo Aquitaniæ ſe quoque Beneficiarium Franci Regis agnoſcit. *Sigebert. Appendix, Annal. Franc. ſcribunt Anglor. Hiſtorici*, hoc anno iubente patre coronatum Henricum 3. Rainerio in Oriente, Guillelmi Marchionis Montisferrati filio, datur vxor Maria Manuelis Imperatoris filia, & pro dote Regnum Theſſaliæ. *Aemi. Blond.* Ordo Equitum S. Iacobi in Hiſpania, ſub Regula S. Auguſtini inſtituitur, authore Ferdinandi filio Petro. *Aubert. de Origin. Ord. Mil. c. 7. & Onuph.* qui etiam Humiliatorum originem ad hæc retulit tempora. *meminit Sabellicus* floret Auerroes Arabs, qui anno Hegiræ 565, Commentarijs in libros Phyſicorum Ariſtotelis finem impoſuit. de pace S. Thomæ cum Angliæ Rege, & mox ſubſecuto martyrio, *ſcribit hoc anno* Baron. *& ex profeſſo Mathæus vterque.* occumbente S. Thoma pro fide & libertate Eccleſiæ in Anglia, naſcitur in Hiſpania S. Dominicus, fidei defenſor inſignis. *Antoninus.*

1171 Indict. 3. — Pont. 12 Alexandri 3. — Imp. 29 Manuelis Comneni. — Reg. Franc. 34 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Friderici 1. *Barbaroſſæ Regis Rom.* 29. *Imperantis* 27. Henricus Angliæ Rex, ſentiens cauſam mortis S. Thomæ, in ſe vulgò conferri; Legatos ad Alexandrum deſtinat, qui hanc ſuſpicionem auerterent. Alexander duos decreuit in Angliam Cardinales ad rem cognoſcendam. *Sigon. Baron. vterque Mathæus Anglus, & præcipuè Rogerius: ex quo, & ex C. Vaticano idem* Baronius, tot illas, *quas refert*, Epiſtolas deſcripſit. Viri ſanctitatem, Deus prodigijs ſtupendis comprobauit: breuique defuncti memoriam ſacrauit Pontifex. hoc anno Hiberniam accepit Henricus: quæ ſponte, & omnium conſenſu Hibernorum ſe Anglo Regi ſubiecit: Regnumque hoc illi ab Alexandro confirmatum eſt. *Rogerius.* tumultu populi ob illatam peſtem, trucidatur Dux Venetus, ſubrogatur Sebaſtinus Zeuin. *Sabell.* Ladislaus, *de quo an.* 1142, Hungariæ Regnum inuadit, pulſo Stephano nepote, legitimo Rege. *Bonfin.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
1172 Indict. 5.	13 Alexandri 3.	30 Manuelis 1 Comneni.	*Friderici I. Barbaroſſæ Regis Rom. 20. Imperantis 18.* mortuo Ladislao inuaſore, vti iam dixi, Regni Hũgarici, Stephanus Rex legitimus Regnum recipit. *Bonfin. Decad 2. l. 6.* acta res eſt à Legatis Alexandri, de cauſa mortis S. Thomæ. Rex renuntiatur innocens: eius iuramentũ *vide apud Rogerium.* de Normannica Synodo tunc habita, & Synodi ſtatutis legibus, *lege Baron. ad hunc annum*	35 Ludouici 7 Iunioris, & Lenis.
1173 Indict. 6.	14 Alexandri 3.	31 Manuelis 1. Comneni	*Friderici I. Barbaroſſæ Regis Rom. 21. Imperantis 19.* perſpecta ſanctitate anteactæ vitæ, & diſquiſitione diligenti habita de miraculis ad ſepulchrum S. Thomę frequentibus (quod ſupremi Iudicis Eccleſiæ Iudicium eſt, & examen: ne quid ſubſit fraudis) vt in numero Sanctorũ haberetur, decretum eſt hoc anno. Interim nato domeſtico diſſidio, inter Henricum Seniorem, & Henricũ filiũ, qui Franco Regi adhærebat: Alexander Papa, acceptis Henrici Senioris literis, agit de pace & reb. his componendis, literas vtrinq; datas *refert hic Baron.* ex quibus videt Lector, à Rege relictam, ſuã illi Anglicanæ Eccleſiæ libertatem integram. deceſſit Stephanus Hungariæ Rex. Regnũ ſucceſſor tenuit frater eius Bela 3, bonus Princeps. *Bonfin. Nicetas* Alexium vocat. Rex Poloniæ Boleslaus obijt: ſubrogatur electione Mieslaus, dictus Senior. *Martin. Cromer.*	36 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.
1174 Indict 7	15 Alexandri 3.	32 Manuelis 1. Comneni	*Friderici I. Barbaroſſæ Regis Rom. ann. 22. Imperantis 20.* Fridericus Chriſtianum Moguntinum Epiſcopum (à quo nunc capta, & euerſa eſt Interamna in Vmbria) miſit ad oppugnandum Bononiam. Ipſe cum lectiſſimo, ſi vnquam aliâs, exercitu, per montem Cineſium feſtinat in Longobardiam: capta in itinere Seguſio, & euerſa: hodie Suſa putatur; deditione recepta Haſta, & reliquum anni tranſegit in obſidione Alexandriæ. *Sigon. Blond.* Almarico Regi Hieroſolymorum defuncto, ſuccedit filius Balduinus 4, ſextus Rex Hieroſolymorum. ex diſſidio inter Henricum Seniorem & filium Henricum, incrementum cepit bellum Francorum contra Anglos. *Guil. Neubrig. l. 2. c. 20. Rogerius. ad annum* 1173. viſitauit nunc Rex Angliæ Senior, ſepulchrum S. Thomæ Martyris, magna pietatis ſignificatione, & publicè pœnitentis habitu. *Herebertus, Neubrig. Roger. Baron.*	37 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis
1175 Indict. 8.	16 Alexandri 3.	33 Manuelis Comneni.	*Friderici I. Barbaroſſæ Regis Rom. 23. Imperantis 21.* Fridericus obſidẽs Alexandriam, egerat cuniculum in vrbem; in quem immiſſi milites, dùm aperto cuniculi oſtio erumpunt in vrbẽ, omnes trucidati ſunt. Alexandrini eruptione facta fugatoque Friderici exercitu, caſtra opulẽta ceperunt. *ex Vrsperg. Auentin. & Naucl.*: alij aliter ſolutã obſidionẽ narrãt. *Sigon.*: certè magna eſt authorũ diſſentio, de Friderici vel reditu in Germaniam, vel mora, & rebus hoc anno reliquo geſtis in Italia. *Narrãt Neubrig. l. 2. c. 34. Appendix Sigebert.* Henricum Seniorẽ, peractâ ad ſepulchrum S. Thomę pœnitentia (cùm hinc à Scotis, illinc à Francis peteretur obſidentibus Rothomagum) reportaſſe inſignem victoriam contra Scotos; capto Guillelmo Rege: & mox effeciſſe, vt ſolueretur obſidio Rothomagenſis: ac tandem, fauẽte numine, pacem ex ſententia Regis Henrici conſtitutam, ipſo die, qui S. Michaeli ſacer eſt. Scotum Regem 100 librarum millibus redemptum *ſcribit Lesleus in Guillelmo.* agnouit ſe Guillelmus Beneficiarium Regis Angliæ: non quidem titulo totius Regni Scotiæ, vt aliqui hallucinantur, quicquid dicat *Rogerius ad hunc annum*: ſed nomine Cũbriæ, & Hundintoniæ recuperatarum prouinciarum. Charitinus Patriarcha Conſtantinopolitanus datus ſucceſſor eſt Michaeli, qui nunc obijt. *Nicetas.* Alexandria in Italia aucta Epiſcopatu eſt. *Baron.* habetur in Anglia Concilium Vveſtmonaſterienſe, ſub Richardo Archiepiſcopo Cantuarienſi. editi Canones 18. de Eccleſiaſtica libertate. *Rogerius.*	38 Ludouici 7. Iunioris, & Lenis.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1176 Indict. 9.	17 Alexādri 3.	34 Manuelis I. Cōneni.	*Friderici* I. *Barbaroſſæ* Regis Rom. 24. *Imperantis* 22. Fridericus nouo collecto exercitu inuadit Fœderatos Italiæ: & poſt leuia aliquot prælia, iuxta Mediolanum pugnatum eſt inſtructa acie, ad pagum Lignanum nomine, 3. Kal. Iunias. *Vrſpergenſi* dubia eſt victoria: alii conſtanter victum ſcribunt Imperatorem. *ſcribit Sigonius*, amiſſo Aquilæ vexillo, Imperatorem equo deiectum, habitum aliquandiu pro mortuo. certe hæc eius clades, initium fecit pacis compoſitæ cum Pontifice, & fœderatis: quam hoc ipſo anno conſtitutam *ſcribit author Appendicis ad Sigebertum. Sigonius ait*, eam nunc inchoatam: qui pacis tabulas refert. Mathæus Lotharingiæ Dux obiit: ſuccedit filius Simon. *Richardus Vaſſeburgen.* Imperatoris Græci exercitus numeroſus profligatur in Aſia à Turcis: & mox Turcæ ab eodem vincuntur ad Meandrum. *Nicetas.*	39 Ludouici 7 Iunioris, & Leonis.
1177 Indict. 10.	18 Alexādri 3.	35 Manuelis I. Cōneni.	*Friderici* I. *Barbaroſſæ Regis* Rom 25. *Imperantis*. 23. detecti ſunt anno 1176, & damnati ab Epiſcopis, Albigenſes Hæretici, Manichæis potius affines, quàm Arrianis. quamuis *Rogerius in Annalibus Angliæ* Arrianos vocet. de qua Hæreſi *lege eundem ad annum* 1176. conſtituta tandem nunc pax eſt inter Fridericum, & Alexandrum Venetiis, 24. Iulii, quam *refert Sigonius ex Alexandri literis ad Abbatem Caſſin.* iurat Imperator pacem cum Pontifice perpetuam, reſtitutis omnibus Eccleſiæ bonis: cum Rege Siciliæ per 15 annos cum Lombardia per ſexennium. quæ ab omnibus narrantur, de honore, quem Imperator Pontifici exhibuit, *perſequitur Baronius, num. 32. & 37. qui porrò num. 85, confutat* illud commentum, de conculcato Imperatore. Antipapa, dictus Caliſtus, ſponte ſe abdicat. Romani non niſi ſecunda Legatione obtinuerunt à Pontifice, vt Romam veniret, ac ſic demùm priſtinum Eccleſiæ decus, cum optata à bonis omnibus libertate, reſtitutum eſt. de his *Blondus, Platin. Sabell. Vrſpergen. Neubrigen. & fusè Sigonius.* Ioanna Angliæ Regis filia, datur vxor Guillelmo Siciliæ Regi. *Sigon.* Poloni, pulsò Rege Mieslao, eligunt Cazimirum fratrem. *Martin. Cromer.* Theodoſius, dictus tertius, creatur Patriarcha Conſtantinopolitanus 92. *vt ſcribit Nicetas.* hic annus initium habet Auenionenſis pontis nobiliſſimi, authore Benedicto, 12 annorum puero: ſed diuinitus ad id impulſo, *ex Diplomate Innocentii 4. & Paradin. in Hiſtoria Lugdunenſi. meminit Baron. ad finem huius anni.*	40 Ludouici 7 Iunioris, & Leonis.
1178 Indict. 11.	19 Alexādri 3.	36 Manuelis I. Cōneni.	*Friderici I. Barbaroſſæ* Regis Rom. 26. *Imperantis* 24. Agnes filia Regis Franci Conſtantinopolim mittitur, futura vxor Alexii filii Manuelis Imperatoris. Sebaſtiano Duci Veneto defuncto, ſubſtituitur Laurus. *Blond. Sabellic.* Alexander indicit Generale Concilium in ſequentem annum, & Petrum Cardinalem Sancti Chryſogoni, deſtinat Legatum contra Albigenſes. Congreſſum hunc cum Hæreticis, *habet ad hunc annum Baronius, nu. 16.*	41 Ludouici 7 Iunioris, & Leonis.
1179 Indict. 12.	20 Alexādri 3.	37 Manuelis I. Cōneni.	*Friderici* I. *Barbaroſſæ* Regis Rom. an. 27. *Imperantis* 25. Ludouicus Francorum Rex Philippum filium coronandum curat, maximo Procerum conuentu. affuit Henricus Anglus Iunior, Rex, idemque Normanniæ Dux, & Franciæ Beneficiarius. ſcribunt aliqui nunc firmatam prærogatiuam Rhemenſis Eccleſiæ, vt ibi tantùm coronetur Rex: quando etiam ſuſpicantur decretum numerum 12 Parium Franciæ. *Til. Vigner.* Friburgi ciuitatis apud Heluetios, iacta hoc anno fundamenta ſunt. *Chron. Heluet.* Romæ 5. Martii in Æde Laterana, inchoatur Concilium generale 300 Epiſcoporum: adfuit Guillelmus Tyrius Epiſcopus, qui rem geſtam *deſcribit lib. 21. c. 26. Sigon. Rogerius Anglus recitat* 26 Decreta, inter alia ſtatutum de electione Pontificis, ſaltem à duabus partibus Senatus Cardinalium facienda, & illi electioni ſtandum	42 Ludouici 7 Iunioris & Leonis.

esse *c. licet. de electione.* damnati hæretici, & præsertim Albigenses. delatus ibidem Petrus Lombardus, Magister Sententiarum, quòd malè sentiret de humana Christi natura. Commissa res Episcopo Senonensi. *Baron.*

1180 | 21 Alexãdri 3. | 38 Manuelis 1. Cẽtẽni. | *Friderici* 1. *Barbarossæ Regis* Rom. 28. *Imperantis* 26. *Nicetas in Manuele lib. vltimo, scribit,* eum vitâ functum hac Indictione 13. vt aliqua habent exemplaria. idem *dixit Guillelmus Tyrius lib.* 22. *c.* 4. successorem accepit filium Alexium Comnenum, annorum 12, sub tutela matris. *Nicetas in* Alexio. *idem author in Manuele lib.* 5. *notat* oraculum (A I M A) de familiæ huius Comneniæ diuturnitate: nempe per 4 illos characteres; designatis hoc Alexio, Ioanne, Manuele, & Alexio altero, Principibus. Philippus Rex Franciæ pellit Regno Iudæos. *scribit Æmilius initio lib.* 6, Isabellam, seu Elisabetam, Comitis Flandriæ Philippi ex sorore neptem, Balduini 4. Comitis filiam, datam in matrimonium Philippo Regi, & dotis nomine, *notant Annales.* accessisse Atrebatensem Comitatum, & Veromanduos. has nuptias excepit mors patris Ludouici Regis (quem valdè laudant Historici) mense ferè Septembr. Successor Philippus, Gallici Imperii fines ita crebris victoriis protulit, vt Augustus dictus sit. missus hoc anno ab Alexandro Papa Legatus, sedat Schisma in Ecclesia S. Andreæ in Scotia. Henricus Angliæ Rex, in fauorem Ecclesiæ optimas condit Leges. *Rogerius in Annalibus.* | 43 Ludouici 7 Iunioris, & Leonis.

Indict. 13.

1181 | 22 Alexãdri 3. | 1 Alexij 2. Comneni. | *Friderici* I. *Barbarossæ Regis* Rom. an. 29. *Imperantis* 27. Andronicus Manuelis Imperatoris patruelis, tyrannicè breui Imperium occupabit, cæsa matre Alexii, & postea filio: pulsis etiam, vel cæsis Latinis, qui plurimi tunc Constantinopoli erant, in magno honore apud Imperatorem Manuelem, & filium. *Nicetas, Guillelmus Tyrius.* obiit hoc anno Alexander Papa, mense Augusto. *Onuph.* atque, vt constitutum fuit in Concilio Lateranensi, an. 1179, eligitur post biduum, hoc est, 4, Kal. Septemb. à Cardinalibus Vbaldus Episcopus Ostiensis, patria Lucensis, dictus Lucius 3. Pacem coluit cum Imperatore: & Longobardiæ ciuitates, vt fideles illi essent effecit, vir ætate & prudentia grauis. *Platin. Onuph. Sigon. Roger. & alii.* Locum Epistolæ Alexandri *elucidat ad hunc annum* Baronius, de nemine colendo vt Sancto (scilicet publico cultu) sine authoritate Romani Pontificis. | 1 Philippi 2. Augusti.

Indict. 14.

1182 | 1 Lucij 2. | 2 Alexij 2. Comneni. | *Friderici* I. *Barbarossæ Regis* Rom. an. 30. *Imperantis* 28. inter Comitem Philippum Flandriæ, & Regem Galliæ Philippum, bellum natum: sed conueniet tandem inter eos, vt positis armis (in Ambianorum enim finibus, castra castris locata erant) Comes, Veromanduis in vita vtatur; eius morte ad Regem venirent. *Æmil. vide an.* 1180. *&* 1185. per hæc tempora in Hispania, Milites Sancti Iacobi (*de quibus* 1170.) ab humili principio celebres esse cœperunt, magnis aucti opibus ac vectigalibus. *Mariana lib.* 11. *cap.* 13. capta à Castellæ Rege est Concha vrbs in Celtiberiæ finibus. quod *Mariana refert* ad annum 1177. Romani reluctante Pontifice Tusculum obsident. Lucius rei indignitate permotus, Vrbe relictâ, Velitris, & proximis locis consedit, *inquit Sigon.* Theodosius Patriarcha Constantinopol. abdicat se, subrogato Basilio. *Nicetas.* Legationem Guillelmi Scotiæ Regis, ad Lucium Papam, *habet hic Rogerius Anglus,* ad impetrandam solutionem à vinculo Anathematis, quo Eboracensis Episcopus Regem obstrinxerat. Maronitæ nunc ad Christiana sacra conuersi, *ex Guillel. Tyrio, c.* 8. *lib.* 22. erat Syrorum hæc gens in Phœnicia, circa iuga Libani, sic dicti sunt à Maronia Syriæ vico. Canonum Collectionem nunc edit Laborans, vir in literis probè versatus. *Baron.* | 2 Philippi 2. Augusti.

Indict. 15.

1183 | 2 Lucij 3. | 3 Alexij 2. Comneni. | Indict. 1. | 3 Philippi 2 Augusti.

Friderici I. *Barbaroſſæ Regis* Rom. *an.* 13. *Imperantis* 29. Andronicus tutor, Alexin pupillum ſtrangulat, Imperiumque apertè occupat. *Nicetas.* exacto quinquennio inducíarum, pax inter Longobardiæ ciuitates & Fridericum conſtituta; impellente ad id Henrico filio, qui coronari in Italia affectabant. Rem hanc *narrat prolato Diplomate Sigonius.* Negotium Conſtantiæ tranſactum eſt Kalend. Iulij: & vulgò adhuc Conſtantiæ pax nominatur. Diploma hoc, Baldus Iuriſconſultus Commentarijs illuſtrauit, *Naucler. vide Appendicem ad Authenticorum Collationes.* deceſſit Henricus Iunior, Regis Angliæ filius natu maximus. *Neubrig. lib.* 3, *capite ſeptimo.* Coterelli Hæretici ad ſeptem millia interfecti, in Prouincia Bituricenſi, *vt narrat Antonius Tomo* 2. *titulo* 17. §. 17.

1184 | 3 Lucij 3. | 1 Comneni. Andronici | Indict. 2. | 4 Philippi 2. Augusti.

Friderici I. *Barbaroſſæ Regis* Rom. *an.* 32. *Imperantis* 30. Inclinatis in Oriente Chriſtianorum rebus, Saladinus hoſtis acerrimus, totam Orientis barbariem in noſtros nunc armabat. Ab hoc anno, res ſemper in deterius prolapſæ: *ex Tyrio lib.* 23. qui hic finem ſuæ imponit Hiſtoriæ. Tumultuantibus in Vrbe Romanis, & penè exitium Pontifici minitantibus, Lucius, peragratis aliquot vrbibus, Veronæ ſubſtitit: vbi adfuit Imperator: actumque de inſolētia Romanorum reprimenda, & expeditione in Terram Sanctam: ſed cùm Imperator ea, quæ Mathildæ erant, reddere Eccleſiæ abnueret, Papa filio Coronam negat: atque ita rebus infectis diſceſſum eſt. *Sigō. Platin. Baron. Arnoldus Lubec. lib.* 3. *capit.* 10. hæc, inter Imperatorem & Papam geſta, *referenda putat ad annum* 1185. vbi de his agens, negat habitum Veronæ Concilium.

1185 | 4 Lucij 3. | 2 Andronici Comneni. | Indict. 3. | 5 Philippi 2. Augusti.

Friderici I. *Barbaroſſæ Regis* Rom. *an.* 33. *Imperantis* 31. Andronicus, qui omnium in ſe odium concitauit, trucidatur à populo, 14. Septemb. Imperium capeſſit Iſaacius Anglus. *Nicetas* hanc Tragicam de Andronico, expulſâ Comnenorum familia Hiſtoriam *prolixè deſcribit:* & vaſtatam Theſſalonicam à Latinis, Duce Guillelmo Siciliæ Rege. eademque *refert hoc anno Baron.* Ob Veromāduenſem Comitatum (cuius primaria ciuitas hodie eſt, Auguſta Veromanduorum, vulgò S. Quentin) exorto antea bello, inter Flandrum, & Franciæ Regem, coactum Comitem Regis voluntati parere, narrant aliqui hoc, vel præcedente anno. *vide* 1182. *addit author Appendicis ab Sigebertum,* qui nunc viuebat, Comitem ab eo tempore, poſthabitâ Francicâ amicitiâ, ſe Beneficiarum Regis Germaniæ profeſſum. Diem clauſit Alfonſus Henriques, filius Henrici Lotharingi, primus Luſitaniæ Rex, 6 Decembris: ſuccedit Sanctius filius. *Mariana lib.* 11. *c.* 16. Rectéque annum obitus conſignat. vita ceſſit Rex Hieroſolymorum Balduinus, huius nominis 4, idque 16 Martij. Obijt poſt octo menſes Balduinus nepos, deſignatus ſucceſſor: & dùm Sibylla Templariorum fauore Principatum arripit: Saladinus Cæſaream, & Tiberiadem occupat. *Aemil. Blond. Neubrigen.* Lucius Papa Orientalibus curis oppreſſus, moritur Veronæ 7 Kal. Decembris. Conuocati Cardinales, Lambertum Mediolanenſem Archiepiſcopum & Cardinalem eligunt. dictus eſt Vrbanus 3.

1186 | 1 Vrbani 3. | 1 Iſaaci 2. Angeli. | Indict. 4. | 6 Philippi 2. Augusti.

Friderici I *Barbaroſſæ Regis* Rom. *an.* 34. *Imperantis* 32. mortuo Andronico Comneno, & pulſa Comnenorum è ſolio familia; ſupererat Iſaac Andronici filius, qui fuga euadens in Pontum & Colchidem, nouo Imperio initium fecit. *Laonic. lib.* 6. pace inter Fridericum, Guillelmum Siciliæ Regem conſtituta, acceſſit affinitatis vinculum. Henrico Friderici filio, iuncta matrimonio eſt Conſtantia (Fabula eſt Conſtantiam hanc Monialem fuiſſe) quæ Guillelmo ſine prole moriente, Siciliæ Regnum ſecum

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			erat Henrico allatura. Italia Henrico Regi cõmissa ac pacata, Fridericus redit in Germaniam. *Sigon. Baron.* Mediolanensibus ius datum creandi Prætoris, qui & Comes esset, & Imperium haberet vitæ ac necis. *ex eodem Sigon.* Basilio Patriarcha Constantinopolitano pulso, subrogatur Nicolaus 5. *Nicetas.* Hugo Linconiensis Episcopus creatur, ex Priore Carthusiano. *Rogerius.*	
1187 Indict. 5.	2 Vrbani 3. Greg. 8.	2 Isaaci, Angeli.	*Friderici* I. *Barbaroſſæ Regis Rom. an.* 35. *Imperantis* 33. Fridericus, motus precibus Legatorum Papæ, expeditionem parat in Oriẽtem. *Vrspergen.* Tripolitanus, & Isaacius *(ex Conradi literis apud Baronium)* Saladino Babyloniæ Regi fauentes, res Christianorum in Oriente sua perfidia deploratas reddiderunt: nam post Tiberiadẽ à Saladino captam, deletumque Christianorum exercitum ineũte Iulio, Saladinus Ptolemaide potitur: & exeunte Septembri Vrbem Hierosolymã capit: capto etiam Vidone Lusignano nouo Rege: nec quicquam Christianis in Syria & Asia remansit, præter Tyrum, Tripolim, & Antiochiã. *Aemil. Sigon. Blond. Sabel. Neubrig. lib. 3. c.* 14. moritur interim Vrbanus Ferrariæ, 17 Octobr. mox subrogatus est Albertus Cardinalis Presbyter, Beneuentanus, dictus Gregorius 8 qui tamen 17 Kalend. Ianuar. Pisis obiit; dùm Christianos Principes, quos potuit, armat in Barbaros. *Sigon. Baron. Neubrig.*	7 Philippi 2. Augusti.
1188 Indict. 6.	1 Clemẽtis 3.	3 Isaaci 2. Angeli.	*Friderici* I. *Barbaroſſæ Regis Rom. an.* 36. *Imperantis* 34. Post dies 20 à morte Gregorij, eligitur 8 Idus Ianuarii Paulinus Cardinalis Prænestinus, patria Romanus, dictus Clemens 3, rebus cum Romanis compositis *(*iis cõditionibus, *quas narrat Baron.)* magnâ omnium lætitia Vrbe exceptus est: & curis ad Orientem applicatis, armat magno animorum ardore in Barbaros; Imperatorem, tres Reges, Francum, Anglum, Siculumque, & Principes alios non paucos. dùm hæc aguntur, Saladinus Antiochiam cepit. Reges Francus, & Anglus, dùm Sacram Expeditionem parant, bellum inter se fœdum excitarunt, in quod etiam tempus, incidit mors Guillelmi Regis Siculi, & licèt Regnum ad Constantiam Henrici Regis Italiæ vxorem pertineret; tamen Siculi Tancredum sufficiunt, Rogerij Regis nepotẽ ex concubina susceptum. *Hugo Falcand. Sigon. Rogerius in Annal. Anglorum, & alij.* Cæterùm Auenius, cum lecta Francorum manu, & classis Veneta in Orientem perueniunt. Imperator verò rectà per Hungariam neglecto Ioachimi in Calabria Abbatis vaticinio, qui respondit nondùm aduenisse tempus, quo Hierosolyma à Christianis recuperaretur. sed hunc, pseudoprophetam in plerisque rebus fuisse *ostendit Baron. an.* 1190. *num.* 5. Itinerarium Friderici *scripsit Arnoldus Abbas, Chron. Slau. lib.* 3 *cap.* 29. *Nicetas.*	8 Philippi 2. Augusti.
1189 Indict. 7.	2 Clemẽtis 3.	4 Isaaci 2. Angeli.	*Friderici* I. *Barbaroſſæ Regis Rom. ann.* 37. *Imperantis* 35. Imperator Fridericus, captis multis Iconiæ ciuitatibus, vsque in Ciliciam penetrauit, magno Turcis iniecto pauore. *Vrspergen.* obijt Henricus Angliæ Rex pridie Nonas Iulij. Richardus, huius nominis primus, filius ac successor Angliam ingressus, coronatur 20 Septembris, & pace constituta cum Philippo Franciæ Rege; decernunt ambo expeditionem in Orientem. *Sigon. Neubrig. Mathæus vterque, & Polid.* iam bellum ex morte Guillelmi Siculi inter Henricum Constantiæ maritum, & Tancredum gerebatur. *Rogerius, Hugo Falcandus.* Tancredo fauebat Pontifex, *inquit Neubrigensis*, à quo accepit Inuestituram, *ex Arnoldo Abbate Lubecensi.* obiit Elisabet Galliæ Regina, *de qua vide annum* 1180.	9 Philippi 2. Augusti.
1190 Indict. 8.	3 Clemẽtis 3	5 Isaaci 2. Angeli.	*Friderici I. Barbaroſſæ Regis Rom. an.* 38. *Imperantis* 36. Fridericus in Armenia, positis ad Serram amnem castris, 3 Idus Iunias, amnem refrigerãdi causa ingressus, vi aquarum absorptus est, magno rei	10 Philippi 2. Augusti.

Christianæ detrimento. Conradus filius, ducto in Syriam exercitu, se Christianis, qui Ptolemaidem obsidebant, coniunxit. *Vrsperg. Naucler. Sigon.* duo Reges, Richardus Angliæ, & Philippus Franciæ, in Siciliam tandem perueniunt hoc anno. de Richardi itinere, & aliquo dissidio cum Franco Rege, *lege* Rogerium, *ex professo, hæc in Annalibus Angliæ scribentem.*

1191 | Indict. 9. | Pont. 1 Cælestini 3. | Imp. 6 Isaaci 2. Angeli. | Reg. Franc. 11 Philippi 2. Augusti.

Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperat. ann. 1. Clemens Pontifex Romanus, 8. Kalend. Aprilis diem clausit: post quatuor dies subrogatur Iacynctus Cardinalis, Romanus, dictus Cælestinus 3. qui 18 Kalend. Maij Henricum, (prius tamen recepto Tusculo) cõsecrauit. *Sigonius.* de hoc Henrico *vide an. 1186.* Henrico inde longius posito, & Neapolim obsidente, Romani extorquent Pontifici Tusculum, & euertunt. *Sigon.* Henricus peste cogente soluit obsidionem. capta Constantia vxor, ductaque in Siciliam ad Tancredum. in Germaniã regreditur Imperator, commissa militiæ cura Diopoldo. duo Reges, Philippus, & Richardus, è Sicilia soluentes iungunt se Christiano exercitui, & Ptolemaidem recipiunt 5. Idus Iulij. redit Philippus è Syria. Richardus Ioppem, aliaque recipit. *Blond. Neubrig. Sabellic. Sigon. notat* Marchantius, in hunc annum incidisse mortem Philippi, Comitis Flandriæ in Syria. Flandriam tenent Margarita Philippi soror, & Blanduinus maritus, quartus Hannoniæ Princeps. nunc fundata vrbs in Rhetijs Verona, vulgo Bern. *Chron. Heluetiorum.* finem viuendi fecit Ferdinandus Rex Legionensis, *ex* Roderico, Æra 1228. succedit Alfonsus filius. quod *Mariana narrat lib. 11. capit. decimo sexto, & decimo septimo.* de reditu Richardi Regis ex Oriente per Germaniam, & quo casu à Luitpoldo Austriæ Duce (*Sigon.* 1192 Humboldum vocat) quod eum in Syria offendisset iniurijs, vt ipse dicebat, captus ductusque sit ad Imperatorem, *Rogerius, & Baron.* hoc anno sedere cœpit Georgius Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitan. *ex Niceta.* non autem post biennium, vt aliqui putarunt. huic dicauit Commentarium suum Theodorus Balsamo, nomine quidem Patriarcha Antiochenus (eam enim Sedem iam Latini tenebant) sed manens Constantinopoli, & Latinis infensissimus Scriptor. *lege Baron. an. 1191. num. 51. & 52.* studuit ille passim ostendere, Constantinopolitanum patriarchatum, parem priuilegiis esse Romanæ Ecclesiæ.

1192 | Indict. 10. | Pont. 2 Cælestini 3. | Imp. 7 Isaaci 2. Angeli. | Reg. Franc. 12 Philippi 2. Augusti.

Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperat. ann. 2. Diopoldus Salernum recipit, relictus in Campania ab Henrico. Tertius nunc Sacræ militiæ Ordo contra Saracenos, additus est ad Rospitalarios, & Templarios, dictus Teutonicorũ. *Sigon. Aubert. de Orig. Milit. Ord. & Vitriacus Hist. Oriet. c. 66.* hi Cruces nigras albis chlamydibus assuebant. Lauro Venetorum Duci succedit Henricus. *Sabell.* nunc scripsit Theodorus Balsamon meditata illa, seu responsa, de Patriarcharum Priuilegijs: vbi virus suum euomuit in Romanam Ecclesiam, homo nihili. *extant illa, lib. 7. Tom. 1. Cod. Iuris Orientalis,* sed reprehensa ab ipsis Græcis, *vt obseruauit Baron. 1191. num. 62.* concessit nunc, declarauitque Cælestinus Papa, Ecclesias Regni Scotiæ, non subesse Metropoli Anglicanæ. extat Diploma *apud Baron. hoc anno.* Cencius Camerarius librum Scribit de Censu Romanæ Ecclesiæ, qui à varijs pendebatur. *Baron.* agit Cælestinus, vt Constantia, capta à Siculis (1191.) libera restituatur Hẽrico. *Chron. Fossæ nouæ.* breui post hæc obijt Tancredus. hanc Normannorum in Italia historiam *habet Pandul. an. 1082. & deinceps, vsque ad an. 1195.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1193 Indict. 11.	3 Cælestini 3.	8 Isaaci 2. Angeli.	Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 3. rediit ab expeditione Orientis Dauid, frater Guillelmi Regis Scotiæ, qui in Sacro Bello comitatus est euntem Richardum Angliæ Regem. extructa & dotata nunc in Scotia Monasteria de Lendoris, & Aberbrothense. *Lesleus in Guillelmo.* Imperator iurat, se Richardum Regem libris centum millibus argenti solutis liberaturum: numerata pecunia : & Richardus Martio mense anni sequentis in Angliam venit. *Annales Sigonius.* interim vita cessit Tancredus, relicta Sibylla vxore, & Guillelmo filio vnico. *Pandulf. Col. in fine libri tertii.* audita morte Tancredi Regis Siculi, Henricus parat in Neapolitanos & Siculos expeditionem.	13 Philippi 2. Augusti.
1194 Indict. 12.	4 Cælestini 3.	9 Isaaci 2. Angeli.	Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 4. Richardus Rex nunc appulit in Angliam. Luitpoldus mali author, post Excommunicationem à Cælestino iniectam, dedit pœnas sceleris in hunc Regem commissi. *Neubrig. lib. 5.* Henricus Imperator, ducto in Italiam exercitu, & Genua soluens, Caietam ac Neapolim deditione accepit: mox in Siciliam traiiciens, Regno potitur. Sed fidem Sibyllæ Reginæ datam, qua filium Guillelmum Tarenti Principem se relicturum promisit, turpiter violauit: ibi tandem Constantiam coniugem receptam, secum coronari fecit. *Sigon.* moritur Sanctius Rex Nauarræ 2, & filius Garsiæ, (Vasconum Regem *vocat Mariana,*) regnat Sanctius prioris filius, dictus Fortis. *Vas. eus, & Neubrigen. lib. 5. cap. 2.* Cazimirus Poloniæ Rex veneno extinguitur: Regnum hoc tenet Lescus filius, sub tutela matris. *Martin Cromer.* diem clausit Saladinus, totius ferè Orientis Princeps, bello clarus. hic Testamento iussit, indusium lineum ante funus gestari, & voce precoñis renuntiari, hoc tantum asportasse secum magnum Saladinum. *Blond. Sabel. Historia Terræ Sanctæ.* Eboracensis Concilii, & 12 Canonum editorum, *meminit hoc anno* Rogerius: *refertur etiam à Baronio.*	14 Philippi 2. Augusti.
1195 Indict. 13.	5 Cælestini 3.	1 Alexij 3. Angeli, Senioris.	Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 5. Alexius Angelus fratrem suum, de se optimè meritum, Isaacium Imperatorem, captum priuat oculis, & Imperium occupat. hic, abnegato familiæ suæ nomine, voluit dici Comnenus. *Nicetas.* Alexis Isaacii filius, admodum adolescens, euadens tandem, in Latinorum fidem se recepit. *vide annum* 1203. Henricus pessimo exemplo violatæ fidei, causatus quandam in se conspirationem Siculorum, Sibyllam Reginam carceri mancipat, Guillelmum filium priuat luminibus, & alios acerbè mulctat Tancredi amicos: in quo sic desiit Guiscardorum familia, annis 257 à primo eius fundatore exactis, seu ab inchoata hac Normannorum dynastia. *Vrspergen. Pandulfus, Blond. Sigon.* Philippus Rex Franciæ Engerbergam Daniæ Regis filiam ducit vxorem, quam breui posteà repudiauit. *sed vide* 1201. Henricus in Germaniam regreditur, Conrado Siciliæ præfecto: quando etiam in detrimentum Romanæ Ecclesiæ, Rauennam, & Mathildæ terras, quibus volebat, distribuit. Miramomalinus ex Africa ingentes copias ducit in Hispaniam: aduersus quem duo Reges Castellæ & Arragoniæ malè pugnant ad Alarcum oppidum, Æra 1233. *ex Roderico,* & proinde hoc Christi anno. *Mariana lib. 11. cap. 18.* habet hic annus inter Franciæ & Angliæ Reges inchoatum bellum: sed post varia castra oppidaque hinc inde expugnata, anno exeunte constituta pax est. Cælestinus Henricum ob iniustè exactam à Richardo Angliæ Rege pecuniam restituere renuentem, anathemate obstringit. *Innocen. lib. 1. Epist. 230. 236. & 242. vide annum* 1191. & 1194. vita concessere Margarita & Balduinus in Flandria, *de quibus ad an.* 1191. succedit Comes Balduinus 9, futurus Imperator Constant. anno 1204.	15 Philippi 2. Augusti.

Henrici

1196 | 6 Cælestini 3 | 2 Alexij 3. Angeli, Senioris. | Henrici 6. Regis German. 5. eius nominis Imperatoris an. 6. Iterum, & exeunte hoc anno ventum est ad arma, inter Francum, & Anglum. Philippus Rex Normanniam inuadit. *Neubrig. Annal. Franc.* Constantia Imperatrix Fridericum peperit: qui post Imperator euasit. *Sigon.* Ferrariæ Adelardorum virili stirpe extincta, Ducatus Ferrariensis aliquod principium sumpsit in Azone Marchione Atestino: qui Marchesellam Guillelmi Adelardi filiam sibi iunxit connubio, magnarum opum hæredem, si vera *scribit Sigonius.* sed de hac familia, aliisque per Italiam Dinastiis iam plura subiiciam. Castellæ Rex Alfonsus Nobilis, iunctis cum Aragonio copiis, Regem Legionensem Cognominem, qui Mauros sibi confœderauerat, profligat. *Rodericus Tolet.* Iudæi antea pulsi, reuocantur in Franciam à Rege Philippo. Alfonsus Aragoniæ Rex, qui virtute nulli cedebat; vita cessit, Perpiniani 7 Kalend. Maii. Petrus è filiis natu maximus Regnum capessit. Alfonso filio Comitatus Prouinciæ datus. *Mariana lib. 11. capit. decimo nono, Tarafa.* Bela Hungariæ Rex diem claudit: regnat filius Emericus. *Bonfin.* | 16 Philippi 2. Augusti.

Indict. 14.

ATESTINORVM IN ITALIA dynastiæ & anni.

SI prima Atestini principatus initia, quis requirat: ea nonnulli repetunt à tempore collabentis Imperii Occidentalis, & annis aliquot ante aduentum Herulorum duce Odoacre in Italiam. nempe ab anno Christi 402. Qui nomen familiæ dedit, & in hac Dynastia primus recensetur, fuit C. Atius, Decurio Atestis. post quem numerantur Atestini principes Aurelius anno 414. Tyberius anno 418. & alii longo ordine, nõ tantum Atestis, sed etiam interdum Vicetiæ, Feltriæ, Taruisii, & Ferrariæ domini. vt ostendet sequens narratio.

Ergo in hac Principum serie, post Berẽgarium (qui anno Christi 780 Principatum tenuit, Taruisii & Atestis Cõmes) succesſit Otho Taruisii Princeps, Ateitis & Chomacli dominus, anno 840. ab Othone vero duæ potissimùm fluxere Atestinorum Dynastiæ. prior habuit Principes Sigifredum anno 868. Azonem primum eius nominis anno 945. Thedaldum 970. & Bonifacium anno 1007. Hic magnarum opum Princeps, Dux fuit Ferrariæ, Marchio Veronæ, Comes Lombardiæ, Lucæ, Parmæ, Regii. Placentiæ, Mutinæ dominus & Comes Canusii. vxorem habuit Beatricem, Henrici 3 Imperatoris filiam; ex qua susceptit Mathildem, harum opum hæredem, & de qua fit mentio ad annum 1077 & 1115.

Altera ab Othone series, magnos quoque numerat Principes, non tantum in Italia, sed & in Germania Bauariæ Duces. In hoc numero sunt Adelbertus, Vdones plures, Henrici aliquot, & Azones duodecim. quorum duodecimus attigit annum Christi 1384.

Dum autem excurrunt, quæ ab Othone numerãtur Dynastiæ: initium aliquod vt iam indicaui, accepit ducatus Ferrariensis, sub annum 970, in Thedaldo illo qui Mathildem paulo antecessit. Sed nouã plenãque fecit Ferrariæ ciuitatis potestatẽ Estẽsi Põtifex, vti obseruo ad annũ 1340. Et tamẽ in hac Principũ virorũ

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			ſerie nouiſſima, (ſi Ducum titulos ſpectes) ſolūque poſt Nicolaū huius nominis tertium (qui ab anno 1393, fuit Ferrariæ, Mutinæ, Regii, Parmę, & Æmiliæ dominus) ſolet deſignari primus Ferrariæ Dux. is fuit Hercules, huius nominis primus, qui anno 1471 ſcribitur Ferrariæ, Mutinæ, Regii & Ateſtis dominus. poſt quem, tenuit ducatum eundem Alfonſus anno 1504. Huic ſucceſſit Hercules ſecundus huius nominis, an. 1534. & tandem Alfonſus ſecundus an. 1559. qui ſucceſſorem accepit anno 1598; quando Cæſari Eſtenſi, Ducis Alfonſi patrueli, & adoptiuo filio, manſerunt feuda ſedi Apoſtolicæ non obnoxia, & Ferraria Pontifici reddita eſt, vti ad eum annum obſeruo.	
1197 Indict. 15.	7 Cæleſtini. 3.	3 Alexij 3. Angeli, Senioris.	*Henrici 6. Regis German. V. eius nominis Imp.* 8. Ineunte Martio, Germaniæ Principes plurimi in Syriam profecti, Ioppen obſident, & Principatum Antiochenum recuperant. *Vrſpergen. Blond. Sigon.* Henricus Imperator, mutato conſilio, hæſit in Europa, & in Sicilia, vbi obiit menſe Septembr. relicto Friderico huius nominis 2, & trium annorum puero, ſub tutela Conſtantiæ matris, quem illa paulo poſt, vtriuſque Siciliæ Regem fecit coronari. *Chron. Ger. Sigon.* de Friderici natalibus & ætate. *lege hic* Barō. *num.* 7. vacat per aliquot annos Imperium occidentale. neque enim Philippum Sueuiæ Ducem, & defuncti Imperatoris fratrem; neque Othonem 4. Ducem Saxoniæ, legitimè regnaſſe exiſtimant Hiſtorici permulti. Bellum inter Francum, & Anglum Reges etiam hoc anno protractum, excepit pax, vel induciarum pactio. *Neubrig.*	17 Philippi 2. Auguſti.
1198 Indict. 1.	1 Innocentij 3.	4 Alexij 4. Angeli. Senioris.	*Vacat Impsrium Occidentale, vti iam dixi.* moritur Celeſtinus Papa 8 Ianuarii, *ex Onuph.* ſed *Vrſpergen.* Februarium *notat:* ſuffectus eſt omnium Cardinalium conſenſu Lotharius Anagninus, ex Canonico, dictus Innocentius 3. vir tantùm à bonis omnibus meritò laudatus, quantum, vel callidè vel ironicè vituperatur *à Vignerio Gallo.* hic Pontifex ſtatim Marchiam, Romaniam, & Spoletanum Ducatum Romanæ Eccleſiæ ademptos fundos recepit; pulſis Ducibus ab Henrico datis, Marcoaldo, & Conrado: rem geſtam *narrat ad hunc annum Sigon.* menſe Nouembr. Innocentius Fridericum Conſtantiæ filium inſtituit Siciliæ Regem: ſed breui moriens Conſtantia, filium Fridericum reliquit ſub tutela Innocentij. interim Germania duas fouebat factiones: vna pro Othone Saxone ſtabat; qui prior Aquiſgrani Coronam accepit: altera pro Philippo Henrici fratre, ex Sueuiæ familia. Philippus, vt Pontificis fauorem ſibi conpararet, Tuſciæ Ducatum (præter Montem Flaſconem) Pontifici dimiſit: donatis etiam libertate Siciliæ obſidibus. *Sigon. Vrſpergen. Antoninus, & alij.* redintegrato inter Francum, & Anglum bello; primùm, male à Francis pugnatum eſt in Normannia, deinde æquè infeliciter ab Anglis hoc eodem anno. Simon Comes Montfortius Francorum ductor è Gallia, Syriam ingreſſus, victoriam inſignem retulit, & pace decennali cum Turcis firmatâ, redit in patriam. *Blond. Hiſtor. Terræ Sanctæ.*	18 Philippi 2. Auguſti.
1199 Indict. 2.	2 Innocentij 3.	5 Alexij 3. Angeli, Senioris.	*Vacat Imperium Occidentale.* Innocentius, miſſo verſus Neapolim exercitu, Marcoaldum auertit: & Regnum illud, optima fide ac tutela Friderico confirmat: tādemque Marcoaldus, religionis metu ad officium redijt. his peractis, Innocentius ad res Orientis curandas conuertitur. *Sigon.* ac quibus potuit rationibus egit, vt ſublato inteſtino Italiæ bello, imminentem auerteret populorum in Longobardia cladem: *vt ex Innocentij literis teſtatur idem autor,* qui hic finem Hiſtoriæ ſuæ imponit. nec vltra eundem annū progreſſus eſt *Baronius Cardinalis,* vir de Eccleſia Dei	19 Philippi 2. Auguſti.

optimè meritus, omnique laude dignissimus, post pactas quinque annorum inducias, operâ Innocentii Papæ inter duos Reges, Anglum & Francum, Richardus rex factâ excursione ad castrum quoddam Lemouicense (Calatum vocant) sagitta vulneratus, obiit 6 Aprilis. *Æmil. Polyd. lib. 14. in fine.* Lemonices Richardi erãt beneficiarii: sed à Franco stabant: successit ergo Ioannes Comes Morentonius. *Appendix Sigebert. & Polyd. Math. Paris, ac Rogerius in Ioanne.* hæredem Regni se dicebat Arthurus Britanniæ Dux, ex Gothofredo natus: qui Ioannem fratrem ætate antecedebat: sed Arthurum prius oppressit Ioannes, quàm Franci auxilio venire possent. magnus nobilium numerus sub Duce Theobaldo, Campaniæ Comite, è Gallia tendit in Orientem: omnes Cruce solenni armati. *Godifred. initio suæ Historiæ, de capta Constantinop.* diem clausit Georgius Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus, succedit Ioannes Camaterus; *ex Constitutione, quam hoc anno edidit. extat in Collectione Legum Orientalium lib. 4.*

1200 Indict. 3. — 3 Innocẽtij 3. — 6 Alexij 3. Angeli, Senioris. — 20 Philippi 2. Augusti.

Vacat Imperium Occidentis. pacem hoc anno constitutam, eiusq; conditiones inter Anglum & Francum Reges, *habes apud Continuatorem Sigeberti, Mathæum Paris, Annal. Franc. Rigordum, & Rogerium.* mota nunc sunt Castellæ & Arragoniæ Regum arma, in Nauarræ, seu Vasconum Regem Sanctium: & Sanctio in Africã digresso, varias Regni ciuitates captas inter se partiuntur. *Roderic. Tolet. Mariana lib. 11. cap. 20.* Obiit Otho Burgundiæ Comes Palatinus, filius Frideric. Imperatoris: filias duas reliquit hæredes: vnde nata de successione dissidia, *quæ narrat Paradinus.* Ibancus Constantinopoli, maiorem quam decuit authoritatem nactus, defecit ab Imperatore Græco: homo strenuus, ex Mysia oriundus: sed dolo Imperatoris specie colloquii captus, in carcerem truditur. *Nicetas lib. 3. de gestis Alexii Angeli.*

CENTENARII DECIMI TERTII INITIVM.

Regna. *IN Germania post aliquot annorum Interregnum, restitutũ in Othone Imperium est Guelphorum, & Gibellinorum factiones Italiam acerbè exagitarunt: habuitque Sicilia sub Manfredo notho, Carolo Franco, & Arragonijs magnam Principum mutationem. post inclinatas plurimum in Syria res Latinorum, capi contigit Constantinopolim à Gallis, & Venetis, anno huius Seculi quarto. amissa iterum post annos 55. interim Græci in Colchide, Bithynia, & vetere Epiro regnant vsque ad recuperatam à Palæologo Regiam Vrbem.*

Status Ecclesiæ. *ECclesia Græca ab anno 1204. vnita Latinæ, discessione parat anno 1237. Habita in Occidente Concilia Lateranense, & Lugdunense Generale, pacem dederunt Ecclesijs securiorem, damnatis ibi Albigensibus, abdicato etiam Friderico. Alterum eiusdem Seculi Lugdunense Concilium, Græcos habuit Latinæ Ecclesiæ consentientes.*

Doctrina. *ECclesiæ, & Traditionum authoritas. D. Thom. Aquin. 3. p. q. 25. a 3. ad 4.* Primatus. *idem Doctor. 2. 2. q. 39. a. 1. Lateran. Concil. sub Innocen. 3 cap. 5.* Liberum arbitrium. *D. Thom. p. 1. q. 83. a. 1. Alex. Halẽ. p. 1. q. 26. in 4. a. 3.* Bona Opera, & Merita. *D. Thom. 1 2. q. 114. a. 3. Lateran. Concil. sub Innocent. 3. c. 1. in fine.* Sola fides excluſa. *D. Thom. 1. 2 q. 65. a. 4.* Eucharistia, & Sacrificium. *D. Thom. 3. p. q. 75 a. 1. & 2. & Gregor. 9 refertur de Sum. Trin c. firmiter.* Pœnitentiæ Sacram. *D. Thom. opuſc. 8. sub finem. Concil. Later. sub Innoc 3. c. 21. refertur etiam in c. Omnes vtriusque sexus.* Purgatorium. *D. Thom lib. 4. cont. Gent. c. 91. q. 23. a. 3.* Cælibatus. *D. Thom 2. 2. q. 186. a. 4.* Abstinentia à cibis, *idem Doctor. 2. 2. q. 147. a. 3.*

Christi	Pont.	Imp.	496 RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Frãc.
1201 Indict. 4.	4 Innocentij 3.	7 Alexij 3. Angeli, Senioris.	VM *vacat* adhuc *Imperium Occidentis*, Philippus Sueuorum Dux, anno 1191, coronatus Mogũtiæ, (cui fauebat Franciæ Rex,) & Otho Dux Saxonum, sorore Richardi Regis Angliæ genitus (quem Angliæ Rex, nepotem nempe suum tuebatur) inteſtino bello atque acerbo vexant Germaniam. Nec pax Germanis fuit, donec vtroque mortuo, Fridericus 2, iustus hæres, Regnum, cúm adoleuiſſet, capeſſeret. *Vrſpergen. Chron. Genebrard. Æmil.* Legati à Pontifice in Gallias miſſi, effecerunt vt Rex Engerbergam vxorem legitimam reciperet, *vide an.* 1195. Sibylla Tancredi in Sicilia vltimi Regis filia, euadens ex Germania in Galliam, filiam natu maximam connubio iunxit Gualtero Brennenſi in Campania Comiti. frater is eſt Ioannis Brennẽſis, qui poſteà erit Rex Hieroſol. *Pandul. libro.* 4. hoc titulo fretus ille, cum paucis Calabria & Appulia potitur, *vt narrat Godifredus, Villarduinus in Hiſtoria capt. Cõſtãtinopolis, & Landulfus lib.* 4. Obiit Dux Lotharingiæ Simon, huius nominis	21 Philippi 2. Auguſti.

2. Succedit Fridericus frater, *Richard. Vasseburgen.* Simon cognomento Thuruaius Theologus, nimis altè sapiens, sibique fidens repente memoria caruit, ita vt nec nominis sui, nec primorum elementorum recordaretur. *Polydor. Vergil. lib.* 15. *in fine*, & *Mathæus Parisius in Ioanne, ad hunc annum.*

1202 | 5 Innocētij | 8 Alexij 3. Angeli, Senioris. | 22 Philippi 2. Augusti.

Indict. 5. 3.

Vacat Imper. Occident. Narrat Conradus Episcopus in Chron. Mogunt. Papam fauisse Othoni in Germania, damnata factione Philippi. Misi hoc anno Thraciam vexant, & forte, *inquit Nicetas*, Constantinopolim peruenissent, nisi Rossi opem tulissent Christianis. Nunc Anglo Regi diem dixit Philippus Franciæ Rex, ob commissum parricidium in Arthuro nepote, & illatam Aquitaniæ Proceribus iniuriam. ad quam cùm non adesset, damnatur sceleris: decretumque, videri eum excidisse iure Prouinciarum, quas Beneficiarii nomine à Franco accepisset. *Æmil.* Expeditio Gallorum Procerum parata in Orientem, Venetos hoc anno iuuat itinere, ad Slauoniæ ciuitates quasdam recuperandas. *Godifred. Villar.* In Polonia obiit Miecislaus Rex: succedit filius Vladislaus. *Martin Cromer.* In hunc annum *Paradinius coniecit* obitum Humberti Sabaudiæ Comitis: cui suffectus est Thomas filius, sub tutela Comitis Burgundiæ.

1203 | 6 Innocentij | 1 Alexij 4. Angeli. Iuniorис. | 23 Philippi 2. Augusti.

Indict. 6. 3.

Vacat Imperium Occident. Anglo Rege fidem Innocentii pontificis, *inquit Æmilius*, implorante: missi Legati, qui iubebant arma ab vtroque Rege deponi, pacemque dari templis. Francus, ratus sic victoriam sibi è manibus eripi, Pontificem appellat: atque interim ius suum persequitur, pluribus Normanniæ locis iam occupatis. In Oriente Iunior Alexius, filius Isaaci Angeli, *de quo* 1195. in Latinorum è Gallia venientium, Sacram Expeditionem sedat: persuadetque Attalicis conditionibus, vt eorum ope Imperio restituatur. Quod ipsi strenuè præstiterunt mense Iunio: vi capta vrbe Constantinopolitana, & coronato Alexio Iuniore, vna cum patre Isaacio liberato. Enituit ibi imprimis Venetorum virtus, *lege de hac re Godifredum Villarduinum, & Nicetam lib.* 3. *in Alexio Comneno.* Florebat nunc Helinandus Monachus, Historicus.

1204 | 7 Innocentij | 1 Imperant Latini. | 24 Philippi 2. Augusti.

Indict. 7. 3.

Vacat Imperium Occidentis. Cùm Anglus bello Francico non sufficeret repellendo, ipse se in Angliam recipit. Rothomagenses deditionem faciunt, sequutæ reliquæ vrbes Normanniæ vniuersæ, quæ sic in potestatem Francorum rediit, circa Iulium mensem, anno 317. ex quo eam Normannis concesserat Carolus Crassus. Ab inuestitura Rolloni facta, *Annales Franciæ numerant*, 292. *Æmilius*, 270. huc vsque *Rogerius Houendenſis*, Angliæ Historiam protraxit. duo Imperatores Orientis, dum aut non possunt, obnitente multitudine; aut renuunt stare pollicitis, occumbunt. pater morbo decessit, filius à Myrtilo tumultantium Duce (ne pactas Latinis pecunias solueret) strangulatur, vigesimo sexto Ianuarii. Ergo Franci, Venetique, inito arctiore fœdere, Vrbem inuadunt, & pridie Idus Aprilis recipiunt, victoria nobilissima parta. Consensu Principum Balduinus Flandriæ Comes eligitur Imperator Constantinopolitanus, coronatus 16 Maii, breuique Græciæ & Macedoniæ ciuitates accepit. Venetis cessit Creta, cum Ægei maris insulis. Bonifacius Monferratensis Thessaliæ, & Peloponesi Rex dictus est. Athenas, & Achaiam accepit Godifredus, & Tricassium nobilitate. Ita rem gestam *narrat Nicetas*, *Villarduinus*, *Balduini Imperatoris epistolæ*, *Æmilius in Philippo Augusto*, & *Historici Veneti*, *qui posteriores Scriptores cum Æmilio*, *notant* è Veneta nobilitate datum Thomam Maurocenum Patriarcham. certè ab hoc tempore vsque ad Germanum, Patriarchæ omnes constanter Romanæ Ecclesiæ obtemperabant. sed contra hunc Thomam à Latinis pri-

I Balduini, I. Flandri.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			mum Patriarcham. sedit Michael 4. *de quo* 1206. Dum hæc aguntur, Meladinus cœpit præesse Ægypto, & Cortadinus Damasco, Syriæque. Obiit Emericus Hungariæ Rex: successit Ladislaus filius. *Bonfin.* Sanctus Dominicus, hoc, vel sequenti anno (variant enim Scriptores) Ordinem suum instituit, magno Ecclesiæ bono. *Onuph. Matheus Carsulanus, Chron. Comit. Monfort.* Albigensium, seu Albianorum hæreticorum plures ad veram fidem reuocauit: his tamen Hæreticis fauebant Raimundus Comes Tolosanus, Rex Arragonius, & Flussatium princeps, in quos tandem, Simon à Monteforti, armatus Cruce Sacra immissus est, à Philippo Franco Rege, & Pontifice. *Blond. Æmil. Genebrard. Polyd. Vergil. lib. 16, Angliæ Hist. seu in Henrico 3.*	
1205 Indict. 8.	8 Innocentij 3.	2 Balduini 1. Flandri.	*Vacat Occid. Imp.* dum Balduinus Imperator obsidet in Thracia Adrianopolim, à Misis, seu Bulgaris, *inquit Nicetas*, pertractus in dispositas insidias, capitur ab hostibus 14 Aprilis. Henricus frater Imperatoris, rediens ex Asia: reparato exercitu rem gerit. *Nicetas, Gregoras*, qui hic Historiam inchoat, vbi fere desinit *Nicetas*, Latinis in hac Historia parum æquus: ita vt ne quidem interdum ab iniuriis temperet. reliquit Balduinus Ioannem & Margaritam filias ex Maria nepte Philippi Regis Galliæ: hæ vocatæ sunt Constantinopolitanæ: sed ex Bizantino patris Imperio nil præter nomen adeptæ sunt. de harum connubio & stirpe, *Marchat. lib. 2.* Recepit hoc anno Francus Rex aliquot Aquitaniæ vrbes. *Annal. Franc.* mortuo Anrico Dandulo ex vulnere in bello Constantinopolitano, subrogatur Petrus Zanni Dux Venetus. *Sabellic.* in Hungaria regnat Andreas 2, alter Belæ Regis frater. mortuo Ladislao nepoti succedit. *Bonfin.* Eremitarum Ordo nunc tandē à Papa approbatus, nomen ab Augustino accepit. *Nauclerus.*	25 Philippi 2. Augusti.
1206 Indict. 9.	9 Innocentij 3.	1 Henrici Balduini Fratris.	*Vacat Imperium Occidentis.* occiso in carcere Balduino à Misorum Rege, mox Constantinopoli Henricus frater mense Augusto renuntiatur Imperator, consensu Latinorum Principum. regnat annis 10. Alexius Comnenus Colchidem tunc tenebat. Michael Comnenus ex Angelorum familia, veterem Epirum, & Theodorus Lascaris Bithyniam in Asia, aliasque Prouincias. *Gregoras lib. 1.* Et hæc ille Imperia deinceps aucta describit. *Villarduinus* res Latinorum narrat. In Gallia Philippus Rex recipit Nannetes. Anglus Andegauum vastat: & pactis, vt aliqui narrant, induciis, regreditur in Angliam. *Rigord. Matheus Parisius, Æmilius.* Creta, seu Candia capta à Genuensibus, & recepta à Venetis, nouo bello dedit initium inter has duas Respub. *Sabel. Nicetas.* In Polonia Vladislaus Regno à suis priuatur; substituto Principe Lesco. *Martin. Cromer.* Græci Imperatores in Asia Patriarchā eligunt Michaelem Antorianum, mortuo Ioanne Cametero. *Onuph. Nicetas.* suos etiam, vti commemoraui, habuere Latini, 1204.	26 Philippi 2. Augusti.
1207 Indict. 10.	10 Innocentij 3.	2 Henrici, Balduini Fratris.	*Vacat Imperium Occidentis.* Pax tandem in Germania constituta, Philippus Sueuus Beatricem filiam Othoni dat vxorem; ea lege, vt Philippo mortuo Regnum ad Othonem deuoluatur. Altera filia data nepoti Pontificis ex fratre, cautumque, vt sic ad Romanam Ecclesiam Spoletanus Ducatus, Romania, & Marchia Anconitana, sine vllo impedimento, redirent. *Abbas Vrspergen. Naucler.* Henricus Imperator in Græcia, modo Theodorum Lascarim in Asia repellit; modò in Græciam regressus, Bulgaros obsidentes Adrianopolim aggreditur, donec tandem Lascari pax eam petenti, æquis conditionibus concessa est. *Villarduinus, & Nitetas.* qui ambo hic finiunt suas Historias. Dauid Comnenus, & Alexius fratres, *inquit Nicetas*, Manuele Andronici	27 Philippi 2. Augusti.

Tyranni filio nati (qui circa Pontum varias vrbes sub suo tenebant Imperio) resistunt Lascari, auxilio Henrici Imperatoris· hoc eodem anno ruptæ induciæ, inter Francum & Anglum. quo fere etiam anno S. Franciscus initiũ aliquod dedit, sanctissimo Franciscanorum Instituto, *ex Matheo Corsulano*: tamen *Onuphrius* refert ad annum 1209.

1208 | 11 Innocentij 3. | 3 Henrici Balduini I. Fratris. | 28 Philippi Augusti.

Indict. 11.

Vacat Imperium Occidentis. Occiditur, mense Iulio, Philippus; qui anno 1207, ex pacto Rex Germaniæ pacatus remansit. ex consensu Principum, vt conuenerat, Rex renuntiatur Otho Saxo, Philippi gener. *Vrspergens. Onuph. Naucler.* Rex Franciæ, victis Vicecomite Toargensi, & Sauaro Malleonensi, magnarum opum Principibus; promouet feliciter bellum. *Annal. Franc. Aemil.* Missi 12 Cistertienses Monachi à Pontifice, in Diœcesim Tolosanam, qui solenni habita disceptatione contra Albigenses, errores confutarunt, idque Apamiæ (vulgò Pamiers, vnde dictum Epaunense Concilium sub Gelasio I.) victi semper sunt Hæretici, conuinci non poterant. Tunc Raimundum Comitem Tolosanum, errorum fautorem, à sacrorum & fidelium hominum communione separat Pontifex. *Author Histor. Albigen.*

1209 | 12 Innocentij 3. | 4 Henrici Balduini I. Fratris. | 29 Philippi 2. Augusti.

Indict. 12

Othonis 4. *Imp. Occid. ann.* 1. Otho Germaniæ Rex, veniens in Italiam, coronatur Imperator, à Pontifice 27 Septemb. cùm prius sanctè promisisset, se nec Franco Regi; nec rebus & patrimoniõ Ecclesiæ Romanæ obfuturum. erat vir maiori animo & cupiditate, *inquit. Aemilius*, quàm consilio & religione. Regressus in Lombardiam, fidem violauit. Falisços, & Flaminiam Pontifici adimit; Apuliam inuadit, vt domita Italia, tendat in Francos. *Aemil. Vrsperg. Trithem. Naucler.* Interim Pontifex, annuente Franciæ Rege, armari curat plurimos mortales Cruce Sacra insignitos, contra Albigenses, qui centies confutati, non poterant à pertinacia fœda reuocari. Comes Tolosanus pœnitens, & flagris bene cæsus, recipitur in Ecclesiam. fœderati potiti Biterris, & Carcassone, reliquum belli commisere Comiti Monfortensi. *Historia Albigen. Iacob. Robiria, Aemilius.* huius Albigensis Sectæ, aut similis farinæ homines, multi narrantur hoc anno exusti Parisiis. *Annal. Franc. Bernard. Lucemburgen.* Pax nunc composita inter Reges Nauarræum, Arragonium, & Castellanum. *Mariana libro* 11. *cap.* 22.

1210 | 13 Innocentij 3. | 5 Henrici Balduini I. Fratris. | 30 Philippi 2. Augusti.

Indict. 13.

Othonis IV. Imp. Occid. ann. 2. Otho Imperator Regnum Neapolitanum eripere tentat Iuniori Friderico, qui adhuc erat sub tutela Pontificis; in Francos etiam bellum meditans. Pontifex hominem in sententia pertinacem, iudicat Ecclesiæ hostem, eique ius Imperij abrogat. Proceres Germaniæ, Rex Bohemiæ, Saxoniæ, & Bauariæ Duces, cum Moguntino; eligunt Imperatorem Fridericum Iuniorem, permissu Pontificis: idque 13 Decemb. iam à patre Henrico renuntiatum Regem Romanorum. *Vrspergen. Onuph. Naucler. Aemil.* Abbas Montensis in Normannia, author continuatæ Chronologiæ Sigeberti, nunc finẽ imponit suæ Appendici. cui συγχρονος erat Helinandus Monachus, Chronici alterius author. Iterum Comes á Mõteforti, cõuocatis Sacri belli militibus, Albiorum Hæresim varijs in locis debellat, denuo ad sacrilegos deficiente Comite Tolosano, & Flussatium Principe: *vt Historiæ Albigensium Conditor testatur.*

1211 | 14 Innocentij 3. | 6 Henrici Balduini I. Fratris. | 31 Philippi 2. Augusti.

Indict. 14

Friderici 2 *Imp. vel Reg. German. an.* 1. Otho, electo Friderico, cogitur, intermissa expeditione Neapolitana, quæ illi feliciter succedebat, redire id Germaniã, ad exorta ibi in eum bella sedanda. *Vrspergen. Naucler.* Multorum criminum reus constituitur Ioannes Angliæ Rex: ob quæ, à Pontifice piorum cœtu motus, excommunicatusque est: & toti Angliæ, sacrificijs publicis interdictum.

Aemil. Mathæus Parisius an. 1212. *Polydor. Vergil. lib.* 15. *in fine.* qui author, Regem velut alium Neronem, aut Maxentium depingit. Sanctius 2 Lusitaniæ Rex moritur: Regnum capessit Alfonsus natu maximus, & huius nominis 2. Alter filius Ferdinandus euasit Comes Flandriæ, ex matrimonio cum Ioanna Balduini Imperatoris Constantinopolitani filia, operâ Franci Regis. *lege Marcanty Flandriam in Ioanna.* qui huic anno consignat hoc conubium. *vide anno* 1205. Reges Castellæ, Arragoniæ, Legion. & Nauarræ, iunctis armis Mauricum bellum strenuè suscipiunt, & perferunt. Ad Calatrauam à nostris expugnatam, diu certatum. Rem *describit Marian. lib.* 11. *cap.* 23. 24. *&* 25. Prorogatur in Gallia bellum Albigense, Duce Comite à Monteforti. *Lege eundem belli Ducem & Scriptorem lib.* 12. *c.* 1. *&* 2.

Christi	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
1212 Indict. 15.	15 Innocētij 3	7 Henrici Balduini I. Fratris.	*Friderici* 2. *Imp. vel. Regis Germ. an.* 2. Obijt Fridericus Lotharingiæ Dux: successit filius Theobaldus. *Richard. Vasseburg.* Sacri Belli milites ex Francia & Germania, in Albigenses (Lugdunensium Pauperum sectatores) etiam hoc anno armantur. qua ope, Montfortius Aginnum recepit. Tolosanus Comes, ad Regem Arragoniæ, inclinatis rebus, confugit. Tartari Assyriam, Mesopotamiam, & Prouincias Moscouiæ vicinas inuadunt. *Haiton.* hoc anno consignatur, nobilissima illa & diuinitus concessa victoria, Regum Christianorum in Hispania, aduersus infinitam Maurorum multitudinem, ex Africa irrumpentem. desiderata aliqui scribunt 200000 Saracenorum. certè ab illo tempore, semper in peius res Maurorum Hispanicæ prolapsæ sunt. Bellum hoc, & victoriam *aptè descripsit Mariana, anno præcedenti citatus.* Scriptores conueniunt de hoc Christi anno, & Æra 1250.	32 Philippi 2. Augusti.
1213 Indict. 1.	16 Innocētij 3	8 Henrici Balduini I. Fratris.	*Friderici* 2. *Imp. vel. Regis Germ. ann.* 3. Fridericus hic', Iunior dictus, constituto Regno Neapolitano, venit in Germaniam: & Aquisgrani coronatur. Fœdus init cum Philippo Franciæ Rege. *Vrspergen.* discedenti ex Italia, Papa electionem quidem confirmauit, coronam tamen concedere distulit. Exortum nunc est Flandricum bellum. Parata enim Francica classis in Angliam, conuersis velis iubetur Flandriam petere: vbi victis Comite Flādro Ferdinando, atque Anglo Rege; recepta est à Francis Flandria. Sed quæ redeunte Philippo in Franciam, defecit iterum ad Comitem. *Æmil. Annal. Narrant Scriptores*, hoc anno Angliæ Regem solutum vinculo anathematis, non magno tamen Regis ad salutem commodo; quippe qui (*vt narrat Mathæus Parisius Anglus*) etiam à Saracenis Africæ captabat subsidium. *vide ann.* 1211. *Chron. Eland. Aemil. & Iacob. Meier.* habuit hic annus insignem victoriam Comitis à Monteforti apud Muretum oppidum, in agro Tolosano, aduersus Albigenses. quos ductabant Raimundus Tolosanus Comes, & Arragonius Rex, qui occubuit in acie. habebant Albigenses centum millia hominum sub signis. Simonē à Monteforti tantùm 800. equites, & mille pedites sequebantur. *Chron. Montfort. Histor. Albigen. Mariana libro* 12. *cap.* 2. Arragonius moriens, Regnum reliquit Iacobo filio, 4 annos nato. de quo *Mariana ibidem cap.* 3.	33 Philippi 2. Augusti.
1214 Indict. 2.	17 Innocētij 3	9 Henrici Balduini I. Fratris.	*Friderici* 2. *Imp. vel. Regis Germ. an.* 4. hoc anno, *vt notant Aemil. Annales, & alij*, iuxta Tornacum nobilis pugna Bouiensis cōmissa, & profligata est: cui à Ponte nomen datum. hinc Ioannes Rex Anglus, Ferdinandus Flandriæ Comes, summus belli Dux, & Otho (qui se Cæsarem dicebat) stabant: illinc, lecta Francorum acies. Francus in ipso procinctu Deum in templo vicino veneratus, cùm prodijsset ad suos, feliciter, *inquit*, pugnabimus socij, aduersus hostem iudicio sacræ Ecclesiæ damnatum. Itáque	34 Philippi 2. Augusti.

reseuenit,27 Iulij:fugit Otho, relicta Aquila: captus Ferdinandus,&in Luparam arcem in custodiam coniectus:captus quoque Salebrensis Comes,& permulti alij. Eodem tempore Ludouicus, Philippi filius, in Aquitania Anglos fudit:arcem Moncœci liberat obsidione,& fugat ex Pictionibus Ioannem Anglum. Post hęc inclinatis Anglorum rebus,pax petitur; tandemque, opera Legati Pontificis,induciæ in 5 annos pactæ. *Æmil. Mathæus Paris. Rigord. Annal. Chron. Eland. Polyd. Vergil.* Fridericus Imperator bene vsus hac victoria, non sua: Othonem, vrbesque illi fauētes ita pressit, vt has ad deditionem,illum ad veniam petendam impulerit. *Naucler. & alij.* Obijt Alfonsus Castellæ Rex, Æra 1252. hoc ipso Christi anno 1214. Eius filia Blanca, connubio iuncta est Ludouico Regis Franciæ Philippi Augusti filio:altera, data est Regi Legionensi:tertia Arragonio:quarta Dionysio Lusitanico Regibus. succesſit filius Henricus,huius nominis primus. *Roder. Mariana lib. 12. cap.* 3. Comes Monfortensis, post leuia aduersus Albigenses & Tolosates prælia, recipit varia castra munita, in Prouincijs, Aginnensi, Lemouicensi, Cadurcensi, & Petracoricensi. *Historia Albigen.*

1215 Indict. 3.	18 Innocētij 3	10 Henrici Balduini 1. Fratris.	*Friderici* 2. *Imp. vel Regis Germ. ann.* 5. Ioannes Angliæ Rex Sacerdotibus ditionis suę infestus,tandem claram numinis vim cogitur,tot rebus aduersis oppressus, inrueri. Sed dum Sacerdotibus iura reddere (nescio qua arte) studet, Proceres Regni, infelix in se concitauit:qui,facta coitione, Ludouicum Franciæ Principem hortantur, vt Regnum Angliæ capessat. *Æmil. & alij.* habetur præsente Legato Pontificis Synodus 18 Episcoporum, dicta Montis Pessuli:vbi Comiti à Monteforti adiudicatur Tolosanus Comitatus,& Albiensis Prouincia: *Author Historiæ Albigen.* & *Aemil.* quam concessionem probauit Ludouicus Franciæ Princeps, qui tunc in Aquitania Albigenses oppugnabat. Initium nunc accepit Ordo Fratrum Eremitarum, ex instituto S. Pauli primi Eremitæ, in Hungaria. *Onuph.* Concilium Lateranense celebratur,anno 18 Innocentij, primo Nouemb. Aderant Episcopi 412, Archiepiscopi 70, Abbates & Priores 800. actum præcipuè de redintegrando Bello Sacro,recuperādaque Terra Sancta:de Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ:de dissidiis Principum tollendis:de reformatione Cleri:de Abbate Ioachimo,&opinione Magistri Sententiarū (*vide* 1179.) Actandē damnata Hæresis est Albigensiū:& Comiti à Mōteforti adiudicatum,quod decreuit Synodus Montis Pessuli. *Genebrard. in Innocent. Card. Bellarm. li. 1. de Concil. cap. 5. Onuph.* extatque Concilium ipsum *Tom. 4. Concil.*	35 Philippi 1 Augusti.
1216 Indict. 4.	19 Innocētij 3	1 Petri Altisiodorensis.	*Friderici* 2. *Imp. vel Regis Germ. an.* 6. Proceres Angliæ,qui à Rege Ioanne desciuere, Ludouicum Franciæ Principem vocatum in Angliam salutant Regem, mox obiit Ioannes Rex,19 Octob. aut morbo,aut animi dolore. Henrico filio huius nominis tertio affuere,mutato animo, Proceres (contra datam fidem) aduersus Ludouicum. Ludouicus accepta non contemnenda pecunia redit ad suos. Cessauitque Anglicum bellum aliquot annis. *Mathæus Paris. Polydor. in hoc Henrico. Tillius.* Decessit hoc anno Henricus Byzantij Augustus. suffectus est eius gener Petrus, Comes Altisiodorēsis. huius filius Robertus posteà Imperiū tenuit. *Æmil. Nicep. Gregoras.* Hēricus Castellæ Rex huius nominis primus casu interijt. Suffectus est,ex Berēgaria sorore nepos, dictus Ferdinādus huius nominis 3. Erat hic Legionēsis Regis filius. *Roder. Tolet. Maria. l. 12. c. 6. & 7.* Diē nunc clausit Guillelmus Scotiæ Rex. eius filius Alexander 2 Principatum tenuit. vterq; Princeps à prudentia, & moderationis laude celebratus. *Hector Boet. Lesleus.* Adfuit Alexander Ludouico Principi Franco, cùm Rex acclamatus fuit in	36 Philippi 2. Augusti.

Hist.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
			Anglia: & cum eodem transgressus in Franciam, fœdus antiquũ cum Franco renouauit, additumque, vt neuter alterius hostes in suum Regnum reciperet. Moritur Innocentius Papa 16 Iulij apud Perusinos, omnium laudibus celebratus Pontifex. Subrogatur Cardinalis Sentio Sabellicus, Romanus, 18 eiusdem mensis, dictus Honorius 3. hic Pontifex approbauit S. Dominici Religiosum institutum, post decennium in pio opere contra Albigenses consumptum *Vrspergen. Annales Aquitan. & alij.*	
1217 Indict. 5.	1 Honorij 3	2 Petri Altissiodorensis.	*Friderici* 2. *Imp. vel* Regis *German. ann.* 7. Exercitus Christianorum ad Sacrum Bellum euntium, hoc anno per Venetorum triremes promouetur, & peruenit demùm in Palæstinam: finitis iam cum Saraceno inducijs. *Mathæus Pariſ.* Comes Montfortensis Tolosam obsidet, quæ Comitem suum receperat. *Histor. Albigen.*	37 Philippi 2 Augusti.
1218 Indict. 6	2 Honorij 3.	3 Petri Altisiodorensis.	*Friderici* 2. *Imp. vel* Regis *Germ. an.* 8. Petrus Imperator Constantinopolitanus (1116.) venit Romam: Coronatur à Pontifice: & cùm Dyrrachium in reditu obsideret, occupatum à Theodoro Lascari: Græcus Græca fide, Petrum, specie colloquij & pacis constituendæ cepit, & occidit. Ioanna vxor per biennium imperat. *Onuphrius Blond.* Moritur Otho Saxo, anteà dictus Imperator, *Vrspergen.* Odoni Burgundionum Duci succedit Hugo huius nominis 4. *Chron. Burgund.* Comes à Monteforti in obsidione Tolosana, coniecto ex vrbe saxo, oppressus occumbit 25 Iulij, vir militari arte clarissimus, & pietate insignis. In quo finem accepit Historia Albigensium, *authore Petro Monacho Cistertiensi scripta.* Noua Christianorum expeditio è Syria in Ægyptum tendens, obsidet Damiatam, olim dictam Heliopolim: deferente Sacram Militiam Hungariæ Rege. *Aemil. Blond. Sabel.*	38 Philippi 2. Augusti.
1219 Indict. 7.	3 Honorij 3.	1 Ioanna Petri Altisiodor. vxoris.	*Friderici* 2. *Imp. vel* Regis *Germ. an.* 9. Ludouicus Franciæ Princeps Rupellam hoc anno recipit. Adfuit etiam Iuniori Comiti à Monteforti: sed Tolosam expugnare non potuit: expugnant tamen Christiani in Ægypto Damiatam mense Decemb. *Aemil. Blond. Sabel. Histor. Belli Sacri.* Obijt Theobaldus Dux Lotharingiæ sine liberis; non sine veneni suspicione, arte Imperatoris parati: succedit Mathæus frater, nominis huius 2. *Richard. Vasseburgen.*	39 Philippi 2. Augusti.
1220 Indict. 8.	4 Honorij 3.	1 Roberti Petri Filij	*Friderici* 2. *Imp. vel* Regis *Germ. an.* 10. Robertus Petri Imperatoris filius (*de quo* 1218.) eligitur Imperator Constantinopolitanus. *ex authoribus ibidem citatis.* Fridericus Imperator coronatur Romę 22. Nouemb. ab Episcopo Ostiensi, quem ad id delegauit Pontifex. quo tempore Imperator votum Terræ Sanctæ concepit, firmauitque donationem Ecclesiæ factam. *Onuph. Naucler. Vrspergen.*	40 Philippi 2. Augusti.
1221 Indict. 9.	5 Honorij 3.	2 Roberti.	*Friderici* 2. Regis *German. ann.* 11. *Imp.* 1. Fridericus Imperator transgressus in Siciliam, Saracenos victos indè pellit: rediens in Apuliam, duos Innocentij tertij fratres, qui aliquot ibi loca possidebant, malè mulctauit, ne quidem Episcopis quibusdam parcens. Atque hinc primum nata inter eum & Papam dissentio. *Vrspergen. Naucler. Blond. Platin.* dictum in Imperatorem posteà Anathema. Res in Ægypto malè hoc anno cessit Christianis: exercitus enim ad interiora Ægypti penetrans, ita dolo hostium, & Nili inundatione conclusus est, vt rebus deploratis, ad extrema sit compulsus. Damiata reddita Barbaris: deportatus ex Ægypto exercitus: & in octo annos firmatis inducijs, nostri domum rediere. Pelagij Legati culpa perhibentur hæc accidisse. *Aemil. lib. 6 in fine, Naucler. & alij.*	41 Philippi 2. Augusti.

1222 | Pont. 6 Honorij 3. | Imp. 3 Roberti. | Reg. Franc 42 Philippi 2 Augusti.

Indict. 10.

Friderici 2. *Regis Germ. ann.* 12. *Imp.* 2. Obijt hoc anno Theodorus Lascaris, qui Imperij Græci titulum gerebat in Asia minore. Succedit gener Ioannes Ducas: hic enim filiam Lascaris Irenem connubio habebat. *Niceph. Gregoras lib.* 2. *initio.* Henricus Friderici Imperatoris filius, Aquisgrani coronatur Rex, octauo Maij. Ioannes Brennus Rex Hierosolymorum, fretus inducijs anni superioris, venit in Italiam: Fridericum Imperatorem conciliauit Pontifici. Iolem filiam iure materno Reginam Hierosolymitanam, Cæsari collocauit, dato in dotem Regno Hierosolymitano. hinc factum, vt Siciliæ Reges, deinceps se Reges Hierosolymorum dixerint. *Aemil. lib* 6. *in fine, Vrspergen. Naucler.* vitam cum morte commutârunt hoc anno, Bernardus Flussatiũ, & Raimundus Tolosanus Comites. filius Raimundus, mortuo patre, redibit postea in gratiam cum Deo & Ecclesia. *Chron. Montforten.* Moritur S. Dominicus Institutor Ordinis Dominicanorum, 6 Augusti (quamuis in 4. translatum sit Festum à Paulo 4.) *Mater Histor.* alij notant annum præcedentem. *Baron. in Martyrol. lege Marianam Histor. Hispan. lib.* 12. *cap.* 8. nascitur Diuus Thomas Aquinas. Habetur Concilium Oxonienſe in Anglia, *extat Tomo* 4. *Conciliorum.*

1223 | Pont. 7 Honorij 3. | Imp. 4 Robertt. | Reg. Franc 43 Philippi 2. Augusti.

Indict. 11.

Friderici 2. *Regis German. ann.* 13. *Imp.* 3. Ioannes Ducas in Asia Græcorum Imperator, victis Alexio & Isaacio Principibus, qui Lascaris Imperium affectabant, recepit ea victoria vrbes, quas Latini in Asia habebant, iuuit quippe Robertus Imperator Alexium, aduersus Ducam. *Niceph. Gregoras.* Obijt Philippus Rex Franciæ, dictus Augustus 14 Iulij, Meduntæ (Mantes vulgò,) ad Dionysij delatus, præsente Ioãne Brenno Rege Hierosolymitano. Cui simul, & duobus Templariorum, Hospitaliorũque Magistris, Sexagena millia aureorum, ad Sacri Belli necessitates legauit. Succedit filius Ludouicus 8, coronatus Rhemis 7 Augusti. *Aemil. initio. lib.* 7. *Annal.* Institutum S. Francisci, hoc tantum anno, si creditur *Onuph.* approbauit Pontifex.

1224 | Pont. 8 Honorij 3. | Imp. 5 Roberti. | Reg. Franc 1 Ludouici 8.

Indict. 12

Friderici 2. *Regis German. ann.* 14. *Imp.* 4. Anglus Rex Henricus Normanniam repetit, eam Franco negante; magnis iterum odijs certatur. Sauarus Malleonensis magnæ nobilitatis vir, qui pro Anglo exercitum in Aquitania ducebat, victus est, fuso exercitu à Rege Franco, & exutus Niorto, Rupella, & Fano S. Ioãnis Angelici. Qui proditionis apud Anglos insimulatus, ad Francum transijt. *Aemil. Annal. Franc. Math. Paris.* filius alter (mortuo fratre) Comitis Montfortensis, quicquid à patre in Prouincia Aginnensi, Albiensi, Tolosana, & Narbonensi acceperat, Regi Franciæ permisit, quod ægrè ea posset, contra frequentes rebelliones, tueri. à Rege ille vicissim Magister Equitum renuntiatur. *Chron. Monfort.* circa hæc tempora Abuzacharias Tunetis Rex, cœpit se à Marochi Regni Imperio subducere. Dominicani Angliam ingrediuntur. *Math. Paris.* S. Francisci stigmata apparent. *Naucler.* inter Francum & Cæsarem renouatur amicitia.

1225 | Pont. 9 Honorij 3. | Imp. 6 Roberti. | Reg. Franc 2 Ludouici 8.

Indict. 13.

Friderici 2. *Regis German. an.* 15. *Imp.* 5 Quidam se falso Balduinum Cæsarem prædicans, Ioannæ patrem, comprehensus, reste suspenditur: fama ancipiti, iure ne an iniuria, *inquit Aemil. qui* rem *probè describit initio ferè libr.* 7. *Marchan. in Ioanna.* Richardus, ab Henrico Rege fratre, in Aquitaniam cum magna classe missus, cùm nihil pene præstitisset, tacitis inducijs sponte exortis, domum classem reduxit. *Aemil.* Theodorus Angelus, Michaelis Angeli frater, Thessalonicam subegit; imo & Regium nomen sibi asciuit, καὶ χρίεται βασιλικῶς, *inquit Gregoras*, habetur in Germania Concilium contra Simoniacos, & Concubinarum affectas. *extat Tom.* 4. *Conciliorum.*

1226 | 10 Honorij 3. | 7 Roberti. | 3 Ludouici 8.

Indict. 14.

Friderici 2. Regis German. an. 16. Imp. 6. Rex Franciæ Ludouicus, ducto in Albigenſes exercitu; Auenionenſes, quod tranſitum negaſſent, poſt moleſtam obſidionem, muris exuit menſe Septemb. dum redit in Franciam, obijt menſe Nouemb. ad Montempenſerium: paucorum annorum Rex, ſola filij ſanctitate illuſtrandus. ſuccedit ergo S. Ludouicus, Rhemis coronatus, anno ætatis 12. *Annal. Franc. Chron. Flan. Aemil.* Venetijs Petrus Zanni ſeſe abdicans, ſponte locum fecit nouo Duci Iacobo Tepulo. *Sabellic.* Quo propugnatore, Veneti Candiam retinent tutam à Ioanne Duca. *Niceph. Gregoras.* Miſi, & Bulgari vincunt Theodorum Angelum. *de quo* 1225. quem captum priuant oculis. *Niceph. Gregoras.* obiit S. Franciſcus. 4. Octob. *Baron. in Martyrol. Chron. Monfort.* Franciſcani Angliam intrant. *Math. Pariſ.* Ordo, & Inſtitutum Carmelitarum approbatur à Pontifice. *Onuph.*

1227 | 1 Gregorij 9 | 8 Roberti. | 1 Ludouici 9.

Indict. 15.

Friderici 2. Regis German. an. 17. Imp. 7. In Francia, Rege impubere adhuc ſub tutela matris, vt pater teſtamento cauerat, exortæ factiones, dum Philippus Bononiæ Comes, Regis patruus, potens opibus, pro adminiſtratore Regni ſe gerit: & Calitium munit, eius conſilia non patebant. Blancha Ferdinandum Flandriæ Comitem è carcere iam liberatum, Theobaldum Campaniæ Comitem, alioſque Philippo opponere tentat. Sed creſcente malo, dies ſuſpectis dictus Vindocinum, (Vandoſme,) ad Stampas illi, locatis inſidiis, Regem in poteſtate habent: nempe Druidum Comes, & Britanniæ Dux. Pariſienſes, correptis armis, Regem iam Lectericum (Montleheri) pertractum, reducunt. *Æmil. Annal. Franc. Vita S. Ludouici cap. 4. 5. & 6.* diem clauſit Honorius Papa, apud Platinam meritò laudatus: menſe Iulio. *ex Onuph.* Alij notant 26. Feb. *cum Vrſpergenſi*, qui tunc viuebat: electus ſucceſſor eſt Hugonius, natione Hernicus, patria Anagninus, nepos ex conſobrina Innocentij 3, omnium conſenſu, altera poſt obitum die, dictus Gregorius 9. habetur Concilium Londinenſe de morum reformatione. *extat Tomo 4. Conciliorum.*

1228 | 2 Gregorij 9 | 9 Roberti. | 2 Ludouici 9.

Indict. 1.

Friderici 2. Regis German an 18. Imp. 8. In Francia conſpiratores detecti, alia omnia obtẽdunt. Blancha partim armis, partim prudentia fœdus conſpiratorum diſſipat. Robertus Druidum Comes in amicitiam pertractus eſt. Theobaldus Cãpaniæ Comes, morte matris & auunculi, euadit Rex Nauarræ, & pace accepta, rebus ſuis conſulit. Petrus frater, & Britanniæ Dux, à fratre deſertus, primùm ad Anglos defecit: ſed cum hoc conſilium ei malè ſuccederet, tandem ann. 1231. in verba Ludouici Regis iurans, ſe nomine Britanniæ profitetur Franciæ Regis Beneficiarum. *Aemil. Annal. Franc. & alij.* Fridericus, vt conuenerat, nauem conſcendens 12 Auguſti, claſſem ducit in Terram Sanctam; coactus minis Pontificis, & Piorum infenſis animis territus; nihil magni geſturus. Lesko Poloniæ Rex vita ceſſit, relicto Boleslao filio, & hærede Regni; ſed puero: cuius nomine, Conradus Princeps Regnum annis ferè 15 adminiſtrauit. *Martin. Cromer.*

1229 | 3 Gregorij 9 | 1 Balduini 2 | 3 Ludouici 9.

Indict. 2.

Friderici 2. Regis German. an. 16. Imp. 9. Robertus filius Balduinus puer, Imperii Conſtantinopolitani hæres, Ioannem Brennum Regem Hieroſolymorum, ex Italia vocatum, creat Cæſarem, & conſilio Procerum Brenni gener efficitur. *Blond. Sabel.* Fridericus in Syria, qui Saracenè ſciebat, amicitiam clam iunxiſſe fertur cũ Saracenorum Regibus, & Satrapis: pactis quidem in decem annos induciis, recepit Hieroſolymam, Nazaretum, & Ioppem: ſed cùm aliud agi à Friderico non vana ſuſpicio eſſet; Pontifex monet militarium Ordinum Magiſtros, vt Chriſtiano nomini cauerent. hic *Vrſpergenſis* claudens hiſtoriam, declamat in Pontificem: Fridericum laudibus extollit, fama tamen frequentior,

&

& sensus prope omnium conspirans, damnant Fridericum, *inquit Æmilius, ad hunc annum*: id quod *ex ipso Vrspergensi*, actisque Friderici, ante & post professionē hāc, non obscurè demonstrat. Ad diem dictam Parisiis adfuit Raimundus Iunior Tolosanus Comes, cum reliqua factione: vbi abiuratâ Hæresi, restituitur ille gremio Ecclesiæ à Legato Pontificis, post peractam publicē pœnitentiam. filia & hæres Comitis, connubio iuncta Alfonso Sancti Regis fratri pacem attulit & finem bello Albigensi. Raimundo huic, tantùm vsus fructus paterni patrimonii relictus: qui porrò in quinquennium Bello Sacro se deuouit. In reliquos Albigenses data Dominicanis inquisitionis autoritas. *Chron. Montforten.* Iacobus Arragoniæ Rex, cœpit hoc anno Baleares in Mediterraneo mari insulas occupare: quando capta Maiorica, vrbe & insula, pulsi sunt Mauri. *Franciscus Tarafa.* bellum hoc *describit Mariana lib. 12. cap. 14.*

1230 | Indict. 3. | Gregorij 9 anno 4 | Balduini 2 anno 2 | S. Ludouici 9 anno 4

Friderici 2. Regis German. an. 20. Imp. 10 Aemilius, Chron. Hirsaug. Genebrad. & alij passim describunt, Fridericum nouis artibus illudentem Pontifici; doli suspectum Franco Regi; violantem iura humana & diuina; ac Italiam nouis factionibus sub veteri nomine Gibellinorum replentem: nec alio fine liberari anathematis vinculo nitentem, quàm vt hoc pallio apud pios homines se tegeret. Alfonsus Legionensis Rex, suis & filij Ferdinandi Regis Castellæ copiis cinctus, castra Cecilia expugnat, munitissimum Maurici Imperii propugnaculum. Mox Emeritam vrbem capit, post fusum memorabili victoriâ numerosum Abenhuti Regis exercitum. *Roderic. Polydor. Vergil. Mariana lib. 12. cap. 15.* Interea moritur Alfonsus. Ferdinandus paternam hæreditatem adiuit, sicq; vtrumque Regnum in vnum coaluit Imperium, in Ferdinando Castellano: nec posteà disiuncta sunt. *ijdem authores.* Adhuc repullulabant Valdensium Hæreses, contra Sacramenta Eucharistiæ, Penitentiæ, & Extremæ Vnctionis, contra Imagines, & Preces pro Mortuis. In quos damnatos ab Ecclesia, grauiter etiam edixit Imperator Fridericus, *ex Trithemij Chronico Hirsaugiensi, Naucler. Genebrardo, & Historia Episcoporum Treuerensium.*

1231 | Indict. 4. | Gregorij 9 anno 5 | Balduini 2 anno 3 | Ludouici 9 anno 5

Friderici 2 Regis German. ann. 21. Imp. 11. In hunc annum incidit pax Ducis minoris Britanniæ cum Franciæ Rege, *de qua 1228.* minus rectè annum *Mathæus Parisius Anglus* consignauit. Britanni Scriptores hoc Petri factum, & concordiæ reconciliationem dedecori vertunt: fidem temporis faciunt Diplomata S. Ludouici hoc anno data. moritur Elizabeth Andreæ Hungarici Regis filia, posteà Sanctorum numero adscripta. *Bonfin.* dùm abest Roma Pontifex, Romani rebellione affectant antiquam Reip. libertatem: sed peste, aliterque castigati, subdunt se Pontifici. *Naucler. Blond. Platin. scribit Onuph.* nunc institutum Ordinem Canonicorum Regularium S. Marci Mantuæ.

1232 | Indict. 5. | Gregorij 9 anno 6 | Balduini 2 anno 4 | Ludouici 9 anno 6

Friderici 2 Regis German. ann. 22. Imp. 12. Scholarum Parisiensium splendorem neglectum restituit S. Ludouicus. sedata vtcunque discordia anno superiore inter Imperatorem & Papā, Fridericus nunc in Siciliam perrexit, aduersus rebellantes aliquot Siculos. Ferdinandus Castellæ Rex Cordubam capit, insignem & regiam Maurorum ciuitatem. *Roderic. Toletan. Mariana lib. 12. cap. 18.* Barcinone ante paucos annos inchoata est Sodalitas Beatæ Mariæ de Mercede, quæ corrogatis eleemosynis, stipe redacta captiuos redimeret. *Onuph. Mariana lib. 12. c. 8.* hos Mercenarios Monachos approbauit Gregorius Papa anno 1230 ex Diplomate Perusii dato. *Mariana c. 14.*

1233 | 7 Gregorij 9 | 5 Baldumi 2 | 7 S. Ludouici 9.

Ind. 7. 6.

Friderici 2. *Regis German. ann.* 23. *Imp.* 13. Prussia fere tota nunc Christianam Religionem amplexata est. *Chron. Polon.* obiit hoc anno Ferdinandus, Comes Flandriæ: Ioanna vxor, quinto abeius morte anno, nupsit alteri, sed nulla suscepta prole. *Marchant. in Ioanna scribit Paradinus*, Comitem Subaudiæ Thomam nunc vita functum: cui successit Amadeus filius, natu maximus. huic frater erat nomine Thomas. hic est qui Ioannam illam Flandricam duxit vxorem. *Paradinus c.* 34. Tempore Conradi Cæsaris (qui cœpit regnare anno 1139.) & Rogerii Siculi Regis, ab Henrico Gibellino (ab oppido, vbi natus, nomen est) Cæsaris illius filio, & Guelpho Duce Bauariæ (*vt scribit Aemil.*) Factionum duarum nomen inualuit, & ex ea die manfit. vt Gibellini Cæsarum, Guelphi Pontificum partes dicerentur. nunc Fridericus, *inquit Aemilius*, has pestes reuexit; quibus multis seculis, omnes prope Italiæ ciuitates laborarent, ad quas sedandas factiones, laborat hoc anno Gregorius Papa, missis variis in Lõbardiam Cõcionatoribus. Idem Pontifex nunc Canones, in 5 libros Decretalium redactos, iussit publicè proponi, & in Scholis explicari.

1234 | 8 Gregorij 9 | 6 Balduini 2 | 8 S. Ludouici 9.

Indict. 7.

Friderici 2. *Regis Germ. an.* 24. *Imp.* 14. Fridericus, Regi Sancto suspectus multis nominibus, violator Iuris gentium contra proficiscentes ex Gallia ad Concilium Romæ indictum; filio Henrico, proceribus Germaniæ & Lombardiæ ciuitatibus ingratus: tandem magnas his artibus sibi peperit molestias, deficiente Henrico à patre, & renouato dissidio cum Romana Ecclesia. *Aemil.* licet diuersa multum ab his obtrudat in Pontificem more suo *Viguerius Gallus, ex nescio quo M. S. & Matheo Parisio Anglo*, qui parum æquus esse solet Romanæ Ecclesiæ. Ludouicus, in Francia Regni administratione nunc suscepta, duxit vxorem Margaritam Comitis Prouinciæ filiam. Cuius tres aliæ sorores, locatæ sunt Regi Angliæ, eius fratri Richardo, & Carolo Comiti Andegauensi fratri Regis Sancti, posteaque Regi Siciliæ. *Annal. Franc. Chron. Montfort. Aemil.* Constituta pax inter Francum & Anglum opera Blanchæ Reginæ. Obiit Sanctius Nauarræ Rex, dictus Fortis: successit Theobaldus Campaniæ Comes, lege propinquitatis. *Mariana lib.* 12 *c.* 16. Hoc tempore cœpit Eccelini tyrannis in Lombardia: qui sub nomine Friderici, Patauium, Veronam, aliaque loca occupat. In hunc fœdere iunguntur Lombardi. *Salinguerra. Petrus Gerardus, in Vita Ecceleni, refert* hoc initium ad annum 1237.

1235 | 9 Gregorij 9 | 7 Balduini 2 | 9 S. Ludouici 9.

Indict. 8

Friderici 2. *Regis German. an.* 25. *Imp.* 15. Fridericus filium Henricum ad se vocatum, coniecit in vincula, vbi extinctus est. *Histor. German. Auentin. & alij.* Hiberni rebellant, deficiuntque ab Angliæ Rege. *Polyd. Vergil.* mortuo Andrea Hungariæ Rege, succedit filius Bela, natu maximus. *Bonfin.* florebat nunc Accursius Iuris Ciuilis Commentator.

1236 | 10 Gregorij 9 | 8 Balduini 2 | 10 Ludouici 9.

Indict. 9

Friderici 2 *Regis German. an.* 26. *Imp.* 16. dùm Fridericus vnà cum Eccelino Tyranno vexat confœderatas in Lombardia ciuitates, excitatum in Germania bellum ab Austriaco, reuocat Imperatorem in Germaniam. *Naucler. Blond. Auentin.* Græci obsidentes Constantinopolim, repelluntur ope Venetorum, qui indè digressi, Rhodo potiuntur. *Blondus. scribit hic auctor*, Sacram Lanceam tunc à Balduino datam Venetis: *negat Sabellicus.* certè redemptam à Ludouico, & delata min ciuitatem Parisiensem, *testantur abundè Francorum Historiæ.*

Friderici 2. *Regis German. ann.* 27. *Imp.* 17. Fridericus Imperator, pulso Austriæ Duce, regreditur sub finem anni in Lombardiam: & inito certamine, Mediolanenses fugat. Eccelinus Tyrannus, pro Imperatore res administrat apud Euganeos, quæ regio nunc Marchia Taruisana, & ditio Venetorum est. de his rebus in hac Taruisana Marchia gestis, *extant tres libri Monacho Paduano authore incerti nominis*. Fridericus arte, armis, & scriptis literis omnia turbans, hostili animo in Pontificem, non tam Lombardiam, quàm Vrbem Romanam petebat, *vti Scriptores veri amantes abundè testãtur, etiam Germani*, quicquid ex suo *Mathæo Anglo expiscari nitatur Vignerius*. hactenus à capta Constantinopoli per Francos, vnita Latinis Græca Ecclesia, nunc iterum Germano Patriarcha Constantinopolitano, discessionem aliquam molitur, post Michaelem, *de quo ad annum* 1206. numerantur Patriarchæ Theodorus 3. Maximus 2. Manuel, & Germanus 2. *de quo hic agitur*. viuebat Rabbi Abraham Esra. *Genebrard.* ruptæ hoc anno induciæ sunt in Palæstina acum Barbaris.

1237 | Indict. 10. | 11 Gregorij 9 | 9 Balduini 2. | 11 Ludouici 9.

Friderici 2. *Regis German. an.* 28. *Imper.* 18. Dum Fridericus variis prælijs & obsidionibus distinetur in Lombardia, Balduinus Rex Hierosolym. venit in Galliam, auxilia petens contra Barbaros. quo tempore Coronam Christi Spineam reliquit Ludouico, Sacri Sacelli Parisiensis decus & ornamentum perpetuum. *Annal. Franc. Guillel de Nangis. vide* 1236. Iacobus Arragoniæ Rex, externis etiam copiis auctus, Valentinum bellum aggreditur, iam captis Balearibus; & victo hoste 28 Septembr. huius anni, Valentiam capit. *Chron Montfor.* Anglos adfuisse *notat Æmilius.* bellum *describit Mariana lib.* 12. *cap.* 18. *&* 19. Guillelmus Episcopus Parisiensis, solenni habita disputatione, damnat plura possidentes Sacerdotia.

1238 | Indict. 11. | 12 Gregorij 9 | 10 Balduini 2. | 12 S. Ludouici 9.

Friderici 2. *Regis German. an* 29. *Imp.* 19. testãtur Historiæ omnes, hoc tandem anno inter Pontificem & Imperatorem Fridericum, publicatum toto Orbe diffidium, literis, & vario vtriusque Diplomate. obstringitur anathemate Fridericus, Imperioque priuatur. Italia dissensionibus exardescit. Dux Bauariæ, Austriæque, Rex Hungariæ, & Bohemiæ, insurgunt in Fridericum, vi geritur res, & scriptorum fides in tanto animorum motu vacillat. *Petrus de Vineis Friderici Cancellarius, in suis Epistolis* Domino impẽsè fauet. quem sequitur *Mathæus Anglus.* æquiores sunt erga Pontificem, *Blondus*, *Platin. Sabellic. & Sanctus Antoninus*. Fatetur Mathæus, Friderici Apologiam, seu Epistola Orbi suspectam fuisse. obtrudunt aduersarii multa, quæ gessit pro Ecclesia: ab Ecclesia tamen Romana à paruulo certè educatus, tot cladibus, ex quo eam persequitur fractus, & totus voluptatibus, in quibus occubuit deditus, non potest non haberi.

Infelix, vt cunque ferant ea fata nepotes.

Rex Nauarræ, cum aliquot Francorum copiis, soluit hoc anno Massilia in Palæstinam, opem laturus Christianis. Florent circa hos annos Saxo Grammaticus, & Petrus Cantor Parisiensis, *ex Trithem.* Item Iacobus Vitriachus Cardinalis, & Michael Choniates, *ex Cocc. in Cat. Script. notat an.* 1220. Guilelmus Aruernẽsis, Episcopus Parisiensis, *Cocc. consignat an.* 1230. Alexander Alensis, Franciscanus, præceptor S. Bonauenturæ, S. Thomæ, & Scoti. *Trithem. & Cocc. an.* 1240. Albertus Magnus, Dominicanus, Episcopus Ratisp. præceptor S. Thomæ. *Trithem.* Vincentius Burgundię, dictus Bellouacensis, Dominicanus. *Trithem.* Hugo Cardinalis Dominicanus. *ibidem.* Ioannes Rupellanus. *Cocc.* 1249. Mathæus Parisius. *Cocc.* 1250. Hunbertus, quintus Generalis Dominicanorum. *Trithem. Cocc.* 1252. Guillelmus Monachus S. Dionysii, in Francia, Historicus.

1239 | Indict. 12. | 13 Gregorij 9 | 11 Balduini 2. | 13 S. Ludouici 9.

Christi	Pont.	Imp		Reg. Franc.
1240	14 Gregorij 9	12 Balduini 2	*Friderici* 2. *Regis German. ann.* 30. *Imp.* 20. Veneti, Mediolanenſes, Bononienſes, & alii confœderati, armatique anno præcedente in Fredericum, nunc varia occupant loca: Veneti Apuliam; Mediolanenſes Ferrariam; cui præficitur nomine Eccleſiæ Az. zo, Princeps Eſtenſis Familiæ, quæ ad noſtra tempora in honore eſt. *Blond. Platin. Sabell.* Auſtriacus deficit ad Fridericum. *Auentin* Franci, qui Duce Nauarræo Palæſtinam nunc attigerunt, primùm feliciter pugnant: deinde, abſente Rege, cum magna iactura, capto ab hoſtibus Montfortenſi. Nauarræo redeunte in Europam (pactis in decennium induciis) appulit Richardus frater Angli Regis. Tartari regionem occupant cis Tanaim, & Mæotidem, atque è Moſcouia digreſſi, mire Poloniam vexant. *Martin. Cromer. Bonfin.* mortuo Germano 2, Patriracha Conſtantinopolitano, ſuccedit Methodius 2. Sedpoſt tres menſes obiit; ſucceſſitque Manuel 2. circa hunc annum Ferdinandus Salmanticenſem Academiam inſtituit. *Mariana lib.* 13. *capit* 1. *Genebrad. & Vaſæus.*	14 S. Ludouici 9.
Indict. 13				
1241	15 Gregorij 9	13 Balduini 2	*Friderici* 2. *Regis German. an.* 31. *Imper.* 21. Gregorius Papa obiit hoc anno 22 Auguſti, *ex Onuphrio.* poſt 30 dies eligitur Cæleſtinus 4. patria Mediolanenſis: qui vita ceſſit die 18 poſt electionem: vacauitque Sedes toto anno, & amplius, donec liberi dimitterentur tres Cardinales (quos è Gallia venientes Romam ad indictum Concilium, captiuos duxit Fridericus,) quod non euenit niſi poſt 18 menſes. Tartari, victis Turcis, Cappadociam hoc anno occupant. *author Vitæ S. Ludouici c.* 30. Bathi filius Regis Tartarorum, excercitum penè multitudine infinitum diuiſum in duos duxit, alterum in Hungariam, alterum immiſit in Poloniã: & vtrumque Regnum ſupra quàm credi poteſt vaſtauit, euerſis Cracouia Poloniæ, & Strigonia Hungariæ ciuitatibus. *Auentin. Bonfin. Martin. Cromer.* Fridericus in Italico bello laborans inopia argenti, iuſſit ex corio parari numiſmatis formam; vt haberet, quo militibus ſtipendia ſolueret.	15 Ludouici 9.
Indict. 14.	I Cæleſtini 4			
	VACAT SEDES			
1242	VACAT SEDES	14 Balduini 2	*Friderici* 2. *Regis German. an.* 32 *Imp.* 22. victum hoc anno Anglorum exercitum apud Sanctones, & Regem repulſum in Angliam, *narrant Chron. Montfort. Guillelmus de Nangis, & Mathæus Pariſ.* Rodericus Archiepiſcopus Toletanus nunc Chronicon abſoluit anno 26 Ferdinandi Regis Caſtellæ, & Æra 1281. Hermannus, Turingiæ Lantgrauius, obiit anno præcedente ſine liberis: ſucceſſit Henricus patruus, qui ſeptimus fuit & vltimus Lantgrauius ex Francorum proſapia Regali. hic Fridericum, quòd malè de Religione ſentiret, accuſauit apud Pontificem. Tartari victoriam quidem nouam in Polonia reportant: ſed adeò cruentam, vt Poloniam reliquerint. *Martin Cromer.*	16 Ludouici 9.
Indict. 15.				
1243	VACAT SEDES.	15 Balduini 2	*Friderici* 2. *Regis German an* 33. *Imp.* 23. Tartari Hungariam deſerunt, regreſſi in patriam, audita morte Principis Hoccota. Polonus Regnum recuperat; & Bela Rex Hungariæ ſuum. *Martin. Cromer.* Precibus Balduini Imperatoris Conſtantinop. (qui peciturus auxilium nunc venit in Italiam) dimiſſi ſunt à Friderico tres captiui Cardinales: tunc electus Pontifex eſt 24 Iunii, dictus Innocentius 4. patria Genuenſis. Vincentius Bellouacenſis, finem Hiſtoriæ imponit, quam Speculum Hiſtoriale vocant. à Ioanna ad Margaritam ſororem tranſmiſſus eſt Flandriæ principatus. *vide an.* 1205.	17 Ludouici 9.
ndict. 1.				
1244	I Innocentij 4	16 Balduini 2	*Friderici* 2. *Regis German. an.* 34. *Imper.* 24. Innocentius Papa in Galliam Genuenſium claſſe delatus, Lugdunenſe Concilium Generale indicit in annum ſequentem; diemq; dixit Friderico, vt adeſſet. *Aemil. Auentin. & alij.* obiit Ioãna Flandriæ hæres, Comitatu ad Margaritam deuoluto, potius hoc anno, quàm 1243. *ex*	18 S. Ludouici 9.
Indict. 2.				

Marchantio in Margarita. Chron. Fland. Coraſmiani quos è Perſide expulerunt Tartari, quærunt in Ægypto ſedes nouas: cõſilio tamen Ægyptiorum vertunt arma in Palæſtinam: vbi ex improuiſo occupata vrbe Hieroſolymitana, omnia vaſtant cæde, fœdantque: mox acie excepti à Chriſtianis, victoriam, ſed ipſis cruentam retulerunt, & noſtris, ob deſideratos Duces, permoleſtam. *Mathæus Paris. Aemil.*

1245 | 2 Innocẽtij 4 | 17 Balduini 2 | 19 S. Ludouici 9.

Indict. 3.

Friderici 2. *Regis German. an.* 35. *Imp.* 25. hoc anno habetur Generale Conciliũ Lugdunenſe, Præſide Innocentio Pontifice, cõtra Fridericum Imp. qui vocatus ad Conciliũ, noluit adeſſe. Lata in eum ſententia eſt Anathematis, & abdicationis. qualis *habetur c. ad Apoſtolicam. de Sentẽtia Excommunicationis in* 6. *Onuphrius* luniũ notat, *Aemil. Platin. Guil. de Nangis, Vincent. lib.* 32. *Gaguin. lib.* 7. *Genebrard. Bellarmin. lib.* 1. *de Concilijs, c.* 5. extat *Tom.* 3. *Concil.* actũ porrò eſt de bello Sacro; conſtituto S. Ludouico Duce Sanctæ Expeditionis. Turbaſſet armis Concilium Fridericus, *inquit Aemil.* ni præſtò Rex Ludouicus, Concilio dignitatem roburque addidiſſet. In Lugdunenſi hoc Concilio Pontifex Cardinales iam purpuratos, Rubro etiam Pileo nobilitauit. *Platin. Aemil.* ſub tempus illud, quo Parmam (quæ iter in Burgundiam deſtinatum impediebat) obſidebat Fridericus, à Sultano ſocio & amico, acceptis elephantis, varioque ferarum genere, ſpectacula edebat antiquitati comparanda: quin etiam Triumphum, ſed ante victoriam. nam dum Victoriam ſuam condit, vrbem nouam: quam Parmæ euertendæ ſubſtituendam alio loco decreuit, victoriatoſque cudit: repentina eruptione Parmenſium caſtris exuitur, fugatur que, euerſa Victoria Vrbe, priuſquàm conſiſteret. *Platin. Aemil.* viuebat nunc Ioannes de Sacro Boſco Mathematicus, natione Anglus, Pariſijs ſepultus (aux Cloiſtres des Mathurins.

1246 | 3 Innocẽtij 4 | 18 Balduini 2 | 20 S. Ludouici 10.

Indict. 4.

Friderici 2. *Regis Germ. ann.* 36. *Imp.* 26. *ſed iam abdicati.* Henricus Lantgrauius Turingiæ, (1242.) deſignatus Imperator ab Innocẽtio, vincit hoc anno Conradum Friderici filium in Germania, & dũ bene vtitur victoria, in expugnatione Vlmæ vrbis, caſu vulneratus interiit. *Naucler. Auent. Onuphri.* Mortuo Iacobo Tepulo Venetorum Duce, ſubſtituitur Marinus Maureſinus, noua electionis formula, quæ adhuc ſeruatur. *Sabell. Contarin.* Chriſtiani in Pruſſia occiſi omnes. ſcribunt nunc Magnum Cham, Tartarorum Imperatorem, ſuſcepiſſe Sacra Chriſtianorum. *Blond. Sabell. & Ioannes Capinus Franciſcanus in libello, quẽ de hac re ex profeſſo edidit.* ipſe miſſus ab Innocentio, vt Regem de religione inſtrueret. nunc Decretalibus adiecit Pontifex Apparatum, quo Canoniſtæ paſſim vtuntur. edidit Opuſculum, quod Oſtienſis in Summa Authenticas nominauit *Platin. in Innocentio.* viri docti in pretio ſunt apud Innocentium. *Platin. ibidem.* Poſt obitum Amadei 3, Bonifacius filius capeſſit Comitatum Sabaudiæ, *ex Paradino cap.* 37.

1247 | 4 Innocẽtij 4 | 19 Balduini 2 | 21 S. Ludouici 11.

Indict. 5.

Friderici 2. *Regis Germ. ann.* 37. *Imp.* 27. *ſed abdicati.* moritur Sanctius huius nominis 2, Rex Luſitaniæ, anno Regni 20. eius frater Alfonſus, Comes Bononienſis, Regni adminiſtratorem ſe conſtituit, annis 22. *Vaſæus, Mariana lib.* 13. *c.* 4. Choraſmianos hoc anno Chriſtiani in Palæſtina cædunt. & breui eorum nomen deletum eſt. *Mathæus Paris.*

1248 | 5 Innocẽtij 4 | 20 Balduini 2 | 22 Ludouici 12.

Indict. 6.

Friderici 2. *Regis Germ. an.* 38. *Imp.* 28. *ſed abdicati.* Collecti Principes Germaniæ, vrgente Legato Pontificis, ſubſtituunt Henco Lantgrauio mortuo, Guillelmum Hollandiæ Comitem in Regem Romanorum: hoc, inquam, anno, vt Diplomata eius oſtendunt. Scriptorum alij pacem, alij bella geſta narrant, inter hunc Guillelmum, & Coradum Friderici filium, ſunt etiam qui

velint vacasse Imperium à Friderici abdicatione per an. 28. *lege Nauclerum. Trithem. Cuspinian. Auentin.* Sanctus Ludouicus cum amplo exercitu soluit mense Augusto ex ostiis Rhodani, & Cyprũ tenet: vbi hybernat. *Chron. Monsterien. Nangis.* Hispalis in Hispania Bætica, hodie emporium nobile rerum Indicarum, (Seuilla) capitur à Ferdinando Castellæ Rege, post 534 annos, ex quo in Maurorum venit potestatem. *Mariana lib. 13. cap. 7.*

1249 | 6 Innocẽtij 4 | 21 Balduini 2 | *Friderici* 2. *Regis German. an.* 39. *Imp.* 29. *sed abdicati.* Rex Ludouicus, soluens post Pentecosten ex Cypro, Ægyptum primùm inuadit, & Damiatam, absente Sultano, destitutam defensoribus capit inde mense Decembri itum contra Cairum. Aemil. *Nangis, Haiton.* Rex Scotiæ Alexander 2 obiit. succedit filius Alex. 3 puer nouem annorum, cui posteà connubio iuncta est Margarita filia Regis Angliæ. *Hector. Boet. Leslæus Ioan. Maior.* hic Rex Hebrides insulas à Noruegis data aliqua pecunia recepit. | 23 Ludouici 9.
Indict. 7.

1250 | 7 Innocẽtij 4 | 22 Balduini 2 | *Friderici* 2. *Regis German. an.* 40. *Imp.* 30. *& vltimus, sed iam abdicati, & voluptatibus dediti.* Guillelmus, de quo supra, electus Romanorum Rex anno 1248, nunc Aquisgranum capit, ibique coronatur. aderant, *inquit Trithemius*, septem, qui hodie numerantur Electores Imperij. Atq; hinc forte *Auentinus, & Onuphrius volunt* nunc primùm destinatos 7 illos Electores. *vide annum* 996. excepit hic annus morientem Fridericum Tarenti, restitutum, vt aliqui scribunt, Ecclesiæ, dato pœnitentiæ signo, 13 Decembr. sunt qui scribant Petrum de Vineis Imperij Cancellarium, hoc, vel superiori anno priuatum oculis à Friderico. Mariano Duci Veneto succedit Reinerus. *Sabell.* Franci traiecto Nilo, insignem contra Saracenos referunt victoriam vnam atque alteram, ipso Rege Ludouico Palmam referente: sed mox pestis totum exercitum inuadens, potestatem hosti fecit, nostros ad quas volebat pacis conditiones impellendi. Itaque reddita hostibus Damiata est. Rex, qui captiuus tenebatur, soluta pacta pecunia, liber dimissus: firmatæ in Palestina induciæ in decennium. eò Rex se contulit, ciuitates munit, Sydonem, Cæsaream, & Ioppem: hæretque ibi per quadriennium. *Nangis, & author Vitæ S. Ludouici.* diem clausit Lotharingiæ Dux Mathæus 3. Principatum obtinuit filius Fridericus. *Richardus, Vassebur.* Tartari transgressi Tygrim, narrantur hoc anno venisse in Persidem, eamque subiugasse. | 24 Ludouici 9.
Indict. 8.

1251 | 8 Innocẽtij 4 | 23 Balduini 2 | *Vacat Imp. Occid.* Papa exacto penè septennio Lugduni, redit in Italiam, & Perusiæ subsistit. Cõradus Friderici filius, relicta Germania, Neapolitanum Regnum tueri nititur, recepta Capua, quæ defecerat. *Blondus. Platin.* mortuo Friderico, Florentini pulsis Gibellinis se Guelphos profitentur, & formam Reipub. instituunt: vicinis etiam locis occupatis dant iura. *Blondus.* Alfonsus S. Ludouici frater, Tolosanum Comitatum nunc possidere cœpit. Blancha mater obijt. *Chron. Montfort. Narrant Mathæus Paris. ad an.* 1253. *Monachus ille S. Benedicti, & Chroni. Montfort.* natũ hoc anno magnum dissidium inter Vniuersitatem Parisiensem, & Dominicanos: qui suis priuilegijs freti, renuebant se Academiæ legibus subijcere. | 25 Ludouici 9.
Indict. 9.

1252 | 9 Innocẽtij 4 | 24 Balduini 2 | *Vacat. Imp. Occid.* Obiit Sancta Clara 12 Augusti, quæ institutũ Monialium sub legibus S. Francisci inchoauit. Circa idem tempus, in capita, quæ nunc habentur, distingui cœperunt Biblia, & conscribi Concordantiæ. *Genebr. in Cælestino* 4 *& Innoc.* 4. initium accepit apud Florentinos Seruorum Institutum. *Onuphrius ann.* 1252. Lucenses confœderati Florentinis, se Guelphos denuntiant, & hostes Gibellinorum omnium in Tuscia. *Blondus.* Comites, Pictauensis, & Andegauensis, iagunt Proreges Franciæ, ab- | 26 S. Ludouici 9.
Indict. 10.

sente Ludouico. diem nunc clausit Ferdinandus Castellæ Rex Hispali; Princeps habitus fortis bello, sanctus, & felix: Regnum tenuit paternum filius, natu maximus, dictus Alfonsus 10. regnat annis 32. sumpto fortè initio à Iulio, quando ipse hoc initium posuit in suis tabulis Astronomicis. Laudatum opus est, siue ab ipsomet Rege, siue illo iubente ab Astrologis compilatum. *Francisc. Tarafa, Alfon. Cartagena, Marianalib.* 13. c. 8. & 9.

1253 | 10 Innocentij 4. | 25 Balduini 2. | Indict. 11.

Vacat Imp. Occid. Senenses, & Tarentini confœderantur Florentinis, qui etiam Volaterranos sibi subiiciunt. *Blondus.* Thessaliam & Ætoliam nunc tenebat Michael, ex familia Michaelis Angeli nothus. hunc, & filium Nicephorum Ioannes Ducas Imperator Græcus admisit, inito fœdere. ad Despotarũ honorẽ. ἐτετιμήκει ἑκατέρους τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι, *inquit Niceph. Gregoras.* Fundatum narratur hoc anno Sorbonicum Collegium Parisiis, à Roberto Sorbono. *Genebrard. in Innocentio* 4. & *Tilletus.* | 27 S. Ludouici 9.

1254 | 11 Innocentij 4. | 26 Balduini 2. | Indict. 12.

Vacat Imp. Occid. Redit hoc anno Sanctus Ludouicus è Palestina in Galliam. *author Vitæ Sancti Ludouici.* obiit Theobaldus Rex Nauarræ, Comes Campaniæ: successit filius, dictus Theobaldus Iunior. *Pithœus.* Conradus Friderici Imp. filius, Rex Neapolitanus, fratrem Henricum Siciliæ Regem impiè occidit: & mox eundem Conradum veneno sustulit Monfredus, Friderici nothus, 22 Maii. Neapolitani se dedunt Summo Pontifici; quamuis adhuc superstes diceretur Conradinus Conradi filius, qui in Germania per ætatem nondum aptus ad gubernandum agebat. Inter hæc moritur Innocentius, 7 Decembr. *ex Onuphrio,* Neapoli sepultus, *vt ait Æmilius:* suffectus est Alex. 4. à quo missus exercitus est ad Manfredi Tarentini audaciam reprimendam. *Æmil. Platin.* aucta hoc anno dissentio inter Dominicanos, & Parisiensem Vniuersitatem: datis etiam in lucem famosis & Apologeticis libellis: tandem tamen authore Pontifice sopitum hoc malum. Post Manuelem Constantinopol. Patriarcham aliquandiu sedisse iterum putatur Germanus: quo breui extincto, cùm electus Nicephorus Blemmydes delatum sibi honorem recusasset, designatur Arsenius Patriarcha. *Niceph. Gregoras libro tertio sub initium.* | 28 S. Ludouici 9.

1255 | 1 Alexandri 4. | 27 Balduini 2. | Indict. 13.

Vacat Imp. Occid. Moritur Ioannes Ducas, qui se Græcorum Imperatorem dicebat: succedit Theodorus Ducas, dictus Lascaris Iunior, Nicææ in Asia coronatus à Patriarcha, *ex citato Gregora.* Guillelmus Hollandiæ Comes, Romanorum Rex *(de quo* 1248.*)* pugnans contra Frisones occiditur, vacatque iam penitus Imperium hoc per aliquot annos. *Naucler. Trithem. Cuspin.* Guillelmi filius Hollandiam retinuit, & Frisones castigauit. Taurinates (qui nuper dono Guillelmi Regis Romanorum obuenerant Thomæ Principi Sabaudiæ) rebelles, Bonifacium nunc Sabaudiæ Comitem captum carceri mancipant. *Mathæus Paris. Paradin. cap.* 37. Manfredus Friderici nothus, quâ vi, quâ dolo vtriusque Siciliæ se Regem constituit: cùm aliquandiu, dum hoc ageret, animos hominum errore occupasset de morte Conradini. *Æmil. Onuph. & alii.* Pontifex velut impio & iniusto hæredi Sacrum Bellum indixit, hostem eum esse Ecclesiæ denuntians. | 29 S. Ludouici 9.

1256 | 2 Alexandri 4. | 28 Balduini 2. | Indict. 14.

Vacat Imp. Occid. Michael Thessaliæ dominus, iunctis sibi Bulgaris, Theodorum Lascarem Iuniorem bello petit: in quo tamen fusi ambo Duces confœderati, ad pacem petendam compulsi sunt. *Gregoras.* Iubente Summo Pontifice inchoatum est bellum contra Eccelinum Tyrannum, Taruisinum: & hoc ipso anno, oppidis aliquot Patauioque priuatur. *Petrus Gerardus Patauinus.* Tartari Mesopotamiam sibi subiiciunt, capiuntque Baldac | 30 S. Ludouici 9.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			ciuitatem, aliquibus dictam olim Babylonem, occiso Saracenorum Sultano. *Guil. Nangis, & Ioan. Leo lib. 3. Historiæ Afric.* quod tamen alii adscribunt anno 1250. Viuendi finem fecit Henricus Lusignanus, primus Cypri Rex, anno Regni 33. *Historia Cypri.* Post Bonifacium, Comes Sabaudiæ renuntiatur Petrus, qui Taurinates domuit. *lege Paradin. c. 38.* vbi meminit inuecti comeatus occultè in vrbem, nouo inuento, per vrinatores.	
1257 Indict. 15.	3 Alexandri 4.	29 Balduini 2.	*Vacat Imp. Occid.* Dum certant de eligendo Romanorum Rege, aliis Anglum, aliis Alfonsum Castellæ Regem petentibus Sanctus Ludouicus Regnum suum ornabat optimis Legibus, Princeps præter cætera, pacis inter suos & iustitiæ studiosissimus. *Ioinuillanus cap. 89. & 96.* Michael Palæologus, apud Imperatorem Lascarem in honore, pressus calumniis, deficit ad Turcas: reuocatus tamen ἀμνηστία præteritorum, constituitur in Conestabili dignitate, τελίμπται ἀξιώματι κονοσάυλου, *inquit Gregoras.*	31 S. Ludouici 9.
1258 Indict. 1.	4 Alexandri 4.	30 Balduini 2.	*Vacat Imp. Occid.* Obiit in Asia Theodorus Lascaris, Græcorum dictus Imperator, relicto filio Ioanne Duca, sex tantùm annorum puero. Michael Comnenus Palæologus tutelam ad se deriuauit, qui hoc ipso anno Michaelem Thessaliæ Dominum vicit. Hinc primus Michaelis ad Imperium gradus, *inquit Gregoras:* tũc enim Despotæ dignitate ornatur, quæ Regiæ proxima erat. hoc anno obiit Vincentius, Author Speculi Historialis. à quo tempore Persarum Regnum penes Tartaros mansit, vsque ad annum 1350. *Genebrard.*	32 S. Ludouici 9.
1259 Indict. 1.	5 Alexandri 4.	31 Balduini 2.	*Vacat Imp. Occid.* Michael Palæologus Imperium vsurpat: Ioannem Ducam id iuris sui cessionem iureiurando adegit, quin etiam Constantinopolim recuperat, noctu per proditores patefacto ingressu, & Francis magna ex parte absentibus. *Gregoras.* contigit anno 56 post captam Vrbem à Francis. notat tamen Æmilius annum receptæ Vrbis esse 1258. proferunt Historici inter Franciæ & Angliæ Reges pacta conuenta, per quæ Anglus cessisse dicitur Normannia, & Comitatu Andegauensi, tum Turonensi, ac Cœnomanensi, (*Pays de Maine.*) Pictauensem addunt *Genebrardus, & Æmilius.* retinuit verò Anglus, vt Franciæ Beneficiarius, Vasconiam, & Prouincias Lemouicensem, ac Petrocoricensem, seu, *vt scribit Genebrardus*, Aquitaniam vlteriorem, & citeriores partes vsque ad Carantonum flumen, cum finibus Aginnen. Cadureen. & Lemouicen. *Ita Annales Franc. Guillel. Nangis. Polydor. in Hen. 3. sub finem, & Mathæus Paris:* qui hunc etiam annum notant. Tartari Syriam subiugant. *Haitonus*, P. *Venetus.* Arsenius Patriarchatum Constantinopolitanum abdicat, mox etiam recipit: tandem post aliquod tempus subrogatur Germanus 3. *Gregoras.* In Parisiensi Academia tumultus in Franciscanos exoritur. *Mathæus Paris. Monachus S. Benedicti.* In Eccelinum armantur confœderatæ ciuitates in Lombardia.	33 S. Ludouici 9.
1260 Indict. 3.	6 Alexandri 4.	1 Michaelis S. Palæologi.	*Vacat Imp. Occid.* Confœderatorum arma simul & Pontificia Eccelinum in acie profligant: ipseque ex vulnere accepto breui occubuit: nec multò posteà eius frater extinctus est. *Blondus, Platina, Sabell. Petrus Gerard. Paduanus.* quamuis an hunc, vel præcedentem annum exceperit hic casus, dissentiant. Florentia nunc capta est à Mansfredi Tarentini militibus, *ex citatis Authoribus. & Paulo Iouio.* Anglia ciuili tumultu agitatur. *Polydor.* Soltanus Ægypti è Syria repellit Tartaros.	34 S. Ludouici 9.
1261 Indict. 4.	7 Alexandri 4.	2 Michaelis S. Palæologi.	*Vacat Imp. Occid.* Obiit hoc anno Alexander Papa 25 Maii, vacat Sedes vsque ad 29. Augusti, quando substitutus est Vrbanus 4 natione Gallus, humillimo in Trecassibus loco natus, patre sutore veteramentario, sed animi indole nobilis. *Platin. Æmil. Genebrard.* Pontificatum Peruſiæ iniit: quòd Vrbs Roma, se Ponti-	35 S. Ludouici 9.

ficis Imperio ſolutam cõtendens, à ſuo regeretur Prætore, quem Senatorem vocabant. *Æmil.* exercitus Michaelis Palæologi profligatur à Theſſaliæ Deſpota: ſed inter hos, pace conſtituta, firmataque connubio, Palæologus impiè Ducam pupillum ſuum oculis priuat. *Gregoras.* laborabat nunc grauiter Anglia inteſtinis malis: dum enim Henricus Leges, in quas iurauerat, & Proceres iureiurando adegerat, antiquare nitebatur: arma ſuorum in ſe conuertit. *Æmil.* res tamen compoſita eſt à Franco Rege an. 1263. *ex Polydor.* circa hunc annum Guillelmus à Fano Amoris Dominicanorum antea inſecutor, & qui in Mendicantes librum edidit: contendebat damnatis Pauperibus à Lugduno, ſublatum eſſe ſpecimen paupertatis, & religioſæ mendicitatis. Sed Diuus Thomas, aliique plures, votiuam paupertatem egregiè aſſeruerunt.

1262 | 1 Vrbani IV. | 3 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 5. | 36 S. Ludouici 9.

Vacat Imp. Occid Sublato è medio Eccelino Tyranno, Hubertus Pallauicinus Gibellinos in Lombardia pro viribus tuebatur. *Blondus.* Eliſabetha, filia Regis Arragonię nubit Philippo Regis Ludouici Franci filio: fœdere eque cautum, vt Carcaſſonam Frãcus haberet, & Biterras; cederet tamen, omni iure, quod à prioribus Franciæ Regibus quæſitum habebat in Arragoniam. *Guil. Nelm. de Nangis, Æmil.* Melec Elmahan; Soltanus Ægypti, reuerſus, fuſis Tartaris, ab expeditione Syriaca, occiditur à Bendecaro; qui dici voluit Melec Daer, & Syriam Ægyptumque nunc tenebat. floruerunt Henricus Gandauenſis Pariſiis Theologus, & Henricus de Seguſia, dictus Hoſtienſis Cardinalis, qui auditorem habuit Guillelmum Durandum Speculatorem vocatum.

1263 | 2 Vrbani 4. | 4 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 6. | 37 S. Ludouici 9.

Vacat Imp. Occid. Conſtantinus Bulgariæ Rex, qui vxorem habebat Ducæ excæcati ſororem, Thraciam ingreſſus, Palæologum acie profligauit. *Gregoras.* actũ, de Carolo fratre S. Ludouici præficiendo Siciliæ: ſed ſub hoc Pontifice res exitum non eſt ſortita. Pontifex Mediolanum interdicto ſubiicit, obreiectum Epiſcopum Othonem, (*Paulus Iouius.*) quem tamen receperunt anno 1267. *ex Donato Boſſio.* Albertus Magnus, patria Colonienſis, profeſſione Dominicanus, abdicato Epiſcopatu Ratiſponenſi, iterum Theologiam profitetur; quando clariſſimum Eccleſiæ lumen, Diuum Thomam Aquinatem habuit auditorem Coloniæ: qui breui poſteà Doctoratus honore Pariſiis, cum Sancto Bonauentura Franciſcano decoratus, ea docuit ſcripſitque quibus iure optimo Angelici Doctoris nomen eſt conſequutus.

1264 | 3 Vrbani 4 | 5 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 7. | 38 S. Ludouici 9.

Vacat Imp. Occid. Recrudeſcit bellum in Anglia, & ſcribunt Hiſtorici victum Regem à ſuis, ductore Simone Iuniore, Comite à Monteforti. *Chron. Montfort. Guil. de Nangis, Appẽdix Mathæi Paris.* Soltanus Ægypti ſolutus metu Tartarorum in Syria, nunc Palæſtinam infeſtare cœpit; hinc in Occidente indicta expeditio in Palæſtinam. *Guil. de Nangis.* Vrbanus inſtituit Feſtum Corporis Chriſti. *Onuphrius.* Obiit idem Pontifex 2. Octobris: vacat Sedes menſes 4.

1265 | 1 Clementis 4. | 6 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 8. | 39 S. Ludouici 9.

Vacat Imp. Occid. Renuntiatur Pontifex Clemens 4 quinto vel ſeptimo Februarii. Gallus, è Prouincia Narbonenſi, tandem Cardinalis, & Pontifex, virtute & authoritate verè ſũmus. *Onuph. Platin. Sabellic.* à Clemente euocatus Carolus (de quo 1263.) Maſſilia ſoluens 30 Triremibus Romam defertur: vbi in Æde Laterana, à deſignato Legato, & ipſo die Epiphaniæ anni ſequentis, Rex Siciliæ & Hieroſolymorum deſignatur: impoſito vectigali 40 Millium aureorum, in ſingulos annos pontificibus numerandorum. *Æmil. Platin. Blond.* Captiui detenti a clade ſuperioris anni, Rex Angliæ, & filius Edoardus, euaſere nunc: collectiſque nouis copiis, profligant hoſtes: deſideratus in cõflictu Co-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	
			mes à Monteforti. *Appendix ad Mathæum Paris.* Guillelm. de Nangis. Res Castellanæ in Hispania bono satis loco nunc erant: nam ab anno 1240, Murciæ Regnum in fidem acceptum erat sub Ferdinando; qui an. 1243, Granatæ insuper Regem in amicitiam receperat, ex pacto, vt Granatæ vectigalia æquis partibus inter duos Reges diuiderentur. *Mariana lib.* 13. *c.* 2. deinde sub annum 1248. Hispali (vti supra notaui) potitus est Ferdinandus. successerunt Alfonsi initia, & res gestæ euentuum varietate illustres, ab anno, vt aliqui notant, 1252. demum circa annum 1253, Mauricum bellum renouatam est, (Morinorum in Africa nouo constituto Imperio) dum Murciæ, & Granatæ Reges, Alfonsi Beneficiarii rebellant; Maurorumque ingentem exercitum in Hispaniam aduocant. *Habent Montifort. & aliorum Francorum Chronica,* Alfonsum hoc anno insignem reportasse victoriam: sanè certatum acriter est supra biennium: tandem tamen Murciæ & Granatæ Reges, ad priora Castellani iura redire, durioribus pacis conditionibus coacti sunt. *Mariana lib.* 13. *cap.* 15. Dantes Poeta Florentinus nascitur. floret Odofredus Iurisconsultus.	Reg. Franc.
1266 Indict. 9.	2 Clemētis 4.	7 Michaelis 8. Palæologi.	*Vacat Imp. Occid.* Carolus cum exercitu Roma digressus, vno nobilique prælio ad Beneuētum, die 3. Febr. victor, & Regni possessor euasit; occiso Manfredo. *Æmil. Chron. Monfort. & alii.* Idem Carolus, misso in Tusciam equitatu, Florentiam, aliasque ciuitates, Gibellinis pulsis, restituit Guelphis. *Blondus.* Soltanus Ægypti Ptolemaidem obsidet, sed frustra.	40 S. Ludouici 9.
1267 Indict. 10.	3 Clementi 4.	8 Michaelis 8. Palæologi.	*Vacat Imp. Occid.* Henricus pulsus ab Alfonso fratre Castellæ Rege, excipitur à Pontifice: & Romæ Prætor constituitur. *Blondus.* viuebat hoc tempore Semeca, dictus Teutonicus, qui primus in Decretum Glossas edisse fertur. Philippo S. Ludouici filio, nascitur Philippus Pulcher. *Tillius.*	41 S. Ludouici 9.
268 Indict. 11.	4 Clementi 4. Vacat Sedes.	9 Michaelis 8. Palæologi.	*Vacat Imp. Occid.* Habet hic annus nouum Caroli Siculi iam Regis bellum, cum Conradino Sueuo, Friderici Imperatoris nepote, ex Conrado filio. Conradini exercitum numerosum auxerunt Gibellini ex variis locis confluentes: imò & Henricus, anno præcedente receptus à Pontifice, eum sequutus est: ad Fucinum lacum ventum, & loco pugnę designato, cùm tribus horis pugnatum esset, Carolus ex insidiis hostem adortus, solutis iam ordinibus, pro victore se gerentem, clarissimā tulit victoriam, Conradino ex fuga retracto; qui anno sequenti supplicio affectus Neapoli est, cum Friderico cognato Austriæ Duce: sicque extincta est Sueuorum familia. Siculis, qui hostili animo videbantur, grauius imperatum: valida præsidia in arces vrbesque missa. *Æmil. & alij.* hoc anno, quo Sueuus occubuit, decessit & Clemens Papa 29 Nouembr. raræ virtutis & singularis exempli Pontifex, cùm in aliis, tum maximè in affectu erga cognatos & affines temperando. Vacauit, vt aiunt, Sedes ferè triennio: adeò non conueniebat inter Cardinales, de futuro successore. Antiochia hoc anno capta à Soltano Ægypti, & euersa. *Haiton.* Andronicus Michaelis Palæologi filius, renuntiatur à patre socius Imperii. *Gregoras.* Sanctus Ludouicus sacerdotia conferre nulla voluit, sed ius illud restituit, integrumque esse pronuntiauit ordinariis taliū Beneficiorum collatoribus, iuxta antiquorum Canonum præscriptum. *Gaguin. lib.* 7. *Chron. Franc. Genebrard.* Diploma Româ allatum, quo talis potestas contineri dicebatur, coniecit in ignem; sibi satis esse dictitans, de temporalibus rebus sibi à Deo creditis rationem reddere. *Genebrard.*	42 S. Ludouici 9.

1269 Indict. 12.	VACAT SEDES	10 Michaelis 8. Palæologi.	Vacat Imp. Occid. Armati Franci, Angli, & Aragonii, aggrediuntur Bellum Sacrum. Anglus cum suis peruenit in Syriam, Carolus Siciliæ Rex fratri Sancto Ludouico persuasit, vt solueret in Africam; firmius Regnum suum fore sperans, opibus Africanis euersis. *Æmil. Polydor. Chron. Monfort.* Aragonius ex itinere rediit in Catalauniam. *Mariana lib.* 13. *cap.* 18. Obiit nunc Michael Thessaliæ Despota: successit filius Nicephorus, natu maximus. *Gregoras.*	43 S. Ludouici 9.
1270 Indict. 13.	VACAT SEDES.	11 Michaelis 8. Palæologi.	Vacat Imp. Occid. Kalendis Martii Edoardus Angliæ Regis filius Asiam iam classe tenuerat: vbi tantùm non trucidatus est ab Assassino, barbaro sicario, vt ferunt. Rex Francus in Africam transportatus, Carthaginem, non antiquam illam Tyriorum Coloniam: sed in eius ruinis restitutam vrbem, aut non procul sitam, obsidione premit. quæ, debellatis in acie Barbaris, deditionem fecit. Inde Rex ad Tunetam vrbem regiam castra mouet: & dum de conditionibus deditionis agitur, exorta in castris Francorum grauis pestilentia, ipsum etiam Regem è medio sustulit, octauo Kalend. Septembr. adfuit opportunè Carolus Siculus, & Anglica classis è Syria. quæ res, Barbaros compulit ad pacis conditiones, & tributum pensitandum annuum. post nostrorum reditum in Siciliam, obiit in insula Theobaldus Nauarræ Rex, Campaniæ Comes: cui successit Henricus frater, dictus Crassus. *hæc ex Ionuilæo, Chron. Monfort, Guillel. de Nangis, Annal. Franciæ, & Æmil.* rediit his peractis tandem è Syria Edoardus Anglus.	44 S. Ludouici 9.
1271 Indict. 14.	VACAT SEDES.	12 Michaelis 8. Palæologi.	Vacat Imp. Occid. Philippus tertius Sancti Ludouici filius, salutatus Rex Franciæ in Africa, coronatur Rhemis 30 Augusti: & morte Alfonsi, vt conuenerat, Comitatus Tolosanus Regii patrimonii esse cœpit. *Guillel. de Nangis, Chron. Monfort.* Hoc ipso anno, primo Septembr. eligitur Papa Gregorius X Placentinus, vir sapiens, & integer. *ex Platin. Onuph. Genebrard.* Leodiensem, seu Eburonum Archidiaconum fuisse *scribit Æmil.* Fuit, quo tempore electus est, in Asia cum exercitu Christianorum. *Chron. Hirsaug. Genebrard.* viuebant hoc tempore Brocardus, Durandus, Aegidius Romanus Archiepiscopus Bituricensis, Richardus de Media Villa, & Henricus Gandauen. *ex Cocc. Trithem. & aliis.*	1 Philippi 3. Audacis.
1272 Indict. 15.	1 Gregorij X.	13 Michaelis 8. Palæologi.	Vacat Imp. Occid. Rex Franciæ Philippus, hoc anno iuit in solidam possessionem Comitatus Tolosani. Quo tempore Flussatium Comes, vita donatus à Rege, annum in custodia mansit, (alii Fuxensem vocant.) *Guillel. de Nangis, Aemil. Annal. Franc.* Iam anteà Henricus Nauarræ Rex, Roberti (fratris Sancti Ludouici, & Comitis Attrebatum) filiam, vxorem habebat. vnde prodiit Ioanna filia vnica. *Aemil.* Habet hic annus in Hispania grauem Procerum conspirationem in Alfonsum Castellæ Regem. & ægrè tandem ii motus compositi. *Mariana lib.* 13. *c.* 20 & 21. Bononienses victi bello à Venetis, pacem petunt. *Sabel.* Gregorius peruenit 10 Febr. Viterbium; quæ tunc Pontificum sedes plurimùm erat, pacem promouit inter Venetos & Genuenses. *scribit etiam Auentinus*, ab hoc tantùm Pontifice, nec anteà, constitutos septem Imperii Electores.	2 Philippi 3. Audacis.
1273 Indict. 1.	2 Gregorij X.	14 Michaelis 8. Palæologi.	Vacat Imp. Occid. Tandem post tot annorum Interregnũ, Electores Imperii Francofurti concordes, Imperatorem eligunt Rodolphum I. Comitem Habspurgensem. Coronatur Aquisgrani, fere exeunte hoc anno. mox Papam conuenit apud Lotobrigos (*Losanne*) ad lacum Lemanum, vbi electionem ratam habuit. nunquam adduci potuit, vt in Italiam veniret. *Naucler. Auentin. lib.* 7. *Chron. German. & alii.* Venetiis Laurentio Tepolo Du-	3 Philippi 3. Audacis.

ci succeſſit Iacobus Contarinus. *Blond. Contarin.* Henricus III. Angliæ Rex vita functus eſt, Londini 17 Decemb. ex duobus filiis Edoardo & Emundo, ſuccedit prior, cognomento populari (*Langſchanx*) à tibiarum longitudine. *Polydor. lib. 16. & 17. Math. Pariſ. Appendix, Hector Boet.* Gregorius Papa Lugdunum Galliæ venit, honorificeque exceptus à Rege, Concilium Lugdunenſe indixit in ſequentem annum. *Platin. Aemil. & alij.*

1274 Indict. 2. | 3 Gregorij X. | 15 Michaelis 8. Paleologi. | *Rodolphi I. Cæſaris, ſeu* Regis *German. ann. 1.* Bononienſes poſt imminutam inteſtinis diſſidiis potentiam, ſubdunt ſe vltro Romano Pontifici. *Blond. Leander, Platin.* Pompelone mortuo Henrico Rege Nauarræ, & Campaniæ Comite, filia vnica Ioanna (hæc erit vxor Philippi Pulchri) data eſt à matre in fidem Philippi nūc Regis Franciæ à quo miſſus eò eſt Prorex Euſtathius Bellomarchius. *Annal. Franc. Guil. de Nangis, Hiſtor. Hiſpan. Æmil.* Gaſto Precianorum Dominus, (vulgo *Bear*,) ſe Angli Regis ſubditum fateri abnuebat. acta res eſt in Senatu Pariſienſi: Gaſto cauſa cecidit. *Thomas Valſilgam.* Habetur Lugdunenſe Concilium totius Chriſtiani nominis, ſeu Generale: mille Patrum, & amplius. ex iis 500 Epiſcopi, 60 Abbates. præfuit Gregorius X. actum de terra Sancta, & Græcorum erroribus. *Onuph. Genebrard Æmil. Bellarmin. de Conciliis.* adfuit S. Bonauentura, rubro tunc galero donatus. Diuus Thomas Neapoli, vbi docebat, euocatus, obiit in itinere. adfuere Græci, & Tartarorum Proceres aliqui. decreta decima pars reditnum Eccleſiaſticorum, in vſum Belli Sacri ad ſexenniū. item vt Cardinales in electione Pontificis, arcto ſub auſteriore cuſtodia conclaui contineantur, donec edant Pontificem. *vide 6. Decretal.* ac tandem Græci capita probarunt exhibita, de proceſſione Spiritus Sancti, & Primatu Romanæ Eccleſiæ. *vide Gregoram lib. 5. initio. Onuph. Pakimerius, Guil. de Nangis, Blond.* | 4 *Philippi 3. Audacis.*

1275 Indict. 3. | 4 Gregorij X. | 16 Michaelis 8. Paleologi. | *Rodolphi I. Cæſaris, ſeu Regis German. an. 2.* In Germania decretū bellum Imperatorium in Ottocarum Bohemiæ Regem, & alios, qui iura Imperii vſurpauerant. *Naucler. Trithem. narrat Auentinus* nunc Imperatorem liberè conceſſiſſe Romano Pontifici, quicquid in Exarchatu Rauen. & Romania (olim Flaminia) Imperatorii iuris erat. à quo tempore ſolida conſtanſque poſſeſſio fuit apud Romanos Pontifices. Alfonſus Caſtellæ Rex Pontificem adhuc in Gallia morantem conuenit ad Belcairum in Rhodani ripa oppidum, Imperium petiturus: ſed eo conatu ceſſatum, cùm reſpondiſſet Pontifex, non magis æquum eſſe Hiſpanos Imperare Germanis: quàm iura dari Hiſpaniæ à Germanis. *Mariana lib. 3. in fine.* Obiit Bela 4 huius nominis Rex Hungariæ 3 Maii: regnat filius Stephanus huius nominis 5. bello clarus. *Hiſtor. Hungar.* | 5 *Philippi 3. Audacis.*

1276 Indict. 4. | 1 Innocentij 5. | 17 Michaelis 8. Paleologi. | *Rodolphi I. Cæſaris, ſeu Regis German. ann. 3.* Gregorius Papa fato ceſſit, Aretii in Tuſcia, 10 Ianuarii: poſt nouem dies renuntiatur Pontifex, Petrus Gallus, patria Tarentaſienſis, è Burgundia, Dominicanus, dictus Innocentius 5. ſed dum in Italia pacem conſtituit, poſt 5 menſes diem clauſit. & 12 Iulii electus eſt Othobenus, natione Ligur, ex familia nobili, dictus Adrianus 5. qui etiam obiit 18 Auguſti: electuſque eſt 15 Septemb. Petrus natione Luſitanus, vocatus Ioannes XX. dictus XXI. *Onuph.* Arragoniæ ſeu Tarraconenſium Rex Iacobus obiit 6 Auguſti: ſucceſſit filius Petrus, huius nominis III. alter filius, dictus Iacobus Maioricam accepit. *Franciſcus Tarafa, Mariana lib. 14. c. 2.* motus & bellici apparatus, inter Franciæ & Caſtellæ Reges, quòd Caſtellanus filium Sanctium, ſucceſſorem deſignaret natu minimum, excluſis nepotibus, ex natu maximo & Blancha ſorore Franci genitis. *Guil. de Nangis, Mariana lib. 14. c. 30.* Stephanus Hungariæ Rex Budam recipit, & Bulgaros reprimit, impoſito vectigali annuo. *Bonfin.* | 6 *Philippi 3. Audacis.*

I Adrianus 5.

puer

puer sex menses natus, prædicit reditum Tartarorum in Poloniam. *Martin. Cromer.*

1277 | I Joannis 20 dicti 21. | 18 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 5.

Rodolphi I. Cæsaris, *seu* Regis *Germaniæ an.* 4. Captâ Viẽna ab Imperatore, Ottocarus Rex Bohemiæ tandem se Imperatori subdit. *Auentin. & alij.* Brochius Cubicularius Regis Franci, arcana enuntiabat Hispanis, reste de eo sumptum supplicium. *Æmil. Guil. de Nangis qui addit*, Quæstorum fuisse Præfectum. Torregianus nunc pulsus Mediolano, locum fecit Othoni Vicecomiti, & Archiepiscopo Mediolanensi. Principatus Mediolanensium diu postea hæsit in hac familia. *Paulus Iouius, & Georgius Merula.* Ioãnes Papa ruina oppressus, obiit 9 Maii: vacat Sedes sex menses: tandem consentiunt vota in Ioannem Caietanum, Vrsinum, & Romanum, 26 Decembris. dictus est Nicolaus 3. *Onuph.*

7 Philippi 3. Audacis.

1278 | I Nicolai 3. | 19 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 6.

Rodolphi I. Cæsaris, *seu* Regis *Germaniæ ann.* 5. Ottocarus redintegrato contra Imperatorem bello, occisus acie est: tamen filio Venceslao Imperator permisit Regnum Bohemiæ paternum; cui & filiam connubio copulauit. *Naucler. Auentin.* Margarita, quæ nunc Flandriam tenebat, obiit sequenti anno, penè octuagenaria. *Iacob. Meier.* qui huc vsque Chronicon suum Flandriæ deduxit. diem clausit Stephanus Hungariæ Rex: Regnum tenuit Ladislaus filius, huius nominis 4. *Bonfin.* Nicolaus Põtifex edixit, vt nullus deinceps Prætor esset Vrbanus, (Senatorem Romani vocabant,) ex regia nobilitate ortus, & ne plusquam annua foret Prætura. erat tunc Carolus Siciliæ Rex, & idem Imperii Vicarius, Hetruscis dans iura & Magistratus. ei nomen Vicarii abrogauit Nicolaus; cui nimis magnas, hac tempestate, Franciæ visas opes, *affirmat Æmilius.*

8 Philippi 3. Audacis.

1279 | 2 Nicolai 3. | 20 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 7.

Rodolphi I. Cæsaris, *seu* Regis *German. an.* 6. pacta illa, *de quibus* 1259, nunc iterum confirmãt duo Reges, Ambiani in Gallia. *Matheus VVestmonast.* Vicecomites Mediolanenses varia loca eripiũt Torregianis. *Donatus Bossius.* Rex Poloniæ Boleslaus dictus Castus, obiit 10 Decembr. Adoptiuus Boleslai filius Leskus, dictus Niger, Regnum tenuit annis 10. *Martin. Cromer.* Finem quoque viuendi fecit Alfonsus Lusitaniæ Rex 4. idque 20 Martii: succedit filius Dionysius. In Flandria post obitum Margaritæ Vido filius Principatum accipit. *Marchantius.*

9 Philippi 3. Audacis.

1280 | 3 Nicolai 3. | 21 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 8.

Rodolphi I. Cæsaris, *seu* Regis *German. ann.* 7. Iacobus Contarenus, ætate grauis, abdicat se Ducatu Veneto; subrogatur Ioannes Dandolus. *Sabell.* Orientales Angli, qui Valliam tenebant, rebellione assueti ab aliquot annis; iam tandem seuerè castigantur à Rege. *Polydor. Vergil.* obiit Nicolaus Papa 3. in Castro Suriani, Diœcesis Viterbiensis, 18. Kalend. Septembr. vacat Sedes menses 6. *Platin.*

10 Philippi 3. Audacis.

1281 | I Martini 2. dicti 4. | 22 Michaelis 8. Palæologi. | Indict. 9.

Rodolphi I. Cæsaris, *seu* Regis *German. ann.* 8. post aliquod Cardinalium dissidium, tandem Viterbii eligitur Pontifex Simon Cardinalis S. Cæciliæ, natione Gallus, 22 Februar. is est Martinus 2, dictus 4. *Onuphrius.* Ioannes, Alexii Imperatoris nepos, qui capta à Gallis Constantinopoli, Colchorum & Lazorum Regiones Tyrannide inuaserat; & cuius Regia Sedes erat Trapezus; nunc Imperatoris Palæologi filiam duxit vxorem. Cui natus filius Comnenus Iunior, succeſſit. *Gregoras libro quinto. scribunt Nauclerus, & Albert. Straburgens.* Burgundiæ comitem (Franchecomtè) hoc anno Beneficiarium Imperatoris renuntiatum. Exercitus Caroli Regis Siculi, fusus fugatusque est ad Belgradum (Plinio Taurunum) inferioris Pannoniæ vrbem, à Palæologo Imperatore. Gregoras lib. 5.

11 Philippi 3. Audacis.

transierat hic exercitus per Ionium, vt Macedoniam inuaderet.

1282 | 2 Martini 2. dicti 4. | 23 Michaelis 8. Palæologi. | 12 Philippi 3. Audacis.

Indict. 10

Rodolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 9. Austria nunc ab Imperatore data Alberto filio, deinceps ad nostra vsque tempora permansit in ea familia. *Naucler. Trithem. in Chron. Hirsaug. Genebrard.* Dolum ingentem & cruentum, hoc anno, paratum in Frãcos, qui Siciliam tenebant, *scitè narrat Æmilius:* nec, quæ Martinus Pontifex, Caroli studiosus, peregit, dissimulat. Ioannis prochitæ artibus Tragœdia paracta est. Itaque, hinc parato in hunc finem Petri Arragoniæ Regis exercitu: illinc, Græco Imperatore Palæologo aurum non parce suppeditante: coniuratio Siculorum facta, ipso die, *inquit Æmilius*, qui Christo resurgenti sacer est, datoque ad Vespertinas preces signo, inermes Franci per totam Insulam trucidati sunt. Carolus in Hetruria aberat. Arragoniæ Rex aduolans, Caroli nauibus & Insula est potitus. Rex Siciliæ salutatur, qui iam Manfredi Regis Siculi filiam in matrimonio, & ex ea liberos habebat. *Æmil. Blond. Sabel. Histor. Franc.* rem gestam eandem *describit Mariana Histor. Hispan. lib. 14. c. 6. & Paradin in Chron. Sabaudiæ c. 41.* Guido Viennæ Delphinus moriens, hæredem reliquit filium Ioannem. *Thomas sin.* Sanctius Alfonsi Castellæ Regis filius in patrem rebellat, priuatque Regno. Hispalis tamen in Alfonsi fide permanserat. Corduba Sanctium secuta est. *Rodericus Sanctius, Mariana l. 14. c. 5.* Tartari insignem victoriam reportantes, magna clade affecerunt Ægyptios. verum Tangador nouus Tartarorum Dux, abnegata Christi fide, se Mahometanum & Christiani nominis hostem profitetur. *Haiton.* Turcæ à Tartaris attriti, resumptis viribus, quicquid Græcorum erat in minori Asia occupant, à mari Pontico & Galatia, vsque ad Lycium, Carim, & flumen Eumedontem: terris in septem Satrapias diuisis,

1283 | 3 Martini 2. dicti 4. | 1 Andronici I Senioris, Palæologi. | 12 Philippi 3. Audacis.

Indict. 11

Rodolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 10. Michael Palæologus hoc anno obiit: successit Imperio Constantinopolitano Andronicus Palæologus. *Gregoras.* Dum sparguntur voces, Siculum Arragonium in bello, tantum dolo & artibus niti, ipse Carolum ad certamen prouocat. placuit, equitibus vtrinque centenis dirimi controuersiam: locus certamini eligitur Burdigala, sub Angli tũc potestate. at non comparuit Arragonius. Ipse omnia alia agebat, & per Rogerium classis Arragoniæ præfectum, fugata Caroli classe, filium captiuum habuit. *Aemilius, Blondus, & alii.* Pontifex Arragonium, vt impium, Anathemate obstrinxit, eique ius Regni abrogauit, quod Carolo Valesio Comiti, Regis Franci ex sorore Arragonii filio attribuit. *Aemilius & alii.* Ex pluribus illis in minori Asia Turcarum Satrapiis, quatuor tandem familiæ se extulerunt. vna ex his Ottomannica fuit, post sedecim annos.

1284 | 4 Martini 2. dicti 4. | 2 Andronici I. Senioris Palæologi. | 14 Philippi 3. Audacis.

Indict. 12.

Rodolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 11. Carolus è Gallia in Regnum Neapolitanum reuersus, omnia reperit inclinata, & morbo oppressus interiit, Fogiæ in Apulia, mense Ianu. vel Febr. *Aemilius* obiisse scribit anno sequenti. filius Carolus, dictus Claudus, iuri Regnoque paterno successit, qui adhuc captiuus tenebatur. Tangador Tartarus Persarum Rex, qui ad Mahometem desciuit. Tartarorum in Oriente Dux, acie occiditur à Duce Argon, qui Imperio potitus, egregie fauit Christianis templaque restituit. *Haiton.* Obiit Alfonsus X. Castellæ Rex, successit filius, Sanctius huius nominis 4. *Mariana li. 14. c. 7. & 8.* Fortis cognomen ex animi magnitudine accepit. Iosephus, cognomento Becus, post mortem Palæologi Michaelis (qui consenserat in vnionem cum Ecclesia Romana) abdicatur Patri-

archatu, ſubrogatus Ioſephus, quo etiam pulſo reiectoque iterum Ioſepho, ſubſtituitur Georgius Cyprius, ſeu Gregorius. *Gregoras.* hæc Græcorum inconſtantia in vnione, non ſemel vita. Rogerius Bacon, Franciſcanus, natione Anglus, Theologus nunc obiit. *Balæus.*

1285 | 1 Honorij 4. | 3 Andronici I. Senioris, Palæologi. | Indict. 13. | 15 Philippi 3. Audacis.

Rodolphi I. *Cæſaris, ſeu Regis Germaniæ ann.* 12. Inſignis hic annus eſt, morte Pontificis Maximi, & trium Regum, Caroli Neapolitani, uti iam dixi, & Regum Franciæ, atque Arragoniæ. Obiit Philippus Francus, in reditu ab expeditione Arragonica, morbo Perpiniani oppreſſus, menſe Octobri, poſt inſignem in hoc Sacro Bello (vti illud nominauit Pontifex) victoriam: nam receptis Rufcinonenſi Comitatu, Gerunda, aliiſque oppidis: ipſe Rex Arragonius Petrus, anathemate deuinctus, ex vulnere occubuiſſe dicitur, in pugna ad gloriam Francorum memorabili, *vt narrant Mariana lib.* 14. *cap.* 9, *& Æmil. extremo lib.* 7. variant quidem Autores de anno huius cladis, & mortis Petri. ſucceſſit illi Alfonſus filius, huius nominis 2. Franco Regi ſucceſſit filius Philippus Pulcher; qui iam ex vxore, Nauarræ Rex nominabatur. cæterùm Gerunda, & cætera, quæ Francus ceperat, morte eius ad ſolitum imperium redierunt. Poſt obitum Martini 28 Martii, Perufiæ ſubrogatur Pontifex Iacobus Sabelli Cardinalis, dictus Honorius 4. *Platin. Onuph.* Fato ceſſit Ioannes Delphinus Viennenſis, ſuperſtite tantùm Anna filia, quæ nupſit Humberto. Bohemiæ Rex deſignatur Elector Imperii. *Dubrauius.* Ægidius Romanus Theologus, natione Gallus, profeſſione Auguſtinianus, carus Regi pulchro, creatur Archiepiſcopus Bituricenſis. *Annales Franc. Æmil. lib.* 8 *initio.*

1286 | 2 Honorij 4. | 4 Andronici Senioris Palæologi. | Indict. 14. | 1 Philippi 4. pulchri.

Rodolphi I. *Cæſaris, ſeu Regis Germaniæ ann.* 13. Philippo Sabaudiæ ſeptimo Comiti mortuo, ſucceſſit Amadeus 4. Philippus enim liberis deſtitutus, ex tribus nepotibus, hunc Amadeum Sabaudiæ Comitem eſſe voluit, cuius fratrem natu maximum, qui Thomas vocabatur, non Sabaudiæ, ſed Taurinatium Comitem ex Teſtamento edixit. *Paradin. cap.* 43. *Chron. Sabaud.* Iacobus, alter Petri Arragoniæ Regis filius, ſe Regem Siciliæ dicit: quem aliqui ſcribunt hac de cauſa, Anathematis religione ligatum à Pontifice. In Scotia obiit Rex Alexander 3 nullis relictis liberis, dum inter Ioannem Baliolum, & Robertum Bruſeum de ſucceſſione certatur, rem Scoticam adminiſtrabant Proreges ſex, per annos totidem, & menſes aliquot. Erant Baliolus & Bruſeus ambo ex Regia ſtirpe Dauidis oriundi, ſed Baliolus natione Normannus è Gallia, & Harcuriæ (Harcourt) Dominus. *Leſlæus, Hector. Boet.* affirmat tamen *Ioannes Maior. libro* 4, vnum tunc Vallaſeum (virum animi magnitudine, & viribus corporis memorandum) toti Scotiæ Proregem præfuiſſe. Tartari iterum vaſtant Poloniam. *Martin. Cromer.* viuebat tunc Monachus Raimũdus Lullus, ex Maiorica oriundus, eius ſcripta erroribus referta *Genebrard lege Marianam lib.* 15. *cap.* 4.

1287 | 3 Honorij 4. | 5 Andronici I. Senioris, Palæologi. | Indict. 15. | 2 Philippi 4. pulchri.

Rodolphi I. *Cæſaris, ſeu Regis Germaniæ ann.* 14. Palatium Pariſienſe in Inſula Regiæ Vrbis (vbi Ludouicus Hutinus, Pulchri filius, ex Senatu vago poſteà ſedentarium fecit) extruitur à Philippo Rege; vbi iudicia ſine prouocatione fierent. *lege Æmilium ſub initium lib.* 8. Eodem tempore Ioanna Regina, Gymmaſium Campanum, quod Nauarræ dicitur, extruxit, & locupletauit. *Æmil Mater Hiſtoriarum, Genebrard.* obiit Romæ Honorius Papa 3, Nonis Aprilis. vacat Sedes decem menſes, ob ægritudinem Cardinalium, qua apud S. Sabinam correpti ſunt. *Onuph. Platin. Genebrard.* Geraldus Aruernenſis, Chronicon Abbatum Cluniacenſium produxit ad hunc annum. viuebant S. Rochus Narbo-

nensis,& Guillelmus Durandus Episcopus Mimatensis(Mande,) author libri,quem Rationale inscripsit:dictus Speculator.

1288 | 1 Nicolai 4. | 6 Andronici, I Senioris Palæologi. | Indict. 1

Rodolphi I.Cæsaris,seu Regis Germaniæ ann. 15. In precianorum agro(Bear)oppido Oloranensi (Lugdunum Cuquenorum vocant)Eduardus Rex Angliæ per Legatos agens de pace componenda,effecit,vt Carolus Claudus(1283) dimitteretur è custodia, soluta non modica pecunia ; & ea porro lege, vt exoraret Pontificem de iure Siciliæ Aragonensi adiudicando, & Carolum Valesii Comitem,vt cederet iure Regni Arragonici, quod ei Martinus Papa attribuerat. duræ conditiones, sed captiuitate fesso sustinendæ.Nicolaus 4 Papa hoc fœdus ratum esse noluit:affirmans suo iniussu, non posse transigi de Regno Sedis Romanæ beneficiario. *Æmil.Mariana lib.*14.*c.*11.P *andul.Collin.& alii.* Argon Tartarorum Princeps obiit: Principatum tenuit Ragaitus filius.*Sabel.*Tandem 22 Febr. Cardinales eligunt Pontificem, Hieronymum,natione Picenum , Franciscanorum olim Generalem,nunc Cardinalem Prænestinum, qui dictus est Nicolaus 4, laudatus à *Platina.* hic primus fuit è Franciscanorum Ordine Cardinalis.Rodolphus Imperator , putatur circa hunc annum, accepta pecunia,liberos feciſſe Italiæ populos.*Chron.Hirsaug.autore Trithemio.*

1289 | 2 Nicolai 4 | 7 Andronici I.Senioris Palæologi. | Indict. 2.

*Rodolphi I.Cæsaris,seu Regis Germaniæ an.*16.Pontifex,Carolum Claudum Regem creat vtriusque Siciliæ,Romæ 28 Iulii: hinc illi nouum bellum cum Iacobo Arragonio (qui Siciliam tenebat) etiam in Calabria:sed induciæ in aliquot annos subsequutæ sunt: *Sabel.Pandul.Callinut.*cessit vita hoc anno Lescus Poloniæ Rex, nullis relictis liberis:ex quo, Polonia sine vllo certo Rege mansit in magnis motibus,vsque ad Præmislaum. *Martin. Cromer.* Elpis Sultanus Ægypti(qui etiam Babyloniæ Sultanus tunc vocabatur)Tripolin, Sydonem, Tyrum, & quicquid Christianorum erat,præter Ptolemaidem recepit hoc anno. *Blondus,Platin. Haiton.*Parochi, aliisque non pauci , Franciscanorum Priuilegiis irati , magnos nunc motus excitarunt. *Chron. Fland.* De horum paupertate, Decretalem edidit Nicolaus, *Exiit qui seminat.*

1290 | 3 Nicolai 4. | 8 Andronici I.Senioris Palæologi. | Indict. 3.

*Rodolphi I.Cæsaris,seu Regis Germaniæ an.*17.Dandalo Duci Veneto vita functo succedit Gradenigus. *Contaren. Sabel.* Tartarorum Princeps in Asia Ragaitus occiditur à suis,& post eum, Baydo Christianus:succeſſit Casan,qui se Christianum quoque, accepto principatu, profitetur. *Haiton.* Georgio Cyprio Patriarchæ Constantinopolitano,succedit Athanasius Monachus. *Gregoras.*

1291 | 4 Nicolai 4 | 9 Andronici I.Senioris Palæologi. | Indict. 4.

Rodolphi I.Cæsaris,seu Regis *Germaniæ ann.* 18. Rodolphus obiit hoc anno,mense Iulio,vel Septemb. Spiræ. *Auentin.Cuspin. Albert. Argentin.* Obiit quoque Ioannes Alexii nepos , Lazorum Imperator : succedit Alexius Iunior. *Gregoras libro quinto, sub finem* , pax redintegrata inter Alfonsum Castellæ Regem , & Philippum Francum. constituta etiam pax inter Arragonium &Philippum,sed post exactum hunc annum.*exMariana lib.*14,*c.vltimo:* vbi pacis recenset conditiones.Elpis moriens commisit filio Melec Tasseraph, expeditionem contra Ptolemaidem,quam secundo obsidionis mense cepit, pulsis Christianis in Cyprum: qui Finis fuit Belli Sacri anno 196, ab eo inchoato. *Æmil.Histor.Belli Sacri.* Circa hunc annum, vel paulo etiam ante, *notat Æmilius & Genebrardus,* institutum Senatum Tolosanum,à Philippo Rege,in gratiam Occitanorum.duo item instituta Collegia Lutetiæ:Choleticum,à Ioanne Choleto Cardinali,natione Picardo:& alterum Cardinalium, à Ioanne Mo-

3 Philippi 4.pulchri.

4 Philippi 4.pulchri.

5 Philippi 4.pulchri.

6 Philippi 4.pulchri.

nacho Picardo,& Cardinale.*Genebrard.* Notant *Polydorus lib.* 17. *Historiæ Angli.& Genebrardus*, habitum nunc Londinense Concilium: statutum, vt Iudæi pellerentur ex Anglia ; & vt Monachorum Collegiis non darentur prædia, sine Regis permissu.

Adolphi Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 1. Sub initium huius anni, Cæsar eligitur Francofurti (Helenopolim aliqui dictam scribunt) Adolphus Comes à Nassau. *Naucler. Trithem. Cuspin.& Auentinus*, qui mensem Maium notat. hoc eodem anno natum est secundum bellum Anglicanum, inter Francum Regem, & Anglum Edoardum. Francorum Historici in Anglos, Angli in Francos culpam reiiciunt. dicebatur classis Anglica egisse prædas, ex ora Normanniæ. dictus dies Anglo Regi; vt Franciæ Par & Beneficiarius, causam vexatæ Franciæ & Maiestatis diceret. non adfuit. Philippus Rex Burdigalam occupat. *Æmil.* obiit nunc Otho Episcopus,& Princeps Mediolanensis 8 Augusti; relinquens Theobaldum fratrem in Principatu successorem. eandem dignitatem tenuerunt posteri, annis 195. *Iouius.* Rex Arragoniæ Alfonsus, huius nominis II vita cessit, dictus Castus; sine liberis. hoc retulit *Pandulfus* ad ann. 1295. succedit Iacobus frater Siciliæ Rex. *Tarafa.* Cælibem scribit. *Mariana lib.* 14. *cap* 5. *initio.* Diem clausit Nicolaus 4, Papa quarto Aprilis Romæ: vacat ex discordia Cardinalium Sedes annis 2 menses 3 dies 2. *Onuph.*

Adolphi Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 2. Edoardus Angliæ Rex Germanum Cæsarem sibi deuinxit, iungit ille societatem armorum in Francos. Anglo insuper adfuit Guido Flandriæ Comes. Humberto Delphino Viennensi vitam Monasticam professo, succedunt filii, huic Humberto bellum aliquandiu fuit cum Amadeo 4 Sabaudico. *Paradin. cap.* 44. dum inter Scotiæ Proreges non conuenit de Rege constituendo, Arbitrium defertur Edoardo Angliæ Regi, qui Baliolum nominat Regem, prius tamen tacite sibi deuinctum. *Hector. Boet. Lesl. in Baliolo.* Ægidius Romanus scribit libellum de regimine Principum.

Adolphi Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 3. Tandem 7 Iulii eligitur Papa Petrus Morronus, dictus Cælestinus 5, ex Abbate Ordinis S. Benedicti. Hic vir sanctissimæ vitæ, cùm rebus agendis parum idoneus haberetur, sponte se Pontificatu abdicat 13 Decemb. postea 24. eiusdem mensis electus est Cardinalis Caietanus vocatus Bonifacius 8. *Platin. Onuph. Sabel. Blond.* Cælestinus ante suum Pontificatum instituit Ordinem illum Sancti Benedicti, qui dicitur Cælestinorum, confirmatum postea à Bonifacio. Anglica classis, cùm Normanniæ oram legendo, nullum operæ pretium feciſſet, Rupellam obsessam cepit, & eadem vi Baionam expugnauit, minimè ausa Burdigalam aggredi, quam Præfectus equitum Francus propugnabat. *Guill. de Nangis, Chron. Franc.*

Adolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 4. Ad hunc ferè annum referenda est Heluetiorum nouissima origo, quando Asperi & Montani homines, nũc primum probata inter eos Regiminis forma populari, ab Imperatore cœperunt ex paruis initiis alicuius esse nominis. *lege Stumphium in Chron. Heluet.* Habet hic annus aliquot prælia inter Anglos & Francos, in Aquitania; & Rionis; aliorumque oppidorum expugnationes. vario Marte circa Garumnam potissimum. *Chron. Fland. Annal. Franc. Guil. de Nangis.* Interea Valliæ populus Orientalis Angliæ rebellat, *Polydor.* obiit Sanctius 4 Castellæ Rex, relicto filio Ferdinando 4 puero nouem annorum, sub tutela matris. *Roderic. Sanct. Cartagẽ.* Historiam habet *Mariana lib.* 14. *cap.* 16. *& lib.* 15. *cap.* 1. Tandem in Polonia Rex eligitur Præmislaus, Dux Magnæ Poloniæ, & anti-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	Reg. Franc.
1292 Indict. 5.	VACAT SEDES	10 Andronici I. Senioris, Palæologi.	7 Philippi 4. pulchri.
1293 Indict. 6.	VACAT SEDES.	11 Andronici I Senioris, Palæologi.	8 Philippi 4. pulchri.
1294 Indict. 7.	I Cælestinus 5	12 Andronici I. Senioris, Palæologi.	9 Philippi 4. pulchri.
1295 Indict. 8.	I Bonifacius 8	13 Andronici I. Senioris, Palæologi	10 Philippi 4. pulchri.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	
			quo ritu ab Episcopis coronatur, quòd à 215 annis factum non erat. *vide an.* 1079. Historiæ Poloniæ hunc primum legitimum Regem faciunt à morte S. Stanislai. Circa hos annos viuebant Ioãnes Duns Scotus, Franciscanus, qui obiit 1308. *(ex Trithemio)* & Nicephorus Callistus, qui Historiam Andronico dedicauit. *Cocc.* 1300,
1296 Indict. 9.	2 Bonifacij 8	14 Andronici I. Seniori. Palæologi.	*Adolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 5.* Prorogatur bellum Anglicanum in Aquitania. Anglus, expositis copiis, collatisque signis, male pugnat. nec felicius in Flandria: vbi Dux Robertus Atrebas, Insulam metu recepit, & iterum collatis signis hostem Anglum fudit. Brugæ quoque, & Furnæ se Franci Regis fidei permisere. *Æmil. Guil. de Nangis: Annal. Franc, Naucler.* Pax inter Francos & Arragonios superiore anno constituta est, autore Bonifacio; his cõditionibus, vt Caroli Neapolitani filia nuberet Arragonio; Sicilia ad Ecclesiæ Romanæ ius rediret, & ad Francos, vt antea; vt Carolus Valesius abscederet iure Regni Arragonici. *Mariana lib. 14. cap. vltimo.* Interea hoc anno Fridericus, Iacobi Aragonii frater, Siciliam occupat. Iacobus offert auxilia Frãcis aduersus fratrem. *Pandulph. Colinut. Tillius, & alij.* In Scotia Baliolus fidem male datam Edoardo Anglo Regi, rescindit. fœdus renouat cum Francis; Brusco traseunte ad Anglum. hinc Anglicum in Scotos redintegratum bellum: in quo victus, captusque dolo est Baliolus; expugnatis Castris Striuelingensi, Edinburgensi, & Dunbarreo. *Lesleus in Baliolo, Hector. Boet. Guil. de Nangis.* occisus est hoc anno Præmislaus Poloniæ Rex. Eligitur successor Vladislaus 23 Aprilis. *Martin. Cromer.*	11 Philippi 4. pulcri.
1297 Indict. 10.	3 Bonifacij 8	15 Andronici I. Senioris Palæologi.	*Adolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 6.* Abdicati duo Cardinales, è Familia Columnæ. *Platin. Blond.* Anglus Rex, & Flandriæ Comes, missis Gandauo Legatis, petunt à Franco Rege & obtinent ad biennium inducias. *Annales, Guil. de Nangis.* Scripsit hic autor vsque ad annum 1302. Alii Appendicem addiderunt vsque ad annum 1368. viuebant hoc tempore Nicolaus de Lyra, Iacobus Picolomineus, Iacobus de Voragine, Georgius Pachymerus, & Paulus Venetus.	12 Philippi 4. pulchri.
1298 Indict. 11.	4 Bonifacij 8	16 Andronici I. Senioris, Palæologi.	*Adolphi I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 7. & vltimus;* quo omnibus factus ingratus, abdicatur Imperio per Electores mense Iunio, quando Albertum Austriæ Ducem substituerunt: & mox, commisso inter duos Principes prælio, occisus Adolphus est: iterumque electus Albertus 9 Augusti, & coronatus Aquisgrani 24. eiusdem mensis. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Iacobus Arragonius, vt promiserat, iunctis copiis cum Caroli Neapolitani classe, Fridericum Vsurpatorem Siciliæ profligat. ad quam victoriam sequuta est deditio Messinæ, & aliarum vrbium plurium: sed Arragonius ad sua reuersus, effecit, ne tota insula ad Caroli iura rediret. *Histor. Neapol. Pandulph.* Inducias Francorum cum Anglo in pacem versæ. hinc Margarita Franci soror, Edoardo iuncta connubio. Aquitaniæ ciuitates redditæ Anglo. *Polydor.* Genuensium classis Venetis eripit 70 naues, insigni parta victoria, & post nouam victoriam, Cretam occupat. *Palmerius, Sabel.* Dum Baliolus in custodia hærebat (nunc dimissus, ex pace Angli Regis cum Francis) Vallaseus Dux bello clarus, inclinatas res Scoticas erexit, attritis Anglorum Legionibus. *Hector Lesleus, & alii.* Cassanus Tartarorum in Asia Princeps, victo Ægypti Soltano, Syriam totam nomine Christiano recepit, & vrbem insuper Hierosolymam. *Haiton. Sabel.* Sextus Decretalium liber hoc anno in lucem datus. Fratres, seu Fratricelli (qui se tertii Ordinis Franciscanorum esse iactabant) Hæreseos damnati. *lege Genebrardum in Bonifacio.*	13 Philippi 4. pulchri.

1299 | 5 Bonifacij 8 | 17 Andronici 1. Seniores, Palæologi. | 14 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 12

Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 1. Bonifacio renuente confirmare Alberti electionem, ipse cum Philippo Franciæ Rege in Lotharingia fœdus iniit, concessitque Arelatense Regnum (quod à morte Friderici tenebant Franci) omnino Franci iuris deinceps futurum. *Vignerius, Annal. Guil. de Nangis, & alij.* Carolus Valesii Comes, Flandriam cum exercitu repetiit, effecitque vt tota Flandria Francis pareret. *Aemil. Marchant. in Guidone.* Baliolus à custodia Anglicana emissus, cùm à Scotis non reciperetur, rediit ad suos in Gallias, vbi diem clausit. Vallaseus res Scoticas tuetur contra Anglos. sed nobilium inuidiam non ferens, tandē se Magistratu abdicat. *Polydor. & Leslæus in Baliolo.* In Polonia Vladislaus Regno à suis priuatur: quod ad Venceslaum Bohemiæ Regem transferunt. *Martin. Cromer.* Templarii, parata classe, Athenas capiunt: quam deinde vrbem, egregie munitam, retinuit Florentinus quidam, usque ad captam à Turcis Constantinopolim. *Sabel. Laonic.* hoc anno vocatur ab Hungaris Carolus Martellus, *de quo* 1301. quo anno obiit Andreas Rex.

1300 | 6 Bonifacij 8 | 18 Andronici 1. Seniores, Palæologi. | 15 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 13.

Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 2. Vallaseus, post abdicatum Regni Scotiæ regimen, dolo Montethi captus, traditusque Edoardo Anglo Regi, diris cruciatibus, vltimoque supplicio afficitur. Interea Cumenus euadit Scotiæ Gubernator. *Leslæus in Baliolo.* Iubilæum centesimo quoque anno celebrandum instituit Bonifacius. *Platin. Genebrard.* Turcæ, vti ante dixi, in 7 Satrapias Asiam suam minorem diuiserant. ex his vnius Princeps Otman, cui obuenerat forte Bithynia, cæteras sibi subiecit magna ex parte: & ab hoc Christi anno initium Regni posuisse, dicitur: regnauitque annis 28. *Blond. Cuspin. Sabel.* acceditque ad hoc *Gregoras lib.* 7. qui tempore huius Otmanni viuebat.

CENTENARII DECIMI QVARTI INITIVM.

Regna.

VIx habet hoc Seculum in Europa Regnorum mutationem: vbique tamen bella, terra marique aluere mortales teterrima. Luctuosum sanè inter Francos & Anglos gestum bellum, vtrique genti peracerbum; & qno nullum grauius post Romana arma gesserunt Franci, aut in quo Francica Monarchia singularem Diuini Numinis prouidentiam magis sit experta. In Oriente crescebat Turcarum potentia: Tartarorum imminuta plurimum. Mauricæ res attenuatæ in Hispania.

Status Ecclesiæ.

MAgna huius Seculi parte Romanorum Pontificum Sedes erat Auenio, Legato res Italicas curante. Ludouicus illorum Imperatorum vltimus, qui Pontifici Summo bella indixerunt, moriens paci locum fecit. Hæreticorum monstris non caruit hoc Seculum; sed quadam vicissitudine, vt fit, alijs alios pellentibus: accessit demùm 30 annorum immane Schisma. cætera lege ad an. 1381.

Doctrina.

ECclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Dur. in tertium, d. 25. q. 2. ad 1 Augustin. Triump. in sua Summa de Potest. Eccle. q. 10.* Primatus. *idem Augustinus q. 7. Durand. in quartum, d. 24. q. 5.* Liberum Arbitrium. *idem Durand. in secundum d. 24. q. 1. 2. 3.* Bona Opera, & Merita. *idem in tertium, d. 23. q. 8.* Sola Fides excluſa. *hoc testantur cum Durando iam citato, Ludolphus Carthusianus de Vita Christi c. 66. & illorum temporum æquales Theologi.* Euchari stia & Sacrificium. *idem Ludolfus p. 2. illius Operis c. 56. Duran. in quartum q. 1. d. 10.* Pœnitētiæ Sacram. *Dur. in quartum, d. 17. qu 9 a. 1.* Purgatorium. *Dur. in quartum, d. 45. q. 1. Ludolfus citatus p. 1. c. 20.* Inuocatio Sanctorum. *Dur. in quartum, d. 45. q. 4. a. 1.* Reliquiæ. *August. Triump. de Potest. Eccl. q. 17. a. 3 ad secundum.* Cælibatus. *Dur. in quartum, d. 37. q. 1.* Abstinentia à cibis. *idem eodem loco, d. 15. q. 1. a. 1. His verioris doctrinæ testibus hoc Seculo receptæ, consentientia scriburn plures, illius temporis æquales.*

Christi.	*Pont.*	*Imp.*	*RERVM GESTARVM SERIES.*	*Reg. Franc.*
1301	7 Bonifacij 8	19 Andronici Senioris Palæologi.	ALberti 1. *Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 3.* Imp. 1. narrat *Aemilius* natum hoc anno graue dissidium, inter Bonifacium, & Philippum Pulchrum Franciæ Regem. Causam dat tum ob imperiosas vtrinque literas, tum ob Episcopũ Epamensem traditum in custodiam. Regem renuentem dimittere, execratur Pontifex, *inquit idem. Autor*; cùm paulò ante Carolum Valesii Comitẽ, Regis fratrem, præfeciſſet Beati Petri Patrimonio. *Guil. de Nangis, & alij.* Bonifacius Pulchrũ Regem iudicans hostẽ, Albertum Cæsarem dicit. *Aemilius.* literas tamen vtrinque missas, conuiciis quidem plenas, idem *Aemilius* confictas putat. Cumeno Scotiæ Gubernatore, Anglorum exercitus in Scotiam immissus triplici prælio memorabili fusus est: sed cùm Rex ipse, auctis copiis aduenisset; coacti Scoti, ad loca ardua & inaccessa se recepere.	16 Philippi 4 Pulchri.
Indict. 14.				

Polydor. Vergil. Andrea Hungariæ Rege mortuo sine liberis, succedit electione quorundam, Venceslaus, filius Othonis Regis Boheniæ. Carolus Martellus, Caroli Claudi Neapolitani filius ab aliis Rex renuntiatur : matrem enim habuit Mariam, Stephani Regis Hungari filiam. *Bonfin. Chron. Hungar.* sed anno 1302 obiit hic Carolus, ante adeptam, vt optabat, Hungariæ possessionem. *Bonfin.* reliquos Caroli Claudi filios *habet Pand. an.* 1309. Ioannes Sozopolites abdicat se Patriarchatu Constantinopolitano. Subrogatur iterùm Athanasius, qui ante Ioannem Sedem tenuerat. *Gregoras.*

1302. Indict. 15. | 8 Bonifacij 8 | 20 Androuici 1. Seniores, Palæologi. | *Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an.* 4. *Imperat* 2. Nunc primum ad Acum ventorum indicem, inuenta nauigandi ratio. Contigit hoc anno Curtracensis pugna : vbi temeritate Roberti Atrebatium Comitis, Flandri rebellantes insignem de Francis victoriam reportarunt, mense Iulio, cæsis Roberto Atrebate, Iacobo Sancti Pauli Comite, aliisque viris illustribus. *Aemil. Tillius. Annal. Chron. Franc. & Guillelm. de Nangis. Chronicon*, ad hunc vsque annum productum. Atrebatium Comitatum Rex dono dedit, Othoni Burgundiæ Comiti. Isabella Franci Regis filia nubit Edoardo Iuniori Anglo, Aemil. diem obiit Mahoma Rex Granatensis: successit filius luminibus captus. *Mariana lib.* 15. *cap.* 5. Hic annus est, quo *Nauclerus, Platina, Genebrardus, & alii*, scribunt à Bonifacio Philippum Franciæ Regem priuatum Regno. In quem Pontificem, Francorum Historici stylum acuerunt: laudatur tamen ab iis, qui eius vitam scripserunt : periit ille quidem in Custodia, posteà captus operâ Philippi Regis : sed quodnam de his, Rege & Pontifice, Principibus, aliorum fuerit iudicium, non dissimulauit in sua Chronogia *Genebrardus*. | 17 Philippi 4. Pulchri.

1303 Indict. 1. | 9 Bonifacij 8 | 21 Androuici 1. Seniores, Palæologi. | *Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann* 5. *Imp.* 3. Cæsi sunt aliquot prælijs, hoc anno, non pauci Flandri à Francis. Vido Flandriæ Comes, datâ, Franco Regi fide, emissus è custodia ad motus Flandricos componendos : cum nihil effecisset, rediit, obiitque Compendij post annum vnum, 8 Kal. Martii. *Aemil. Annal. Franc. Marchant. Chron. Fland.* Burdigalenses, eiectis Francis, redeunt ad iura Angli Regis. Francus, pacis cupidus, Aquitaniam integram, vna cum iam desponsata sorore Isabella, Anglo permisit (1302.) *Annal. Franc.* Edoardus Rex, miré Scotos iam victor persequitur ; & latè Regnum populatus, omnia Scotorum iura, ac monumenta, vel euertit vel mutat, asportata etiam Londinum marmorea Cathedra, quam Scoti fatalem dicebant. *Ioannes Mator, Hector Boet. Lesleus, in Baliolo.* Mortuo Forico Lotharingiæ Duci, succedit filius Theobaldus 2. *Richardus Vasseburg.* Bonifacius papa, ab hoste Sarra Columnio (quem Francus Rex à Saracenis paulò ante captum redemerat) interceptus, auxilio Philippi Regis, in custodia periit mense Octobri. *Aemilius, Tillius, Platina, Nauclerus, Onuphrius, Mariana libro* 15. *capite sexto.* | 18 Philippi 4. Pulchri.

1304 Indict. 2. | 1 Benedicti 11. | 22 Androuici 1. Seniores, Palæologi. | *Alberti I. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 6. *Imp.* 4. Post mortem Bonifacii electus eodem illo anno, Benedictus, dictus XI. patriâ Taruisinus. sedit tantum 8 menses, post quem vacat Sedes annum 1 mens. 1. hic quæstionem egit de Bonifacii interfectoribus, sed Regem Franciæ Anathematis vinculo liberat, & Bonifacii acta omnia in Francos rescindit. Pugnât Franci aduersus Flandros ad montem Populeti, graui quidem Regis periculo : sed tandem victoria à Francis stetit : post quam anno sequenti sequuta est pax. *Aemil. Iacobus Meier. Annal. vetus Chron. Fland.* na- | 19 Philippi 4. Pulchri.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			scitur Petrarcha, *ex Palmerio*. Mortuo Cassano Tartarorum Principe in Asia, principatum tenuit Carbaganda, qui posteà Christiano nomini nuntium remisit. à quo tempore, dum Syriam retinuit Sultanus Ægypti; dumque Asiatici Turcæ proferũt Imperium versus Assyriam; concidit cum religione, Tartarorum Imperium in illis Prouinciis. *Haiton.* Benedictus papa, restitutis in integrum duobus Cardinalibus Columniis, dum impense studet vnioni inter Principes, diem obiit Perusiæ 7. Iulij. *Onuph. Genebrard. Platin.* vacat Sedes.	
1305 Indict. 3	1 Clemẽtis 5	23 Andronici 1. Seniores, Palæologi.	*Alberti* 1. *Cæsaris, seu* Regis *Germaniæ ann.* 7. *Imp.* 5. Pax constituta inter Francum Regem, & Flandros, dimissis è custodia duobus Vdonis, iam anno 1034 mortui filiis. ex iis patri successit Robertus 3, dictus Bethunius. *Marchan. lib.* 2. *in hoc* Roberto: *& lib.* 1. *de Galloflandria*: vbi de hac pace Lilana scribit, & oppignoratione Galloflandriæ Franco Regi facta, eiusdẽque post 60 annos restitutione. *vide descriptionẽ Flandriæ.* Hungari Regem sibi constituunt Othonem Bauariæ Ducem. *Bonfin.* Post obitum Venceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis, succedit filius Venceslaus Iunior, breui extinctus dolo Alberti Imperatoris. *Auentin. lib.* 7. *Martin. Cromer.* tandem Pontifex electus Perusię, 5 Iunij, Clemẽs V, Burdigalensis Diœcesis, absens in suo Episcopatu Burdigalensi, Raimundus Delgoth ante vocatus: Bertrandi Equitis filius. *Onuph.* Cardinales ex Italia, ille Burdigala Lugdunum veniunt, pridie Idus Nouemb. in Ecclesia sancti Iusti coronatur. In pompa adfuere tres Reges; Francus, Anglus, & Arragonius. paries vetustate & onere superstantis multitudinis procumbens multos oppressit. Sedes Papalis Româ Auenionem ob seditiones Italicas ab eo translata est, perculso reliquo Christiano orbe, & indignante Italia; tunc primùm, *inquit Aemilius*, in Prouinciam, atque adeo in ordinem redactâ. hæsit ibi minimum annis 70. tres missi Cardinales, qui res Romæ, & in Italia gererent. *Platin. Genebrard. Till. Mariana lib.* 15. *c.* 8.	20 Philippi 4. Pulchri.
1306 Indict. 4.	2 Clemẽtis 5	24 Andronici 1. Seniores, Palæologi.	*Alberti* I. *Cæsaris, seu* Regis *Germaniæ ann.* 8. *Imp.* 6. Extincto Venceslao Bohemiæ Rege, Imperator breui Regnum effecit suum. hactenus ibi Reges Beneficiarij erant Imperatoris. *Auentin. Martin. Cromer.* Robertus Brusęus apud Anglum Regem postulatus Maiestatis à Cumeno, magna arte elapsus, Scotiam intrat, & occiso hoste Cumeno, Regnum sibi parat: Scotiæ Rex coronatur, grauia adhuc passurus ab Anglis. *Hector Boet. Polidor. Lesłæus.* In Polonia Vladislaus, reuocatus à Polonis, renuntiatur Rex. *Chron Polon.* Iudæi à Rege spoliati, & pulsi è Gallia. *Aemil. Till. & alij.* Clemens Burdigalæ nunc est, annumque hæret ibi integrum. *Chron. Monfort.*	21 Philippi 4. Pulchri.
1307 Indict. 5.	3 Clemẽtis 5	25 Andronici 1 Seniores, Palæologi.	*Alberti I. Cæsaris, seu* Regis *Germaniæ ann.* 9. *Imp.* 7. Pontifex Augustoriti Pictonum agit cum Rege Franco de pace, inter ipsum & Anglos: ac de puniendis Templariis: quos postea iustis de causis Pontifex suppressit: eorum bona militibus Rhodiis adiudicata: pars etiam aliqua Regi Franco concessa. *Aemil. Platin. Mariana lib.* 15. *cap.* 10. *Genebrard.* Pauci Heluetii, Alpium incolæ, ab Alberti Imperatoris ministris vexati; inito fœdere, cœperunt iniuriam propulsare: à quibus paruis initiis, plures hodie confederatæ Prouinciæ Heluetiorum nomen receperunt. *Stumphius.* Ludouicus Philippi Franci filius, Pampelonæ coronatur mense Iunio. Edoardus Angliæ Rex, magni animi Princeps, diem obiit 7 Iulii in Scotiæ finibus: hoc vno exemplo crudelior visus, quòd nobilium Scotorum obsides, moriens iusserit agi in crucem. Successit filius Edoardus 2, cognomento Carnarnen. *Hector Boet Polydor. in fine lib.* 17. *Lesłæus.* Interim Brusęus	22 Philippi 4. pulchri.

Rex, rem Scoticam, plane inclinatam, sensim erigere conabatur, ope Iacobi Duglasii, qui nobilissimæ familiæ nomẽ dedit, & initium. *Authores citati.*

1308 | 4 Clemẽtis 5 | 26 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | *Alberti 1. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 10. *Imp.* 8. Albertus Imperator à fratris filio Ioanne, aliisque paucis comitibus, impiissime trucidatur, magnus Princeps, 1 Maii. Electores Francofurti 1 Nouemb. renuntiant Imperatorem Germaniæ Henricum Comitem Luceburgensem. electio probata fuit à Summo Pontifice. Dux Austriæ creatur Fridericus Alberti Imperatoris filius. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Isabella filia Philippi Pulchri nubit Edoardo huius nominis 2, Anglo Regi. *Annal. Franc.* Gualterus Hemmyng. Historiæ suæ Anglicanæ finem imponit, quam à Normannorum Regni initio protraxit: obiit nunc Scotus Theologus Franciscanus, eorum, qui sunt à Diuo Thoma dictus Antagonista. | 23 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 6.

1309 | 5 Clemẽtis 5 | 27 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | *Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 1. Obiit Carolus Rex Neapolitanus, dictus Claudus, mense Maio: succedit filius Robertus, mortuo iam Carolo Martello, natu maximo, quem postulauerant Regem Hungari iure materno. acta res ista fuit, consentiente Pontifice. *Onuph.* coronatus 8 Septem. *Blond. Sabel. Pandulph.* huius quoque Roberti erat Phocensis Prouincia, cui Auenio contribuebatur. exercuit tunc Iurisconsultorum ingenia, quæstio inde orta de Carolo Norberto Martelli filio, qui Regnum petebat iurè repræsentationis. vicit Baldi sententia. Publicæ vtilitatis habita ratio est, posthabito iure representationis. effecit tamen summus Pontifex, vt sequenti anno, Hungarię Rex reciperetur Caroli Martelli filius, (*de quo ad annum* 1299. 1301. *&* 1310.) sed post longa dissidia. *Bonfin. Chron. Hungar.* Clemens Papa Auenionem venit indixitque Concilium. | 24 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 7.

1310 | 6 Clemẽtis 5 | 28 Andronici 1. Senioris, palæologi. | *Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann.* 2. Veneti, quod occupassent Ferrariam, Sacris interdicuntur à Clemente eorũque bona vbique terrarum primi occupantis decernuntur: excitatis etiam in eos, Belli Sacri militibus, à quibus victi Veneti ad Ferrariam, veniam errati deprecantur per Franciscum Dandalum, abiecte se protesternentem ad pedes Pontificis. *Chron. Monfort. Blond. Sabel.* hæc Auenione egit Pontifex: ac proinde non ante hunc annum. diem clausit Ferdinandus 4 Castellæ Rex 1 Id. Septemb. In strato repertus exanimatus, dum à prandio daret se somno. Regnum tenuit filius Alfonsus 11 Castellæ Rex. *Alfon. Cartagen. Volateranus. sed Mariana lib.* 15. *cap.* 11. *&* 12. hæc refert ad annum 1312. Carolus Norbertus Hungariæ Rex nunc coronatus, regnat annis 32. *Bonfin. Chron. Hungar.* est hic Carolus Martelli defuncti filius, Claudi nepos, *vt an.* 1309. *commemorani.* Robertus patruus, Neapolim, & Phocensem Prouinciam ad huc tenebat. Est quoque hic annus excidii & supplicii de Templariis sumpti per Gallias. *Chron. Monfort.* Rhodus insula Turcis erepta, fuit deinceps penes Equites S. Ioannis Hospital. Hierosol, *Ibidem.* | 25 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 8.

1311 | 7 Clemẽtis 5 | 29 Andronici 1. Senioris, palæologi. | *Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an.* 3. Henricus, vt erat in conditionibus approbatæ electionis à Clemente, Italiam ingressus, sedat ciuitatum dissidia: & coronatus Mediolani, hibernat Genuæ. *Iouius, Blond.* Obiit Theobaldus huius nominis 2 Lotharingiæ Dux. Ducatum tenuit filius Foricus, dictus 2. *Richard, Vasseburg.* In Anglia Petrus Ganistanus seu Gauerstonus, occisus à Proceribus Regni, qui Regem, omniaque ad nutũ regebat: parũque adfuit, quin de Regis abdicatione decerneretur. *Polyd. in Edoardo 2. initio lib.* 18. Inchoatum est 1 Octobris Viennense | 26 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 9.

Concilium Generale 15 Præside Clemente V. adfuere tres Reges; Francus, Anglus, & Tarraconensis, seu Arragonius: Patriarchæ Alexandriæ, & Antiochiæ: Episcopi 114 (aliqui numerant 300) præter Abbates, & Doctores: actum de recuperanda Terra Sancta: damnatæ Hæreses: suppressus Templariorum Ordo: decretum de moribus Clericorum. extant aliqua in Clementinis. Concilium hoc extat Tomo 3 Conciliorum. *Platin. Palmer. Car. Ballarmin. lib. 1 de Conciliis c. 5.* Habetur huius Concilii decretum Clem. vnica. de sum. Trin. & fide, definiens ab eo tẽpore si quis asserat, seu tenere pertinaciter præsumat, quod anima rationalis seu intellectiua, non sit forma corporis humani per se & essentialiter, censendum hunc tanquàm hæræticum. hæc pene ipsius Decreti verba.

1312 | 8 Clemẽtis | 30 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | 27 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 10.

Henrici 7 Cæsaris, seu Regis Germaniæ ann. 4. eius nominis 6. Imp. 1. Henricus hoc anno Romam peruenit: vbi à destinatis Cardinalibus coronatur 1 Augusti. *Blond. Sabel. Naucler. Cuspin.* dedit operam in hoc itinere, vt Italiam factionibus purgaret. Robertus (*de quo ad ann. 1309.*) venit in Phocensem Prouinciam, dùm Papa esset Auenione: à popularibus salutatur Comes: à Clemente Rex vocatus est: vtrique (nouo inito consilio) periculosum visum, si Henricus vrbe & Italia, vt fieri cœperat, potiretur. *Aemil.* huc vsque producta sunt Chronica, dicta Monfortensia; quæ testantur Lugdunum nunc obuenisse Franco Regi, ex permutatione aliqua cum vrbis illius Archiepiscopo, Petro Sabaudiensi. Alii etiam aliud addunt. *Guill. de Nangis, & Annal. Franc.* Constantinopoli creatus Patriarcha Niphon.

1313 | 9 Clemẽtis | 31 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | 28 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 11.

Henrici 7. Cæsaris, seu Regis Germaniæ an. 5. eius nominis 6. Imper. 2. Dum Henricus expeditionem parat in Regnum Neapolitanum, diem clausit mense Augusto: fama fuit veneno extinctum. *Genebrard. Naucler. Cuspin. Auentin.* Certatum est inter Electores, de successore per 14 menses: Friderico Austriæ, & Ludouico Bauariæ Ducibus, Imperium ambientibus. In Scotia Robertus Bruseus Rex, Donaldo, aliisque Anglorum fautoribus deuictis, arcem Aberdonensem captam euertit: pertho oppidum cepit, Sterlingo demùm, & Edinburgo potitus, Scotiam recepit vniuersam. *Hector Boet. L. esleus.* Post Petrum Gradenicum, ducit res Venetas Martinus Zarti, 10 mensibus: cui successit Ioannes Foreni Superancius. *Sabel*

1314 | SEDES Vacat. | 32 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | 29 Philippi 4. Pulchri.

Indict. 12.

Schisma in Occid. Imp. inter Ludouicum Bauariæ, & Fridericum Austriæ, Duces. Tandem mense Octobri, discordes in Germania Electores renuntiant Cæsarem Germanicum: hi quidem Ludouicum Bauariæ: illi Fridericum Austriæ, Duces. quæ res ciuili bello per aliquot annos afflixit Germaniam. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Dum res in Gallia turbantur, ob nimias exactiones, & quod signatum argentum (*ex Aemilio*) non iustæ probitatis esset: Rex ipse in venatione equo lapsus, moritur 29 Nouẽb. idque hoc anno. *ex Nangis Annal. Franc. & Bernardo Guidonis*, qui nunc viuebat. licet ad annum 1313 referat hoc *Aemilius.* In Scotia Robertus Anglorum exercitum fudit ingentem; cæsis, vt ferunt, peditum 50000. *Hector Boet. Leslæus Polydor. Ioannes Maior.* contigit insignis hæc victoria ipso die, qui sancto Ioanni Baptistæ sacer est, cum peccata Exomologesi expiassent futuri victores, & aciem, sacra Christi imagine, velut altero Labaro muniuissent. Quàm te, Princeps, qui iurè hodie sceptra Britannica tenes; debent hæc domestica permouere exempla, & auorum, sub veræ Religionis professione facta glorioßissima: vt nouo hoc, quod circumfertur, dogmate post habito: habeas tandem illius in Deum fidei rationem, sub qua, per innumeros penè, & verè Catholicos Reges,

Imperij

Imperij Britannici gloria ad te deriuata est. Clausit nunc diem Clemens Papa 20 Aprilis : vacat Sedes annis 2, & aliquot mensibus. *Platina, Onuph.*

1315 *Indict. 13.* | SEDES vacat. | 33 *Andronici 1. Seniores, Palæologi.* | *Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis, in Schismate contra Fridericum Austriæ Ducem an. 1.* Ex tribus Philippi Pulchri liberis, (qui omnes regnarunt,) primus & natu maximus regnat Ludouicus Hutinus : quod Principis cognomen, veteri Gallorum idiomate tumultuosum notat. Grauissimi tributi indicendi autorem insimulat populus Engeranum Normannum, Longeuillæ Comitem, & Fisci summum præfectum : demùm Peculatus reus, furca suspenditur, euersa eius statua pridie Kalend. Maii, Caroli Valesij operâ. *Æmil.* Rex in Galliam reuocat Iudæos Senatus Parisiis statarius constituitur. *Aemil. & Nangis.* In Italia Guelphi & Gibellini passim ferè pugnant. *Blond. Pandulphus,* Niphon Patriarcha Constantinopolitanus, ob varia crimina abdicatur; substituitur Ioānes Glicys, λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τῆς δρόμυς: sed post annũ, cùm vxor Monasticum habitũ iduuisset. *Gregoras lib. 7 subfinem.* Hiberni fratrem Roberti Brusei Regis, sibi Regem petierant. Robertus cum exercitu in eam Insulam traiiciens, adfuit aliquandiu fratri : sed post quadriennium, res Hibernica stetit ab Anglis. *Polydor.* nunc putatur Franciscus Mayronus Franciscanus, inuexisse examen illud Sorbonicum, Theologorum accuratum, & illustre per diem integrum, nullâ interposita mora. *Genebrard. in Clemen. 5.* | 1 *Ludouici 10. Hutini.*

1316 *Indict. 14.* | SEDES vacat. | 34 *Andronici 1. Seniores, Palæologi.* | *Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis, in Schismate contra Fridericum Austriæ Ducem an. 2.* Propagatur bellum ciuile Germanicum, dum adhuc ius Cæsarii nominis in controuersia versatur. *Naucler. Cuspin.* moritur Rex Franciæ Ludouicus, 5 Iunii, ad saltum Vicenarum, (*bois de Vincennes:*) succedit Philippus Longus, alter Philippi Pulchri filius, exclusâ Ioanna Hutini filia : &, vt Duci Burgundiæ fieret satis, qui Ioannæ Regnum petebat, contra Salicam Legem, datus ei est Burgundiæ Comitatus, & Philippi Longi filia in matrimonium. *Aemil.* Tandem Lugdunum veniunt Cardinales : vbi 7 Augusti renunti atur Papa Ioannes 21. dictus 22. coronatus ibidem 7 Septemb. anteà vocatus Iacobus, patria Gallus, & Cadurcensis, humili loco natus; ex Episcopo Auenionensi, & Cardinale Portuensi, creatus Summus Pontifex. sedit Auenione annis 18. Aureorum Florenorum decies & septies centena millia reliquit in ærario Pontificio, *inquit Genebrardus.* | 2 *Ludouici 10. Hutini.*

1317 *Indict. 15* | 1 Ioannis 21 dicti 22. | 35 *Andronici 1. Seniores, Palæologi.* | *Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis, in Schismate contra Fridericum Austriæ Ducem an. 3.* Philippus Longus coronatur Rhemis 6 Ianuarij : & exceptus honorifice à Parisiensibus, conuocat Comitia : decretumque est, pro vetere Francorũ more & instituto, repellendas fœminas à successione Regni Franciæ. *Appendix ad Chron. de Nangis.* Beruicum Scoti recipiunt, & supplicio animaduersum in nobiles, qui Anglo Regi fauebant, habitis Regni Comitiis Perthi : quæ ob cædem nobilium, vulgò Nigra appellata sunt. Robertus Rex, ad repellendas Anglorum incursiones ducit in Angliam exercitum. Pugnatum feliciter à Scotis est ad Bylandum, fuso fugatoque Anglorum exercitu. quo tempore Hamptoun, nobilis Anglus, ad Scotos deficiens, initium dedit illustrissimæ Hamiltoniorum familiæ. *Lesleus, Hector Boet. Polydor. Vergil.* Ioannes Papa Tolosæ in Gallia Archiepiscopatum instituit. *Continuator de Nangis.* Clementis 5 Constitutiones approbatas, iubet publicè per Vniuersitates explicari. | 1 *Philippi 5. Longi.*

1318 | 2 Ioannis 22. dicti | 36 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | Reg. Franc. 2 Philippi 1. Longi.

Indict. 1.

Ludouici V. Bauari Cæsaris, seu Germa. Regis, *in Schismate contra Fridericum Austriæ* Ducem *an.* 4. Hic annus est renouati fœderis inter Francum & Scotum Reges. *Lesl.eus in Bruseo, Hector Boet.* viuebant nunc duo Dominicani, Petrus à Palude, & Durandus, qui scripsit in Magistrum Sentent. Episcopus Anicienſis; diuersus ab illo, qui Author Rationalis Diuin. Offic. dictus est Speculator. *Tritem. Cocc. an.* 1320. Sub idem tempus viuebant Martinus Polonus, Guil. OKamus Franciscanus, Herueus Brito, Niceph. Gregoras, Landulphus Carthusianus, Guido Carmelita, Aureolus, & Simon de Cassia Augustinianus. *Cocc.*

1319 | 3 Ioannis 22. dicti 22. | 37 Andronici 1. Senioris, palæologi. | 3 Philippi 5. Longi.

Indict. 2.

Ludouici V. Bauari, Cæsaris, seu Germã. Regis, in Schismate cõtra Fridericum Austriæ Ducem. an. 5. Pastores & Bubulci armantur sponte ad bellum Sacrum: sed res tota versa est in latrocinium & piraticam. Pace constitutâ cum Comite Flandriæ, Ludouicus Niuernensium Comes, Franci Regis filiam Margaritam connubio accepit: & Maria, tertia Regis filia, nubit Delphino Viennensi. *Aemil. Till. an.* 1317. Instituti aliquot Ordines noui Fratrum montis Oliueti Senis, *ex Onuph.* & militum IESV CHRISTI in Lusitania, quibus Templariorum bona adiudicata sunt. *Genebrard. Mariana Histor. Hispan. Aubertus c.* 13.

1320 | 4 Ioannis 22. dicti 22. | 38 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | 4 Philippi 5. Lõgi

Indict. 3.

Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu Germaniæ Regis, in Schismate contra Fridericum Austriæ Ducem an. 6. Nec sedantur adhuc, inter Fridericum & Ludouicum, Germanici motus, nec quiescunt Italicæ factiones inter Guelphos, & Gibellinos. Genua tamen hoc anno, obsidione, qua à Gibellinis premebatur, liberata est. *Pandulph.* Vladislaus coronatus Poloniæ Rex 20 Ianuar. Cracouiæ: vbi deinceps asseruata sunt Regum insignia. *Martin. Cromer.* Turcæ, traiecto Hellesponto, Chersonesum occupant: & indè in Thraciam excurrere cœperunt. *Gregoras, Laonicus lib.* 2. Constantinopoli Patriarcha constituitur Gerasius Monachus. *Gregoras lib.* 8.

1321 | 5 Ioannis 22. dicti 22. | 39 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | 5 Philippi 5. Lõgi

Indict. 4.

Ludouici V. Bauari, Cæsaris, seu German. Regis, *in Schismate contra Fridericũ Austriæ Ducem an.* 7. Andronico Seniori Græco Imperatori exoritur bellum contra Iuniorem Andronicum nepotem: qui Thraciam occupans, auoque negotium facessens, magnam Turcis grassatoribus viam strauit. *Gregoras.* Rebelles in Anglia à Rege perdomiti. *Polyd.* Ioannes à Poliaco Theologus, iussus à Pontifice Palinodiam canere, qui asserebat Exomologeses, seu Confessiones, tantùm à Curione exceptas probari: & quas ex Priuilegio excipiunt Mendicantes, improbari. Aemil. *Nangis.* verùm non est ausus hic Author (vt cum Theologis loquar in re Theologica) asserere, has Confessiones nullius essevaloris: sed si absque Curionis facultate fierent, non liberare pœnitentem, ab obligatione annuæ Confessionis Parocho iterùm, & integrè faciendæ. quam rem satis inter alios attigit noster *Suares, Tomo de Pœnit. disp.* 26. *sectione* 2. *initio.* extat quoque huius anni Constitutio eiusdem Pontificis de Mendicantium paupertate; *in Extrauag. cùm quorundam: de verbor. significat.* Nicolaus tertius, abrogato dominio (quod esse voluit penes Papam, vel dantem) vsum aliquem bonorum Mendicantibus reliquerat. Ioannes vsum, in rebus, quæ vsu consumuntur, non putauit à dominio posse distingui, nec eripi Mendicantibus tale dominium. Nostri Theologi, ne ἀντινομίαν concedant, pleraque comminiscuntur de iuris & facti vsu vario. Sed de hoc illi ex instituto, cum de dominio differunt: nos aliud agimus.

1322 | 6 | 40 | 1

Iudict. 5. | Ioannis 21 dicti 22. | Andronici 1. Senioris, Palæologi. | Carols 4. Pulchri.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis, in Schismate contra Fridericum Austriæ Ducem an. 8. Tandem Fridericus Austriæ Dux Bauariam, seu Baioariam cum exercitu ingressus, superatur à Ludouico Bauaro mense Septembri; & post triennij custodiam dimissus, exceptusque à suis, breui diem clausit. à qua pugna Ludouicus solus pro Cæsare se gerit. *vide* 1314. cæterùm *Nauclerus & Onuph.* huic Christi anno hanc victoriam asscribunt: alij anno 1323, vt *Nangis, & Auentin.* Obiit 3 Ianuarii Rex Franciæ Philippus Longus: regnat Carolus Pulcher, frater, Nauarræ Rex, quartus huius nominis: coronatus 12 Febr. Post Gerasimum Patriarcham Constantinopol. substituitur Esaias. *ex Gregora lib. 8.* Promulgata est hoc anno Constitutio Ioannis 22, cuius initium est AD CONDITOREM CANONVM: non sine Franciscanorum offensione aliqua, ex quibus nonnulli transierunt ad partes Ludouici Imp. Pontifici infensissimi. ex iis erat Guillelmus Okamus ex Anglia, euasit iste stipendiarius Imperatoris, *inquit Genebrardus*, vt stilum acueret in Pontificem: à quo tandem anathemate obstrictus Okamus, damnatur ab Vniuersitate Parisiensi, exustis impiis eius libellis, *Aemil. Trithem. Genebrad. & alii.* mentiri certum est *Caluin. lib. 8 primarum Iustitutionum, num. 133*, dum asseruit, Ioanni 22 animas visas mortales. tantùm probabile ille putauit (quod ita sentire viderentur aliqui Patres antiqui) animas, ante Iudicii extremi diem, non frui clarâ Dei visione. In quo etiam ipsum excusat idem ipsius insecutor Okamus: nec ipse aliquid de hac diuersa quæstione definiuit. *Lege Six. Senen. Biblioth. lib. 6. annot. 345.* Benedictus tamen (*de quo ad annum* 1334.) Decretalem de ea edidit. *Genebrardus in Benedicto* 11. Diem claudit Robertus Flandriæ Comes, dictus Bethunius, *Marchan.*

1313 | 7 | 41 | 2

Indict. 6. | Ioannis 21 dicti 22. | Andronici 1 Senioris, palæologi. | Carolo 4. Pulchri.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris seu German. Regis an. 9. à morte Friderici Austriæ Ducis 1. Hoc annum missum putatur ad Ludouicũ Cæsarem, Diploma Ioannis obsignatum 8 Idus Octobr. huius anni: mandatum continebat de abdicando Imperio, ob ea, quæ illo Diplomate expressa habentur. *Naucler. Auentin. Trithem.* Obiisse nunc putatur Comes Niuernẽsis, relicto filio Ludouico, cui adiudicatus est in Parium Senatu Parisien. Comitatus Flandriæ. quẽ lite intẽtata, petebat Robertus patruus. *Chron. Flandr. vidè an. 1322.* Ludouicus iste nominis huius primus est. *Marchan. lib. 2.* dictus Creiscius à loco mortis, *vide an. 1346.* Diuus Thomas Aquinas, Sanctorum numero adscribitur, sacrata eius memoria à Ioanne Papa. Ioannes Insulanus, Lutetiæ Non. Maii, ducitur ad patibulum. falluntur omninò, qui vitricum putãt Ioannis Papæ. *Aemil.* Scribit *Paradinus. c. 47.* post Amadei Sabaudiæ Comitis obitum, Edoardum filium iure nunc tenuisse Sabaudiam: numeratur Comes 12.

1324 | 8 | 42 | 3

Indict. 7. | Ioannis 21 dicti 22 | Andronici 1. Senioris, Palæologi. | Carols 4. Pulchri.

Ludouici V. Bauari, Cæsatis, seu Regis German. an. 10. Anathemate innodatur Ludouicus, prouocans ad futurum Concilium à sententia, *de qua* 1323. hinc natas Tragœdias referunt *Auentinus lib. 7. & alii.* Renouatum inter Francos, & Anglos bellum, renuente Anglo Beneficiarii obsequium. Carolus Valesius Comes, Regis Franci patruus, Aquitaniam nepoti totam subiecit, exceptis vrbibus Burdigala, Baiona, & Sanctæ Seueræ Fano, sequentur induciæ. *Aemil, Annal. Franc. Nangiaci Continuator.* Narrat *Polydorus* victos Anglos circa hunc annum à Scotis, semel atque iterùm: tandem Anglis induciæ concessæ. Bononia in Italia iuris Pontificii penitus constituitur. Ottomannus Asiæ ciuitates penè omnes recipit, quæ Græcis supererant. *Gregoras lib. 8, Laonicus lib. 1. vide annum*, 1282.

Christi	Pont.	Imp	Reg. Franc.
1325 Indict. 8	9 Ioannis 22 dicti 22.	43 Andronici 1. Senioris, Palæologi.	4 Philippi Pulchri. 4.
1326 Indict. 9.	10 Ioannis 22 dicti 22.	44 Andronici 1. Senioris, Palæologi.	5 Caroli Pulchri. 4
1327 Indict. 10.	11 Ioannis 22 dicti 22.	45 Andronici 1. Senioris, Palæologi.	6 Caroli Pulchri. 4
1328 Indict. 11.	12 Ioannis 22 dicti 22.	46 Andronici 1. Senioris, Palæologi.	1 Philippi 6. Valesij.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis an. 11. Luitpoldus abdicati Ludouici frater, Ludouicum Summi Pontificis sententia iam hostem Ecclesiæ iudicatum, armis petit, vexatque: magno per Germaniam motu excitato. *Naucler. Auentin. Cuspin.* vita cessit mense Decembr. Carolus Valesij Comes, pater Philippi Valesij, qui Franciæ Rex futurus est. *Aemil. Tillius.* Obiit Dionysius Lusitaniæ Rex 7 Ianuarij, anno Regni 45 exacto, regnat filius Alfonsus 4.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu German. Regis an. 12. Isabella soror Caroli Franciæ Regis, Regina Angliæ, maritum Edoardum, bello à se captum, impulit ad Regni abdicationem: sumpto seuero supplicio de iis, à quibus ad praua consilia impellebatur: regnatque sic Iunior Edoardus filius, & huius nominis 3. *vide an.* 1302. *Aemil. Nangis Cõtinuator, Polydor. in fine lib.* 18. *Chron. Flandriæ.* Aragoniæ Rex Iacobus 2. obiit vltimo Octobris: qui Iacobum filium natu maximum priuauit iure Regni; instituto hærede Alfonso, ætate proximo. *Franciscus Tarafa.*

Ludouici V. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 13. Ludouicus inuitatus à Lombardiæ Gibellinis, exercitum ducit in Italiam. Mediolani coronâ ferrea decoratur, ipso die Pentecostes. Pisani, & qui à Pontifice stabant, nouis molestiis bellicis occupatum detinent in Hetruria per 4 menses. *Naucler. Auentin.* Pontifex, permittente Rege, Decimas exigit in Gallia. *Aemil. Tillius, Cõtinuator Nangis.* post aliquot menses à coronatione Edoardi Iunioris Angli, Robertus Scotiæ Rex ei bellũ mouet, Douglasio Duce. Sed quod breui in pacem versum his conditionibus est: vt Cumbriam, & Northumbriam, Scotiæ Regnum terminos haberet: & Ioanna, Edoardi 3 filia, Dauidi nuberet, Roberti Regis filio: qui tunc quinquennium tantùm attigerat. *Frossart. Polydor. Leslæus narrat idem Polydorus,* occubuisse in carcere nunc Edoardum 2, qui Senior vocabatur.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 14. Andronicus Iunior, comparato exercitu Constantinopolim capit. Imperat deinceps, passus tamen auum (qui Senior Andronicus dicebatur) esse collegam. *Gregoras* rem describit *lib. 9.* adfuerunt Iuniori in hac expeditione Bulgari, Veneti, & Genuenses. Ludouicus Bauarus, acerrimus Ioannis Papæ hostis, Romam peruenit: ibi tertia illi imponitur Corona à Stephano Columnio: ac demum habito Conuentu, creari fecit à quibusdam Schismaticis Episcopis, Pseudopontificem Nicolaum 5, quarto Idus Maij: hic antea vocabatur Petrus Reynalucij, Diœcesis Reatinæ in Vmbria, & relicta vxore, Ordinem Minorum erat professus. *Onuphrius.* Ludouico res ita turbanti noua rerum facies & rebellio, per Lombardiam, & Hetruriam exorta. *Naucler. Auentin. Cuspin. Iouius.* Ludouicus Gonzaga Mantuam occupans, ipse Mantuanus ciuis: posteris, ciuitatis firmam possessionem ad nostra tempora fecit. *Authores citati.* pergit Okamus, magna intemperantia lapsus, monumenta atrocia edere in Ioannem Pontificem. Scribit inter alia hic Imperatoris stipendiarius, Papam se constituisse Imperij, & Regnorum Dominum. Ita sanè nostri Nouatores. Popello (si diis placet) persuadere nituntur; Romanũ Pontificem sibi arrogare potestatem, Regna pro arbitrio ab vno ad alium transferendi. mendacium malæ mentis putum putum est, & ad hoc excogitata calumnia, vt cùm Ecclesiã Catholicam in suo capite reddiderint odiosam, Schisma creent inter Pontificẽ Principesq; Christianos, si possint, perpetuũ. Diẽ obiit Carolus Pulcher, Frãcię Rex, & Nauarræ, sine prole mascula, ad hortos Vi-

cenatũ, Kalend. Febr. Philippus Valesius, Caroli Valesij Comitis filius, trium superiorum Regum patruelis, Rhemis inungitur Rex, die Festo S. Trinitati. Exclusus est Edoardus Angliæ Rex Salica Lege: qui ex matre, filiâ vnicâ Philippi Pulchri, se Franciæ Regẽ asserebat. *Aemil. Annal. Franc. Till. Vigner. & alij.* Hãc quæstionem, adhuc sub iudice esse, sibi persuadent Angli. Robertus Atrebas Legem Salicam, & Valesij causam tuebatur. Nauarræ Regnum, iure deuolutum est ad Ioannam, Ludouici Hutini filiam, iam vxorem Philippi: qui filius erat Ludouici Comitis Eburonicum, *Eureux* vulgo. Ab exercitu Franco cæsi rebellantes Flandri ad Cassetam, insigni strage, & Ludouicus Flandriæ Comes, *de quo ad an.* 1323, restituitur 10 Kal. Septembr. sumpto Parisiis supplicio de seditiosis plebis ductoribus. *Chron. Fland. Annal. Franc. & Bernardus Guidonis*, qui huc vsque Chronicon produxit. Othomannus Turcarum Princeps præcipuus moritur: succedit Orchanes natu minimus, occisis duobus fratribus. hic Lydiam totam recepit. *Laonic.*

1329 | 13 Ioannis 11 dicti 22. | 47 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | 2 Philippi 6. Valesij.

Indict. 12.

Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 15. Ludouicus Bauarus, relicta obsidione Mediolanensi, redit in Germaniam ad nouos motus sedandos. magna statim in Italia facta rerum mutatio. Ciuitates ab eo aliquot deficiunt. Pseudopapa Nicolaus, à Pisanis in carcerem coniicitur. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Anglus Rex in Galliam traiiciens, se Clientem professus est, & iurauit in verba Valesii Regis Franc. *Chron. Frossart.* Nunc contigit coram Rege Valesio actio Petri Cunerii aduocati Regii, qua conabatur omnem temporalem iurisdictionem, Episcopis adimere, libertatemque Ecclesiasticam infringere. Rex causam Episcopis adiudicauit: ex quo nomen Catholici Regis iure optimo consequutus est. extat huius perpetuæ ignominiæ Cunerio inustæ monumentum, in Cathedrali Ecclesia Parisiensi. *Aemil. Vigner. Genebrard. in Ioanne* 22, qui rectè obseruat hanc repetitam Crambẽ, iterum reponi à Nouatoribus, & templorum iuratis hostibus. Ludouicus Clarimontanus, & Marchiæ Comes, primus Borbonii Dux renuntiatur: vnde prognati Borbonii Principes. *Annal. Franc. Aemil. Tillius, Gaguin. lib.* 8. *Genebrard.* Radulphus patri Forico succedit Dux Lotharingiæ. *Richardus Vasseburgen.* Superãtio Duci Veneto mortuo, substituitur Franciscus Dãdalus. *Sabellic.* Robertus Bruseus Scotiæ Rex fatis concessit 7 Nouembr. princeps omnium virtutum genere clarus; & qui Scotiæ rebus deploratis, Regnum, quod penè Anglis seruire cœperat, in florentissimum statum asseruit: hostibus, tum domestico, tum externo, singulari virtute & consilio debellatis. hic Rex moriens, author suis fuit, ne vnquam cum Anglis constituta acie decertarent, sed leuibus tantùm præliis. Roberti filius Dauid Rex renuntiatur: cui ob teneram ætatem, procurator Regni Thomas Ranulphus, Comes datus est. *Hector Boet. Leslæus, Polydorus, Maior.* Odoardus Sabaudiæ Comes fato concedens, successorem habuit Amadeum fratrem, huius nominis V. *Paradin c.* 49.

1330 | 14 Ioannis 12 dicti 22 | 48 Andronici 1. Senioris, Palæologi. | 3 Philippi 6. Valesij.

Indict. 13.

Ludouici V. Bauari, Cæsaris, seu Germã. Regis an. 16. Aduentus Ioannis Regis Bohemiæ in Italiam, magnam ibi rerum pertur bationem attulit, factionum mutationem, & intestinorum bellorum incendium. *Scriptores citati.* Castellæ, & Arragoniæ Reges, iunctis copiis, insignem hoc anno de Mauris referunt victoriam. Theba capta. *Continuator Nangis, Mariana lib.* 15. *cap. vltim.* Pseudopapa Nicolaus, deficientibus passim à Ludouico Bauaro Italis desertus à suis Auenionem perducitur, vbi in carcere obiit. *Platin. Genebrard.* Pontificatum abdicauit 25 Augusti.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
1331 Indict. 14	15 Ioannis 21 dicti 22.	49 Andronici 1. Senioris, Palæologi.	*Ludouici* 5. *Bauari*, *Cæsaris seu Germaniæ Regis an.* 17. Orchanes Turcarum Princeps Nicæam Bithyniæ expugnat: sed à Philadelphia, quam obsidebat, repellitur. *Gregoras lib.* 9. Ante annum Comes Geldriæ, Dux appellatus est à Ludouico Bauaro. *Froſſar. Trithem. Genebrard.*	4 Philippi 6. Valesij.
1332 Indict. 15.	16 Ioannis 21 dicti 22.	1 Andronici 2. Iunioris, Palæologi.	*Ludouici* 5. *Bauari*, *Cæsaris*, *seu Germaniæ* Regis *ann.* 18. Vita cessit Constantinopoli Andronicus Senior 12 Febr. anno ætatis 74, & 129 post captam Vrbem illam à Francis. Regnat solus Andronicus Iunior. *Gregoras lib.* 11. Ioannes Bohemiæ Rex iterum hoc anno in Italia est; sed partim ob ingraueſcens Polonicum bellum, partim pertæsus dissidia, & mobilia Italorum studia, redit, nullâ magnâ re gestâ, in Germaniam. *Scriptores citati.* Robertus Atrebas (1323.) Comes Bellomontanus, ob amissam litem, iniuriam sibi factam interpretatus, deficit à Francis, totumque se Anglo Regi tradit. *Continuator Nangis.* Arragonios vincunt Genuenses nauali prælio. *Palmerius.*	5 Philippi 6. Valesij.
1333 Indict. 1.	17 Ioannis 21 dicti 22.	2 Andronici 2 Iunioris, Palæologi.	*Ludouici* 5. *Bauari Cæsaris*, *seu Germaniæ* Regis *ann.* 19. Ioannes Bohemiæ Rex apertè hoc anno deficit à Ludouico Bauaro. *Auentin.* Ingruente graui, & diuturno bello inter Anglum, & Francum Reges, Edoardus 3. prius Scotiam aggressus, Scotorum fudit exercitum, Berwicum Castrum cepit, & Edoardum Baliolum (qui è Gallia euocatus in Angli Regis verba iurauerat) in aliquam Regni Scotici partem intrusit. *Hector Boet. Leslæus.* posteà dum per Regni procuratores vario Marte certatum est, Dauid Rex, annum agens 9, in Franciam traiiciens, honorificè exceptus est. In Italia Bononienses deficiunt à Pontifice, & Reipublicæ formam affectant. *Blond.* Obiit Rex Poloniæ Vladislaus, 2 Martij: succedit Cazimirus filius, dictus Magnus. *Martin. Cromer.* Bellum prorogatur inter Castellanum, & Granatensem Regem: adfuêre Granatensibus Mauri ex Africa: Rex tamen Granatensis ad pacis conditiones porpensior, vetus tributum promittit Castellano, & breui à suis ferro obtruncatur. *Mariana lib.* 16. *c.* 7. 2. *&* 3.	6 Philippi 6. Valesij.
1334 Indict. 2.	18 Ioannis 21 dicti 22.	3 Andronici 2 Iunioris, palæologi.	*Ludouici V. Bauari*, *Cæsaris*, *seu Ger.* Regis *an.* 20. Vario marte res geruntur apud Scotos. Francus Rex missis eò aliquot militibus, Dauidis Regis causam tuetur. Edoardus ex Anglia Baliolum immittit: ad Perthi vsque fines omnia latè populatur. *Hector Boet. Leslæus.* astutè optabat Edoardus, excluso Scoto Rege, pacem cum Franco constituere. Sed infecta indè res mansit. *Froſſar. Polydor.* Scribit *Gregoras lib.* 10, malè pugnatum ab Andronico Iuniore aduersus Bulgaros. Obiit Ioannes papa, 4 Decemb. post dies 16 electus est pontifex Iacobus, Tolosas, Monachus Cistertiensis, Cardinalis S. Priscæ, dictus Benedictus XII.	7 Philippi 6. Valesij.
1335 Indict. 3.	1 Benedicti X. dicti 12.	4 Andronici 2 Iunioris, palæologi.	*Ludouici* 5. *Bauari*, *Cæsaris*, *seu German.* Regis *an.* 21. Cum nec Pontificem, nec Imperatorem Italia præsentem haberet, Scaligerani, qui Brixiam, Bergomum, & Veronam tenebant, Parmam præterea occupant, & Patauium. Estensis Princeps, Mutinam, Mediolanenses Comam, & Cremonam, alii alibi dominationem captant. *Blond. Sabell.* Pax composita inter Bohemiæ, & Poloniæ Reges: qui Hungarum, & Neapolitanum Reges, in societatem fœderis sollicitant. *Martin. Cromer. Bonfin. Chron. Hungar.* regnare incipit Carbandar, Tartarorum vltimus in Persida Rex.	8 Philippi 6. Valesij.
1336 Indict. 4.	2 Benedicti X. dicti 12.	5 Andronici 2. Iunioris, Palæologi.	*Ludouici V. Bauari*, *Cæsaris*, *seu German*, Regis *an.* 22. Annum hunc excepit bellum inter duos Reges, Francum, & Anglum, sanè luctuosum, & admodum calamitosum rei Christianæ. Nullum Franciam, ex quo Romanorum arma sensit, atrocius exercuit: magna vtrinque contentione gestum: & tandem vtrique Regno acerbum. Regnum ipsum Anglus, in Salicæ Legis fraudem, pe-	9 Philippi 6. Valesij.

tebat: totam Valesiorum excludere nascentem Dynastiam parabat. Germaniæ, Italiæ, Hispaniæque arma, in societatem belli huius aduocata: adeò quisque rerum suarum firmamenta quærebat. Vita cessit Alfonsus 4. Artagoniæ Rex, 9 Febr. successit ex 4 filiis Petrus, huius nominis 4. *Franciscus Tarafa.* Obiit quoque Fridericus Siciliæ Rex, 20. Iunii. *de quo* 1296. Regnum tenuit Petrus filius, huius nominis 2. Missi hoc anno à Pontifice Cõstantinopolim, qui de pace, & concordia Ecclesiarum disputarent: nullus inuentus, qui auderet congredi, licet populus ad id vrgeret vehementer, *vt scribit Gregoras lib.* 10. *sub finem*: tanta tunc illam Ecclesiam fœdauit ignorantia rerum diuinarum, ex quo cœperunt Græci in Schismate esse pertinaces.

1337 | 3 Benedicti X. dicti, 12 | 6 Andronici 2. Iunioris, Palæologi. | Indict. 5.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris seu Germaniæ Regis ann. 23. Anglus hoc anno Xanctones depopulatur: Francus Vasconiam. Stabant ab Anglo plures Germaniæ Duces, & Robertus Atrebas, belli huius fax maxima. Flandri quoque, pulso eorum Comite Ludouico, Anglorum partes sequebantur. Franco Regi adhærebant, Nauarræ, Bohemiæ, & Scotiæ, tres Reges; Lotharingiæ Dux, aliique plures. *Annal. Franc.* In Italia Scaligeranis ereptæ ciuitates: Veneti Patauium, Mediolanenses Brixiam, alii alias ceperunt. *vti narrat. Blond. & Sabellicus.* | 10 *Philippi 6. Valesij.*

1338 | 4 Benedicti 10. dicti 12. | 7 Andronici 2. Iunioris Palæologi. | Indict. 6.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 24. Edoardus Rex Imperii Vicarius constituitur à Ludouico Bauaro, qui breui tamen, ab Angli amicitia deficiens, Francicam præferet. *Æmil.* Cùm Pontifex Benedictus confirmasset Ioannis XXII. sententiam, in Ludouicum Bauarum latam: ipse, conuocatis aliquot suæ factionis viris literatis; Decretum edit, hoc ipso anno, Francofurti, mense Augusto, quo sententiam in se latam, conatur iniustam ostendere, *Naucler. Auentin. Cuspin.* Genuenses Ducem sibi eligunt (instar Venetorum) Simonem Bocanigrum, ad intestinam tollendam discordiam. *Leander.* Petrarcha hoc anno Romæ lauro coronatur in Capitolio ab Vrso Anguillariæ Comite. *Platina in Benedicto* 12. | 11 *Philippi 6. Valesij.*

1339 | 5 Benedicti X. dicti 12. | 8 Andronici 2. Iunioris, Palæologi. | Indict. 7.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis an. 25. Duæ instructissimæ, Angli & Franci Regum, acies, in conspectum venere sine conflictu: dum Valesius prælio abstiner. Edoardus Flandriam repetit, vnde venerat. *Æmil. Tillius, & alii.* ex eo die Edoardus se Franciæ Regem scripsit, vsus vexillis, parmis, & signis liliatis: immortalem testatus hoc monumento controuersiam aduersus Salicæ Legis propugnatores. *Froissart. Continuator Nangis, aliique citati.* Senatores Romani nunc eligi cœperunt nomine Pontificis, reiecto Ludouici Bauari nomine. *Blond.* Albomelicus, Albohaceni Principis in Mauritania filius, ex Africa traiecit, cum quinque equitum millibus, Castellani Regni obtinendi spe plenus. Sed dum hostem contemnit, Castellani dubia luce dato signo, in Mauros incurrunt: & cæsis, fugatisque hostibus, Albomelicus in fuga obtruncatur. Pater postea, magnis in Hispaniam missis copiis, non leuia intulit, terra marique Christianis damna. *Mariana lib. 16. cap. 6. 7. & 8.* victi in Thracia Turcæ. *Gregoras lib.* 11. vbi de Trapezuntis Principe extincto circa idem tempus. | 12 *Philippi 6. Valesij.*

1340 | 6 Benedicti X. dicti 12. | 9 Andronici 2. Iunioris Palæologi. | Indict. 8

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis an. 26. Ludouicus hic ad Franci amicitiam hoc anno transiit, pugna naualis atrox ad Clusas commissa 9 Kal. Iulii. Edoardus, secundo vento, ac discordia in Francica classe adiutus; Francos cecidit, profligauitque. Sed dum in Tornaci obsidione nihil benè gerit; inducias probat, & promulgat, quæ postea in triennium protractæ sunt. *Æmil. & citati Scriptores.* Pontifex, his, qui nũc varias Italiæ ciuitates possi- | 13 *Philippi 6. Valesij.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			debant, confirmat sua authoritate: Guillelmo Gonzagæ Mantuam; Estensi Ferrariam; Scaligeranis Veronam; aliis, alias. *Blond. Sabel.* permisitque, vt à iure Imperii exirent. *Genebrard. in Benedicto Trithem.* Dandalo Venetorum Duci succedit Bartholomæus Gradenigus. *Sabel.* Turcæ Nicomediam Bithyniæ capiunt. *Gregoras.* Albohacem, maximis ex Africa adductis copiis, pugnat in Hispania; victus acie à Castellano Rege, cum ingenti Maurorum clade, & captiuorum maximo numero; nihilque propius factum est, quàm vt ipse caperetur. *Mariana lib. 16. c. 7. & 8.* à Salso amne, prælio, & victoriæ præclarissimæ nomen est: supra 200 Maurorum millia ceciderunt,	
1341 Indict. 9.	7 Benedicti 10. dict. 12.	1 Ioannis Cantacuzeni, tutorio nomine	*Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 27.* Obiit hoc anno Andronicus Iunior, huius nominis 2, mense Iulio. *ex Gregora*, qui hic finem Historiæ Constantinopolitanæ imponit, in funebri Oratione Imperatoris, quam ipse MONΩΔIAN vocat. filius Ioannes Palæologus, 8 annorum puer, Tutorem accepit Ioannem Cantacuzenum: qui sibi Imperium assumens pupillo filiam vnam dedit, alteram Turcarum Principi Orchani. *Onuphrius, Laonic.* nunc putatur Dauid Scotiæ Rex è Francia in Regnum venisse. *Frossartes* eius expeditionem narrat in Angliam, successu felici, & tandem inducias. Patriarcha Constantinopoli constituitur Ioannes Aprinus. Locustæ depopulantur Hungariam, & Poloniam. *Bonfin.* In Sabaudiæ Comitatum Amadeo quinto successit sextus, & filius Amadei 4. *Paradin, cap. 51.*	14 *Philippi 6. Valesij.*
1342 Indict. 10	1 Clemētis 6	2 Ioannis Cantacuzeni.	*Ludouici 5. Bauari Cæsaris, seu German. Regis an. 28.* dum in minori Britannia, certatur de iure illius Prouinciæ, inter Blesensem, & Ioannem à Monteforti Comites: Robertus Atrebas alteri factioni adhærens, vulnere accepto extinguitur. *Froßart. Æmil.* obiit Carolus Hungariæ Rex, cognominatus Robertus: Regno successit Ludouicus filius. *Bonfin. Decad 2. lib. 10.* Mortuo Petro Siciliæ Rege, regnat Ludouicus filius: sed puer 5 annorum, sub tutela patrui. *Thomas Fascel.* Diem clausit Benedictus Pontifex 25. Aprilis. electus 7 Maii successor, Petrus Rogerius, Lemouicensis, Episcopus Rothomagensis, Cardinalis S. S. Nerei & Achillei dictus Clemens 6.	15 *Philippi 6. Valesij.*
1343 Indict. 11.	2 Clemētis 6	3 Ioannis Cantacuzeni,	*Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 29,* Repetita sæpius Legatione, agit Ludouicus Germanicus apud Pontificem de pace, quam negat Pontifex posse admitti, nisi abdicato Imperio. *Trithem. in Chronico Hirsaug. Genebrard. in Clemente 6.* Fœdus hoc anno inter Reges, Francum & Castellanum, initur; dum Anglus bellum parat redintegrandum in Francos, cui etiam fœderi se iunxit Arragonius. *Vigner. & Franc. Histor. Continuator Nangis.* Viennensis Delphinus Humbertus, transfert Delphinatum in secundum Philippi Regis filium. qui titulus tamen postea accessit filio natu maximo. *Thomas sin.* Apud Venetos Andreas Dandalus Dux creatur, post obitum Ducis Gradenigi. *Sabellic.* Robertus Rex Neapolitanus diem Neapoli clausit. *lege Pandulph. Col.* qui notat obiisse anno præcedente, sed sine liberis vllis. Ioanna regnat. hæc ex Carolo Roberti filio neptis, nupsit Andreasso, ex patris sui patruele genito. sorores Ioannæ, Maria, & Margarita.	16 *Philippi 6. Valesij.*
1344 Indict. 12,	3 Clemētis 6	4 Ioannis Cantacuzeni.	*Lodouici 5. Bauari Cæsaris, seu German. Regis an. 30.* Edoardus Angliæ Rex, Garteriorum Equitum Ordinem, Diuo Georgio sacrum instituit. *Polydor. lib. 19. Histor. Anglican.* Ordinis insigne est, pallium cœruleum, & periscelidem gestare. *vide Aubertum lib. 2. cap. 3. de Orig. Ord. Milit.* Castellæ Rex, egregiis terra marique partis in Maurico bello victoriis, Algeziram obsedit 3 Nonas Augusti, an. 1342. Hispaniæ Bæticæ vrbem nobilem, ad fretum Gadita-	17 *Philippi 6. Valesij.*

num, Carteiam aliqui vocant: nec expugnata est, nisi hoc anno, 26 Martii. Pax sequuta his conditionibus. Rex Granatensis solitum dabit vectigal Castellano: induciæ decennales erunt. Præteritis bellis, duo Reges Mauri superati: & vires Africæ concussæ. Sequutum bellum Balearicum. *Mariana lib. 16. cap. 10. & 11.* ad Insulas Mediterranei maris. *ibidem c. 12.* florebant nunc Holcot Anglus, Gregorius Ariminensis, Thomas Argentinas: ambo Augustiniani Ordinis Generales dicti: & Petrus Berchorius.

1345 | 4 Clemētis 6 | 5 Ioannis Cantacuzeni. | Indict. 13. | 18 Philippi 6. Valesij.

Ludouici 5. Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis an. 31. Vectigal cœptum Francis imponi ad belli necessitates: primumque ex sale. *Gaguin. lib. 8. sub finem, Æmil. Tillius.* Redintegratur bellum inter Anglos & Francos, in Vasconia, Flandria, & Normannia. *Annal.* Ioanna Neapolitana Regina, strangulato Andreasso marito, nubit Ludouico, Tarentini Principis filio. *Onuphrius Pandulph.*

1346 | 5 Clemētis 6 | 6 Ioannis Cantacuzeni. | Indict. 14. | 19 Philippi 6. Valesij.

Ludouici 5 Bauari, Cæsaris, seu Germaniæ Regis ann. 32. à morte Friderici Austriæ Ducis 24. à Coronatione Romana (sua falsa) 19. Hortante, imo iubente tandem Pontifice, Electores Imperii conuocati, Ludouicum Bauarum abdicant Imperio, mense Iulio, & Carolum Luceburgensem, Ioannis Bohemiæ Regis filium, renuntiant Regem Romanum. *Naucler. Auentin. & alii.* Cadomum (vulgò Caen) in Normannia expugnatur ab Edoardo, inde in Pontinensem agrum venit, pugnæ auidus. Pugnatum ad Crescium 26 Augusti, (Crescy pres Dabeuile) pugna nobili, sed qua nulla vnquam Francis extitit luctuosior. cæsi ad 20 vel 30 millia. occubuere Ioannes Rex Bohemiæ, pater noui Imperatoris; Carolus, Regis frater; Dux Lotharingiæ; & ex præcipua nobilitate Francica permulti. *Æmil. Froſſart.* Occidit ibidem Ludouicus I Crescius (à loco mortis nomen accepit) Flandriæ Comes, Francum secutus. Flandriam successor obtinuit Ludouicus 2, dictus Malanus. *Marchant.* In Lotharingia patri successit Ioannes filius 9 annorum puer.

1347 | 6 Clemētis 6 | 7 Ioannis Cantacuzeni. | Indict. 15. | 20 Philippi 6. Valesij.

Caroli Regis Bohemiæ, & 4. Romanorum an. 1. obiit Ludouicus Bauarus 11 Octobris, lapsus equo in venatione: Imperatorum vltimus, qui Pontifici Romano bella ausi sunt indicere. *Naucler. Auentin. Cuspin.* Comes Flandriæ Ludouicus Malanus, à suis velut legitimus Princeps receptus; Flandros ab Anglica amicitia, auxilioque ferendo abstrahit. Interim Anglus obsidet Calitium, deditione recepta vrbs est, vltimo Augusti. eodem die anni 1346, cœpit obsideri. Quo tempore obsidebatur Calitium *(inquit Albertus Argentinas,* qui nunc viuebat) Dauid Scotiæ Rex, ducto in Angliam exercitu, acie victus captusque est, rem gestam plures Historici notāt, licet in anno cōsignādo dissētiāt. Blesēsis Comes captus in Normannia ab Anglis liber dimittitur, duobus filiis in Anglia detentis. *Æmil. Froſſart.* Ioanna Regina Neapolitana timens sibi à bello Hungarico, pacem cum Carolo Siciliæ Rege constituit, quamus omne Siciliæ Siculo permisit; Siculus vectigal annuum, & auxiliares copias promisit Reginæ, cōtra Regni Neapolitani inuasores. *Fasellus.* Perierunt hoc anno Nicolaus, Romanę Vrbis per aliquot menses dictus Imperator, & OKamus, qui obiit nono April. In Germania, ingentem huius anni pestem, *describit Platina,* quæ per Orbem grassata dicitur vniuersum. Innotuit nunc, & breui damnata est à Pontifice, secta Flagellantium. *de qua Naucler. Trithem. & Genebrard. in Clemente.*

1348 | 7 Clemētis 6 | 8 Ioannis Cantacuzeni. | ndict. 1. | 21 Philippi 6. Valesij.

Caroli 4. Regis Romanorū. an. 2. Pactæ hoc anno induciæ inter Angliæ & Franciæ Reges, opera Pontificis: non tamen in Normannia. *Æmil.* Ludouicus Hungariæ Rex, Andreassi Neapolitani Regis extincti frater, Regnum Neapolitanum vi occupat, pulsa Ioā

na,quæ se in Prouinciam recepit,vbi Auenione Pontificem conuenit.*Blond.Bonifacius.Onuphr.* In hac expeditione occidit Ludouicus Carolum Dyrrachinum, qui pro Regina stabat. *de quo Pandulph.circa.ann.*1348.hic filium reliquit eiusdem nominis, *de quo infra* 1381.Principes Alemanniæ tandem Carolo adhærent, paucis exceptis Electoribus,qui anno sequenti eundem sequuti sunt.Restitutæ vnio Ecclesiæ,cum his, qui à Ludouico Bauaro steterant,finemque attulit hic annus bellis inter Imperatores, & Pontifices Romanos.*Naucler Auentin.lib.7.& alii.*

1349 | 8 Clemētis 6 | 9 Ioannis Cantacuzeni, | *Caroli* 4. *Regis Romanorum an.*3. Post mortem Ioannæ Nauarrorum Reginæ(filia erat Ludouici Hutini Regis Franciæ) Regnum Nauarræ tenuit Carolus eius filius,natu maximus. *Annal. Franc.* Humbertus Delphinatium princeps, Dominicanorum Institutum sequutus, nunc Regi Franciæ plene Delphinatum permisit,vili quidem pretio,sed ea lege,vt inter Regum *Francorum* filios,natu maximus Delphini nomen gereret, & Principatum.huius Dominatus caput est Vienna Allobrogum. *Æmil. Tillius,Genebrard.in Clemente 6.lege Paradin.in Chron.Sabau.c.*53 *&* 54. vbi de bello cum Mediolanensibus. Moritur Orchanes Turcarum Princeps;regnant aliquandiu filii, Suleimannus,& Amurath.*Laonic.* | 22 *Philippi 6. Valesij.*

Indict. 2.

1350 | 9 Clemētis 6 | 10 Ioannis Cantacuzeni. | *Caroli* 4. *Regis Romanorum an.*4. Philippus Valesius Rex Francus,verè Catholicus Princeps,obiit 5 Kalend.Septembr.ad Nogentum Regium: Ioannes filius Rhemis 7 Kalend. Octobris coronatur. Inducię cum Anglo ad biennium factæ. *Æmil.* excelsi animi Princeps describitur,minimè omnium simulator, Regni Francici calamitate nobilis.hic Rex Ordinem Equitum Stellæ auspicatus est.hi Stellam in capitio(galero,)aut alio vestis loco conspicuo gestabant.tessera erat, *Monstrant Regibus Austrauiam. Tillius,Genebrard.Annal. Franc.* Rodolfus Magister Equitum ex Anglia dimissus,proditionis damnatus,capite pœnas luit.*Froissart. Continuator Nangis,Annal.* In hunc annum incidit excessus Regis Castellæ Alfõsi 11,in Heracleæ obsidione in Bætica:succesſit Petrus filius.*Tarafa,Alfonsus Cartagena.lege Marianam lib.*15.*c.*15.Clemens Papa Iubileum de centesimo ad 50 annum reduxit. *Genebrard.* Auenio, Pontifici data non est à Philippo Rege Franco: sed empta hoc anno per Clementem,à Ioanna filia Roberti Regis Siculi.*Platin.Genebrard.Pandulph.Collin.ad an.*1352. | 23 *Philippi 6. Valesij.*

Indict. 3.

1351 | 10 Clemētis 6 | 11 Ioannis Cantacuzeni. | *Caroli* 4 *Regis Romanorum an.*5.Magister Equitum in Francia constitutus Carolus Hispanus,è Castellæ familia, creatur Comes Engolismensis,data ei filia Comitis Blesensis: quo peremptо,à Nauarræ Rege ob priuatas simultates, Magister Equitum dictus est Iacobus Borbonius,Ducis Borboniæ frater.*Tillius.* Bellũ exortum inter Venetos.& Genuenses quinquennale.*Sabel.Blond.* Angli prius quàm dies induciarum exiret,arcem Guinensem proditione capiunt. *Æmil.* Aragonense Decretum interpositũ de auspicando anno à Natiuitate Christi:expuncta deinceps Æræ mẽtione,in Diplomatis publicis. *Franciscus Tarafa.*quod ad annum 1358.*refert Genebrardus.*& idem actum ait apud Castellanos an. 1383,in Lusitania an.1415,*ex Vasco.*rem attigit *Mariana lib.*3. *c.* 24. | 1 *Ioannis* 1.

Indict. 4.

1352 | 11 Clemētis 6 | 12 Ioannis Cantacuzeni, | *Caroli* 4.*Regis Romanorum an.*6. Opera Pontificis pax composita in Regno Neapolitano. Ioanna redit in Regnum Maritus Princeps Tarentinus,concessus;dictus Ludouicus:sed ea lege, vt post mortem Reginæ,iura Regni omnia essent penes Hungariæ Regem,*Pandulph.Collinut.Onuph.vide* 1348.Amurathus, Turcarum princeps,succedens fratri,traiicit in Europam: sedem figit Andreopoli,vbi variis prælis profert Imperium. *Laonic.lib.*1. Veneti victi nauali prælio à Genuensibus ad Constantinopolim. | 2 *Ioannis* 2.

Indict. 5.

Blond. Sabel. Clemens 6 vita cessit Auenione 8 Idus Decembr. electus est 17 Kal. Ianuarii Stephanus Alberti, Cardinalis Ostiensis, dictus Innocentius 6. patria Lemouicensis. *Onuph.* sub hoc Pontifice, *Albertus Argentinas* finem imposuit suæ Historiæ.

1353 | Indict. 6. | 1 Innocētij 6 | 13 Ioannis Cantacuzeni.

Caroli 4. *Regis Romanorum an.* 7 Veneti hoc anno potiuntur insigni victoria contra Genuēses, depressis 40 Genuensium nauibus vno prælio nauali. *Blond.* Ægidius à Pontifice in Italia, præficitur Patrimonio Ecclesiæ Romanæ; qui spatio quinquennii, quidquid subtractum erat, reduxit ad iura Summi Pontificis.

3 Ioannis 1.

1354 | Indict. 7. | 2 Innocētij 6 | 14 Ioannis Cantacuzeni.

Caroli 4. *Regis Romanorum an.* 8. Actum à Legatis coram Pontifice de pace inter Francum, & Anglum Reges: tantum prorogatæ tamen induciæ sunt. *Froissart.* Edoardus Baliolus in Scotia, diffidens posse se Regno potiri, transfert in Anglum, quicquid iuris habebat. *Hector. Boet. lib.* 15. Insignem cladem Veneti accipiunt, victi à Genuensibus ad Promontorium quoddam Peloponesi: captæ naues 28. triremes 35. vnà cum Duce exercitus Nicolao Pisano: saluti Venetis fuit, quòd Genuenses nescierint vti victoria. Martinus hoc anno Venetiis electus Dux, Maiestatis reus periit. *Blond. Sabel. Donatus Bossius, Palmer.*

4 Ioannis 1.

1355 | Indict. 8. | 3 Innocētij 6 | 15 Ioannis Cantacuzeni.

Caroli 4. *Regis Romanorum an.* 9 Carolus hoc anno in Italia coronatur Mediolani 4 Ianuarii ferrea corona: & Romæ 5 Aprilis, iterum à duobus Cardinalibus, ad id à Papa designatis: regreditur Imperator in Germaniam, vt Pontifici spoponderat. *Nauclet. Cuspin.* finem Historiæ imponit Mathæus Villani Florentinus. Res Franciæ afflixit plurimùm Nauarræ Rex, Anglo occultè fauens: sed detecta fraude, captus ipse Rothomagi, Lutetiam in custodiam mittitur. *Froissart. Tillius, & alii.* Iterùm Anglus immisso per Calitium exercitu, vastat circumiacentem prouinciam; & altero, Carcassonam vicinaque loca depopulatur, quem ducebat Valliorum Princeps Edoardus: malè Richardum vocat *Gaguinus.* Obiit Ludouicus Tarentinus Ioannæ Neapolitanæ Reginæ maritus. Illa cum Iacobo Tarraconensi tertias nuptias celebrat, & postea quartas circa an. 1386. *Pandulph. Collinut.* Fridericus, dictus Simplex, incipit regnare in Sicilia, mortuo fratre natu maximo Ludouico. *Thomas Fasellus.* Ioannes Grandenigus, dictus Nasa, Dux Venetus creatur. *Sabellic.* pax constituta inter Venetos & Genuenses. *Leander.* obiisse dicitur hoc anno Bartolus Iurisconsult.

5 Ioannis 2.

1356 | Indict. 9. | 4 Innocētij 6 | 16 Ioannis Cantacuzeni.

Caroli 4. *Regis Romanorum* 10. *à Coronatione Romana Imp.* 1. Constantienses in Normannia dedunt se Anglis. Philippus Nauarræ Regis frater ad Anglos transit, sequutum est Pictauense prælium, Gallica clade nobile. pugnatum est acriter 13 Kalēd. Octobris non procul Augustorito Pictonum; cum Rex Francus numero superior, conditiones pacis oblatas respuisset. vincit Anglus, capti Rex Ioannes, & Philippus filius, perductique in Angliam: cum his 1500 è præcipua nobilitate. cæsus Equitum Magister. plures denique capti, quàm fuerunt homines in Anglorum exercitu. Carolus Delphinus, fuga elapsus, Lutetiam tenuit. factiones in Francia multæ. Carolus Nauarrus è custodia dimissus, turbas passim excitabat. Induciæ ad biennium cum Anglis factæ, Burdigalæ. *Historiæ Franc. Aemil. Tillius, Froissart. & alii.* Apud Venetos obiit Dux Grandenigus: subrogatur Ioannes Delphinus. *Sabell.* viuebat in Hibernia Richardus, Episcopus Armacanus Mendicantium insecutor: in quem Thomas VValdensis, & alii scripsere.

6 Ioannis 3.

1357 | Indict. 10. | 5 Innocētij 6 | 1 Ioannis seu Caloioannis, Palæologi.

Caroli 4. *Regis Romanorum* 11. *à Coronatione Romana Imp.* 2. Ioannes Palæologus, dictus Caloioannes, filius Iunioris Andronici Imperatoris, iam maturæ ætatis, fretus fauore Genuensium, & Turcarum, Imperium recuperat. detruso in Monasterium Ioāne

7 Ioannis 4.

Cantacuzeno. *Blond. Onuph. Laonicus.* Genuensium Duci data Lesbos Insula, cum ciuitate Mytilene, ob nauatam operam cō. tra Cantacuzenum. Carolus Imperator edit Cōstitutionem Carolinam, quæ Bulla Aurea nuncupata est: de Imperatorum eligendorum ratione, & Electoribus. *extat apud Onuph. in fine libri de Romanis Imperatoribus. lege Nauclerum, Trithemium, aliosque huius temporis Scriptores.* Obiit mense Maio Alfonsus Lusitaniæ Rex 8. *Mariana lib. 17. cap. 1. ad hunc annum.* Regnum tenuit Petrus, filius vnicus. Dauid Scotiæ Rex, pecunia redemptus, dimittitur: alij ante hunc annum scribunt dimissum. hic cùm in Scotiam rediisset, tetulit ad Regni Comitia, de regno Scotico ad Anglum Regem transferendo, vt in custodia se facturum spoponderat. sed reiectum ab omnibus hoc fuit, non sine animorum indignatione. *Historiæ Scoticæ.*

1358 | 6 Innocētij 6 | 2 Ioānis, seu Calotoāuis Palæologi. | Indict. 11.

Caroli 4. *Regis Romanorum* 12. *à Coronatione Romana Imp.* 3. Intestinis seditionibus tantùm non periit nunc Francia. Parisienses Duce Stephano Marcello, administrationem Regni affectabant: plebs in Regios Magistratus passim armabatur: Nauarræ Rex Tragœdias suas agebat, augebatque. Delphinus se Regni Rectorem pronuntians, (cæso Marcello ad portam S. Antonii) vrbem ingreditur. *Æmil. Annal. Tillius, Froissart.* Nauarrus se Regni hostem pronuntiat. Habet hic annus in Hispania, Principum Virorum Castellanorum cædem à Petro Rege imperatam: fugam fratris ad Arragonium; & initium belli Arragonici aduersus Castellæ Regem, *de qua re Mariana lib. 13. c. 1. & 2.* — 8 Ioannis 1.

1359 | 7 Innocētij 6 | 3 Ioānis seu Calotoānis Palæologi. | Indict. 12.

Caroli 4. *Regis Romanorum* 13. *à Coronatione Romana Imp.* 4. Exacto inducias spatio cum Anglo Rege, aliquot prælijs certatum est, in variis Franciæ prouinciis: & licet vario euentu; tamen aliquantulum Francis felicius; Nauarræo iterum ad Franciæ partes redeunte. *Froissart.* Calogerius, dictus Calixtus, Patriarcha Constantinopolitanus creatur. *Onuph.* — 9 Ioannis 1.

1360 | 8 Innocētij 6 | 4 Ioānis seu Calotoānis Palæologi. | Indict. 13.

Caroli 4. *Regis Romanorum* 14. *à Coronatione Romana Imp.* 5. Ioannes Rex Francus in Anglicana custodia, nunquam adduci potuit, vt se Angli Beneficiarium profiteretur. Edoardus, Valliorum Princeps, latè omnia populatur, igni ferroque, in finibus Carnutum, Parisiorum, & Rhemorum. Anglo cordi erat, Franciam, aut in vastam solitudinem facere, aut in potestatem redigere. Tandem tamen Claudioceſtriæ Ducis hortatione motus Angliæ Princeps, authoritateque Pontificis; magnarum rerum vicissitudinem sapienter apud se perpendens; ac quàm soleat casus victores sternere, tela, armaque debilitare; animum ad pacem inclinat. quæ constituta est ad Britiniacum 8 Maii, & Calitii firmata 24 Octobris iniquis Francorum Regni conditionibus. Exuit se Anglus iure, si quod in Regnum Franciæ illi extitisset, ea lege, vt ipse iure summo Regioque haberet Aquitaniam, quæ Vasconiam, Pictones, Xantones, Petrocorios, Lemouices, Cadurcos, Engolismenses, & Ruthenos contineret. accessit Rupella, & Calitium. His conditionibus Rex Ioannes dimissus, redit Lutetiam, quarto quàm captus fuerat anno, *inquit Æmilius*, accedunt *Annal. Franc. Genebrard. Polydor. libro decimo nono.* In Italia, rediit hoc anno Bononia ad iura Pontificum Romanorum, sub Ægidio Cardinale Legato. *Blond. Sabellic. Platin. Donatus Bossius, & Leander.* — 10 Ioannis 1.

1361 | 9 Innocētij 6 | 5 Ioānis seu Calotoānis Palæologi. | Indict. 14

Caroli 4. *Regis Romanorum* 15. *à Coronatione Romana Imp.* 6. Ioannes Palæologus Imperator, fretus ope Bulgarorum, & Turcarū, peloponesum ingressus, hostes debellat. *Iouius, Sabel.* Hoc anno à Carolo Imperatore, instituta Pragæ Academia, in Bohemia. *Trithem.* Decretum in Anglia, vt actiones forenses deinceps fierent — 11 Ioannis 1.

lingua Anglica,non autem Gallica,vel Normannica, vt antea. *Polydor.lib.*19, aliud Gymnasium publicum Cracouię hoc anno institutum,à Casimiro Poloniæ Rege, *Martin.Cromer.* Constantinopoli post Calixtum, Patriarcha instituitur Philotheus, seu Philetus. *Onuph.*

1362 | 10 Innocētij.6 | 6 Ioānis,seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 15.

Caroli 4.*Regis Romanor.an.*16.*à Coronatione Rom. Imp.* 7. Mortuo Philippo Burgundionum Duce,succedit Ioannes Franciæ Rex, quod ex Ioanna Philippi Ducis amita, procreatus esset. *Æmil.* Laurentius Celsus Dux Venetus renuntiatur,post obitum Ioannis Delphini. *Sabel.*Obiit Innocentius Papa Auenione 12 Sept. sub quo viuebat Henricus à Balma Theologus. *Genebrard.* tandem post longam dissentionem,5.Kal.Nouembr.creatur Pontifex Guillelmus de Grisaco, Abbas S. Victoris Massilienſis, nec Cardinalis,nec præsens:dictus Vrbanus V. Narrat *Onuph.* oriundum è Galliæ Prouincia Tolosana.

Reg. Frac. 12 Ioannis 1.

1363 | 1 Vrbani 5 | 7 Ioānis seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 1.

Caroli 4.*Regis Rom.ann.* 17. *à Coronatione Rom. Imp.*8. Antea quidem Turcæ venerāt in Europam : sed nunc vsi nauibus Genuensium,tranmiserunt in Græciam 60000 armatorum:specie quidem iuuandi Imperatorem: sed reuera vt occuparent (quod nunc fecerunt) præcipuas ciuitates, Philippopolim, Adrianopolim,aliasque plures:quibus captis,Ioannem Palæologum vectigalem fecit Amuratus Turcarum princeps, & ex Imperatore seruum.Imperator enim dato filio obside, nec militare, nec inire Imperium deinceps ausus est,nisi accepta à Turcis potestate,vt omnes fere Historici obseruant.Bellum,quod in procinctu erat, inter Carolum Imperatorem, & Regem Poloniæ,autoritate Pōtificis sedatum est.*Martin.Cromer.*Ioannes Rex Franciæ, decreta expeditione aduersus infideles,prius in Angliam transmisit, vt de obsidibus datis,& securitate pacis transigeret: vbi tamen morbo oppressus,diem clausit Londini 9 Aprilis anni sequentis. *Annal. Franc.Froſſart.Continuator Nangis.*Vicecomes Mediolanensis, inuasor Patrimonii Sancti Petri,victus nunc acie est à Legato Pontificis,prope Bononiam,cum ingenti Mediolanensium clade. victus pacem petitam obtinuit,Cyprii Regis precibus apud Pontificem.*Blond.Platin.Sabel.*

Reg. Frac. 13 Ioannis 1.

1364 | 2 Vrbani 5 | 8 Ioānis seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 2.

Caroli 4. Regis *Rom.ann.* 18.*à Coronatione Rom.Imp.*9.Post obitum Ioannis, magnamini Principis , à simulatione alieniſſimi, Regnum tenuit Francicum filius Carolus, huius nominis 5, dictus Sapiens. Coronatur Rhemis 19 Maii. hic sua , per fratres ac Præfectos,bella gessit, & feliciter,reparatis anteacti temporis damnis.Pax inter Florentinos,& Pisanos composita,autore Pontifice.*Blond.Sabel.*Gregorii milites,qui (pace inter Anglum,&Francum constituta)in magnum coeuntes exercitum,Franciam Germaniamque vastabant;data pecunia, tandem amandati sunt ad bella Italica,& Arragonica.

Reg. Frac. 1 Caroli 5.Sapiētis.

1365 | 3 Vrbani 5. | 9 Ioānis seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 3.

Caroli 4.*Regis* Rom. *ann.*19. *à Coronatione* Rom. *Imp.* 10. Pax in Britannia minori firmata à Lodouico Regis fratre, inter viduam Comitis Blesensis,& Ducem à Monteforti. Mansit ex pactis,Britannia Beneficium Franci Regis. *Æmil. Tillius.* ex hac pace conciliata, Carolus Sapiens totius Regni pacem est consequutus. Marcus Cornerus Dux Venetus eligitur, post obitum Laurentii Celsi. *Sabel.* Rex Cypri Alexandriam in Ægypto vastat.*Aeneas Syluius.*

Reg. Frac. 2 Caroli 5.Sapiētis.

1366 | 4 Vrbani 5. | 10 Ioānis,seu Caloioānis Palæologi. | Indict. 4.

Caroli 5.*Regis* Rom.*ann* 20.*à Coronatione* Roman. *Imp.* 11. Intermisso in Gallia Anglicano bello,redintegratum est. eodem fere tempore maioribus viribus Arragonicum,in Hispania, cum Castellæ Rege:ad quod, initio euocata sunt auxilia Maurica, non sine Innocentii Pontificis graui tunc expostulatione. Fratres,

Reg. Frac. 3 Caroli 5.Sapiētis.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Rég. Franc.
			Petrus Caſtellæ Rex, habebat Henricum Tranſtamaræ Comitem; Fridericum Diui Iacobi Magiſtrum; Ferdinandum Ledeſmiæ Regulum; & Tellium; ſed ex Eleonora Guſmania pellice. *Mariana lib. 15. in fine.* qui cauſas belli *narrat lib. 17 c. 1.* Henricus initio huius belli fratri Regi diffidens, ad Arragonium tranſiuit, ſub annum 1357. quando hoc bellum, autore Pontifice, inducíis temperatum eſt: ſecuta eſt magna Principum cædes in Caſtella. Natum inde grauius bellum. Henricus, & Tellius fratres ann. 1359, cladem intulere Caſtellano. at ſub annum 1361, opera Legati Apoſtolici pax conſtitit. quo anno occiſa eſt Blanca Borbonia, Caſtellæ Regina. Henricus, & fratres Gallias eo tẽpore adiere. ann. 1363, Caſtellanus in Arragonios bellũ redintegrat, pacatis iam Caſtellæ rebus á bello Maurico: & Anglo Rege Valliæque Principe in ſocietatem belli aduocatis adfuit præterea Caſtellano Nauarræ Rex. Initio peruia omnia Caſtellæ armis: donec Henricus è Gallia hoſti occurreret. fraudes in Henricum parantur ſpe ſpecieque pacis. Sed hac ſpe ſublata, renouatũ bellum an. 1364 fœdus ineunt nouum Nauarræus, Arragonius, & Henricus. nno inſequente Caſtellæ vires multum debilitari cœperunt; præſertim cum aduemiſſent è Gallia vagi illi & palantes milites, de quibus 1364. qui ad 12 hominum millia erant. ergo hoc ſupplemento exercitus auctis Henrici viribus, ille Petrum Caſtellanum, ſuis exoſum, & Pontificis ſententia Regno inutilem iudicatum, Regno deturbans, Caſtellæ Rex renuntiatur; imo & Legionenſis, ac Toletanus: mox Burgos feſtinans, à Burgenſibus receptus & coronatus eſt, ipſo die Paſchatis. Petrus fugit in Vaſconiam ad Valliæ Principem. *Continuator Nangis. Froſſart. Mariana lib. 17 c. 6. 7. & 8* Vrbanus Papa Romam redit; ibique hæſiſſe dicitur triennio. *meminit in Epiſt. Petrarcha.*	
1367 Indict. 5	5 Vrbani 5	11 Ioannis ſeu Caloioannis, Palæologi.	*Caroli 4. Regis Rom. ann. 21. à Coronatione Rom. Imp. 12.* Petrus Caſtellanus, Regno quidem reſtituitur à Valliorum Principe, pulſo Henrico; ſed cum Caſtellanus ſtipendium militibus promiſſum negaret; Anglus copias in Vaſconiam reducit. & Henricus repetito bello, Petrum fratrem vincit, captum occidit, regnoque potitur vniuerſo an. 1369. *Æmil. Froſſart. Continuat. Nangis, Mariana lib. 17 cap. 12 13 & 14.* Petrus Rex 8 Luſitaniæ vita functus eſt 18 Ianuarii; filius Ferdinandus regnat.	4 Caroli 5. Sapientis.
1368 Indict. 6.	6 Vrbani 5.	12 Ioãnis ſeu Caloioãnis Palæologi.	*Caroli 4 Regis Rom. ann. 22. à Coronatione Rom. Imp. 13.* Carolus à Pontifice rogatus in Italiam venit: vxor Romæ coronatur, Auguſta nuncupata. Imperator, cum vna atque altera vrbe mulctaſſet Piſanos, ac Florentinos; redit hoc ipſo anno in Germaniam. *Naucler. Blond* Obiit Fridericus Simplex Siciliæ Rex, relicta filia vnica, Regni hærede. *Thomas Faſellus.* Ordo Monaſticus Ieſuatorum Senis initium accepit, à Ioanne Columbano. *Polyd. lib. 7. c. 4. de Inuentoribus rerum, Genebrard. in Vrbano 5. & Baronius in Martyrol.* Marcus Cornerus Dux Venetus deceſſit: ſubrogatur Andreas Contarenus. *Sabel.*	5 Caroli 5. Sapientis.
1369 Indict. 7.	7 Vrbani 5.	13 Andronici Caloioãnis Palæologi.	*Caroli 4. Regis Rom, ann. 13. à Coronatione Rom. Imp. 14.* Armeniacus, & Vaſconiæ Proceres, quòd tributo premerentur ab Anglis, prouocant ad Francum Regem. Valliorum Princeps cauſam agere iuſſus, renuit: renouatumque eſt bellum aduerſus Anglos. *Æmil. Froſſart. Continuat. Nangis.* Carolus Rex Sapiens, ordinem 100 Sagittariorum Scotorum inſtituit, quibus cuſtodia Regia ex officio incumberet. *Hiſtor. Scot. Leslæus in Dauide 2.* quo etiam anno obiiſſe dicitur Rex Dauid ſine liberis, electus Rex Robertus Stuartus, Roberti Bruſei ex filia Marioria nepos. erat Banquho quidam Loquhabriæ Præfectus ante aliquot annos. eius nepos Walterus, Regiis prouentibus Præfectus, Stuarti nomẽ	6 Caroli 5. Sapientis.

inde accepit. hinc propagata præclara Stuartorum familia, auctaque titulis, & rebus præclarè gestis, tandemque habuit Darleos, & Lenoxios Comites. ex his Walterus Stuartus Marioriam Roberti Brusei Regis filiam, connubii vinculo accepit vxorem. inde natus hic Robertus, huius nominis 2. sed primus ex Stuartorum familia Rex Scotiæ. sic legitime à Bruseorum Dynastia, ad Stuartos Regnum peruenit. *Histor. Scot. Leslæus in Dauide 2. & alii.* Vrbanus Papa rediit Auenionem, studio sedandi Anglicanum bellum. *Blond. Platin.* Ludouicus Mantuæ Princeps agit; cum hoc anno pater diem obiisset. Idem Ferrariæ, Parmæ, alibique in Italia sensim euenit, nouis Principatibus dato initio.

1370 | 8 Vrbani 5 | 14 Ioannis seu Caloioannis Palæologi. | Indict. 8.

Caroli 4. *Regis Rom. ann.* 24. *à Coronatione Romana Imp.* 15. Angli, Lemouicum vrbem diripiunt, vastantque: & immisso in Franciam per Calitium exercitu, omnia incendunt: quem tamen, exercitus Franci Regis, nulla data pugnæ copia subsequens, sensim deleuit. *Froissart. Continuat. Nangis.* Obiit Cazimirus Poloniæ Rex, egregius Princeps mense Nouemb. Magnus nuncupatus: successit, antea approbatus à Proceribus, nepos Ludouicus Hungariæ Rex. *Martin. Cromer.* nunc cœpit Polonia externos habere Reges à quibus feliciter res Polonica, vt notant Historici, administrata est. Vita cessit Auenione Vrbanus Papa 19 Decemb. electus successor 29 eiusdem mensis, Petrus Rogerius, Cardinalis S. Mariæ Nouæ: qui dictus est Gregorius XI, Lemouicensis è Gallia, Clementis fratris filius. *Onuph. Platin, Froissart.* nunc viuebat S. Brigitta (à Scotica diuersa) Sueciæ Neritiæ quondam Regina. Confirmationem sui Ordinis accepit Auenione ab Vrbano 5. *Polydor. lib. 6. de Inuentor. c. 4. Genebrard. in Vrbano* 5.

7 Caroli 5. Sapientis.

1371 | 1 Gregorij XI. | 15 Ioannis seu Caloioannis Palæologi. | Indict. 9.

Caroli 4. *Regis Rom. ann.* 25. *à Coronatione Romana Imp.* 16. Nauarræ Rex, reconciliata antea cum Rege Franco gratia: nunc primum conuenit Regem; & libere se Regis Beneficiarium profitetur. Henricus Castellæ Rex, classem submisit in Francicam oram. quo auxilio à Francis victi sunt Angli, nauali prælio ad Rupellam, 24 Iunii: pleriscque, tum captis, tum depressis Anglorum nauibus. Duces Biturigum, & Burgundiæ, Franci Regis fratres; in Pictonibus, Saxonibusque rem prospere satis gerebant. *Æmil. Tillius. Froissart. Nangis Continuator.* viuebat nunc Ioannes Viclefus, ex Anglia oriundus, Hæreticus: cuius Hæreses, paulo post Ioannes Hus sparsit per Bohemiam, sub Venceslao Rege. *Æneas Syluius Histor. Bohem. c.* 35

8 Caroli 5. Sapientis.

1372 | 2 Gregorij 11 | 16 Ioannis, seu Caloioannis Palæologi. | Indict. 10.

Caroli 4 *Regis Rom. ann.* 26 *à Coronatione Romana Imp.* 17. Occiso nunc impie Petro Cypri Rege, semper deinceps in deterius prolapsæ sunt res illius Regni. Bertrandi Gesquinatis virtus hoc anno enituit in Francia præ cæteris. *Æmil.* Comes à Mõteforti secutus Anglos, reus Maiestatis in Francia denuntiatur. *Tillius, & alii.*

9 Caroli 5. Sapientis.

1373 | 3 Gregor. 11 | 17 Ioannis, seu Caloioannis Palæologi. | Indict. 11.

Caroli 4. *Regis Rom. ann.* 27. *à Coronatione Roman. Imp.* 18. Turelupini, Cynicorum sectam imitantes, de nuditate corporis & publico coitu, damnati exustique sunt. *Bernard. Lucemb. Genebrard. Æmil. Tillius.* Obiit Amadeus 6, Comes Sabaudiæ: successit filius eiusdem nominis. *Paradin, cap.* 70. viuebant his annis Richardus Noringhamius, Iacobus Lausanensis, Nicolaus Oresmus Gallus, Maximus Planudes Græcus Monachus, Humbertus Abbas Pruliacensis, Mathæus Cracouiensis, Bartholomæus Pisanus, & Paulus Venetus. *Geneb. in Gregorio. XI. Cocc.*

10 Caroli 5. Sapientis.

1374 | 4 Gregorij 11 | 18 Ioannis, seu Caloioannis Palæologi. | Indict. 12.

Caroli 4. *Regis Rom. ann.* 28. *à Coronatione Rom. Imp.* 19. habet hic annus inducias inter Francum & Anglum, post expeditionem Anglorum in Franciam. *Froissartes.* Scoti misso in Franciam Gualtero Vardlau, Episcopo & Cardinale Glascoensi, renouant fœdus cum Francis: mox secutum bellum aduersus Anglos: pugna-

11 Caroli 5. Sapientis.

tum ad Otterburnum oppidũ: victoria insignis à Scotis stetit: vbi enituit virtus Guillelmi Duglasii (qui in acie occubuit) Patricii Hepburni, & Montgomerii. *Hector. Boet. libr.* 16. *Lesleus in* Roberto 2. Emanuel, vnus ex Ioannis Palæologi filiis, Thessalonicæ Princeps, accusatus conspirationis in Amuratum, priuatur Principatu, ab eodem Turcarum Imperatore. *Laonic.* Macarius Coloyerus Patriarcha nominatur Constantinopolitanus, post Philotheum. *Onuph.*

1375 | 5 Gregorij XI. | 19 Ioãnis, seu Caloioãnis Palæologi. | Indict. 13.

Caroli 5. *Regis* Rom. *an* 29. *à Coronatione* Roman. *Imp.* 20. Lata est hoc anno à Carolo Rege Sapiente Lex de Regum Franciæ filiis consecrandis anno ætatis 14. quæ promulgata in Senatu est 12 Kal. Iulii. *Tillius. Æmil.* Vladislai Regis nepos, Vladislaus Iunior, Monachus in Monasterio Sancti Benigni Diuionensis, inuitatur ad regnum Poloniæ capessendum: vt habet eius Epitaphium, sepulchro insculptum in eodem Monasterio.

12 Caroli 5. Sapiẽtis.

1376 | 6 Gregorij XI. | 20 Ioãnis seu Caloioãnis Palæologi. | Indict. 14

Caroli 4. *Regis* Rom. *ann.* 30. *à Coronatione* Rom. *Imp.* 21. Ioannes Palæologus, ab Andronico filio pulsus ope Genuensium, nunc iterum Imperio restituitur ope Venetorum: quibus propterea Tenedus Insula data est à Ioanne Palæologo, erepta Genuensibus. *ita quidem Blondus. Sabel. & Platin.* mirum tamen est, Laonicũ nullam facere mentionem huius mutationis, & inter patrem filiumque dissidii. Diem clausit Edoardus Valliorum Princeps 10 Iulii: cuius filius Richardus, ab auo Anglo Rege adhuc superstite, Angliæque Proceribus habitus est Regni hæres legitimus. *Frossart. Polydor.* Hoc anno Gregorius 11, Sedem Pontificiam Auenione Romam transtulit: cùm enim bellis Italiæ indies renascentibus, modus finisue inueniretur nullus: remedium sperabatur, si Sedes Vrbi redderetur. *Æmil. Sabel. Blond. Platin.* Catharina Senensis Virgo, Ordinis Dominicani, sanctitate conspicua, salutaris consilii autor præcipua fuit. eius ad Gregorium extant 12 Epistolæ. *Mariana libro* 7. *cap.* 19. obiit anno 1380. sacrata eius memoria anno 1461. *Baronius in Martyrol.* 29 *Aprilis.*

13 Caroli 5. Sapiẽtis.

1377 | 7 Gregorij XI. | 21 Ioãnis seu Caloioãnis Palæologi. | Indict. 15.

Caroli 4. *Regis* Rom. *ann.* 31 *à* Coronatione Rom. Imp. 22. Francus Rex hoc tempore, milite & Ducibus Anglo superior, loca aliquot recepit: obiecitque Calitio, ne excurrerent Angli, arcem vicinam, munitamque: quando Rex Edoardus Senior vita cessit. Richardus ex Edoardo filio nepos, Regnum pacifice tenuit, nulla mota à patruis conttouersia. *Æmil. Frossart. Polydor.* Turcarum Princeps Amuratus, post deuictos Bulgaros, & Seruios, à priuato quodam obtruncatur: imperat filius Baiazetus. *Laonic. lib.* 1. hic in Macedoniam, Epirum, & Hungariam postea penetrauit.

14 Caroli 5. Sapiẽtis.

1378 | 1 Vrbani 6 | 22 Ioãnis seu Caloioãnis Palæologi. | Indict. 1.

Caroli 4. *Regis* Rom. *ann.* 32. *à Coronatione* Rom. *Imp.* 23. Carolus Imperator Franci Regis auunculus post reditum è Francia (quo se contulerat spe pacis constituendæ inter Francum & Anglum) morbo correptus decessit, 29 Nouembris. *Auentin. & Appendix ad Nangiacum*: tamen *Onuph.* notat Februarium anni sequentis: filius Venceslaus, Rex Bohemiæ, & Dux Luceburgensis, ab Electoribus nuncupatur paterni Imperii successor, iamdiu ante declaratus Rex Romanorum. Turbauit spem pacis Francicæ mors etiam Pontificis, & exortum immane Schisma Romanæ Ecclesiæ, non ante 30 annos exactos sedandum. ergo post excessum Gregorii XI. qui incidit in 26. Martii, dum Italia Romaque armis Italum Pontificem: Galli (præcipuè Lemouicensium factio) Gallum expeterent: primùm Romæ electus est Bartholomæus Neapolitanus, Barensium Archiepiscopus, vocatus Vrbanus VI die 2. Aprilis. Sed cum Vrbanus vitia temporum tollere conaretur, nec Purpuratis parceret, *inquit Æmili.* Cardinales post tertium ab electione mensem, Anagniam dissimulanter, & tandem

15 Caroli 5. Sapiẽtis.

Fundos digressi, fretique autoritate Ioannæ Reginæ Neapolitanæ, vim illatam accusantes, eligunt 20 Septemb. Robertum Gebennensem Cardinalem, in Pontificem: qui dici voluit Clemens 7. hic Auenionem se recepit: vbi ad obitum vsque hæsit. Hunc Reges; Francus, Arragonius, Scotus, & Regina Neapolitana probarunt: Vrbani tamen Comitia sanctiora dicebant, Italia, Germania, Hungaria, Anglia & Lusitania: rem narrant, *Æmil. Genebrard. Froissart. Platin. Continuator Nangis, Mariana libr.* 18. *cap.* 1. *& alii.* recitat *Æmilius* tum aliorum, tum *Baldi* peritissimi Iuris interpretis sententiam, pro Vrbano. Redintegratum nunc bellum, inter Francum & Nauarræum. *Tillius, Froissart.*

1379 | 2 Vrbani 6. | 23 Ioannis seu Caloioannis, Palæologi. | 16 Caroli 5. Sapientis.

Indict. 2

Venceslai Regis Rom. ann. 1. Ioanna Neapolitana Regina, Clementem comitata Auenionem, spe liberorum frustrata, adoptat Ludouicum Andegauensem, Caroli Franci Regis fratrem. *Froissart. Pandulph. Collenutius.* Genuensium classis Venetam profligat. Genuenses bene vsi victoria: Fossa Clodia, aliisque Venetorum oppidis impune potiti sunt. *Sabel. Ennea* 9. *lib.* 9. *Blond. decad.* 2. *lib.* 10. Henricus Castellæ Rex, nominis huius 2, pace firmata cum Nauarræo, obiit ipso die Pentecostes, veneno extinctus. Ioannes, filius vnicus, nominis huius primus, succedit Regnis; Castellæ, Legionis, Cordubæ, & Hispalis, coronatus 23 Iulii, & hoc anno. *ex Alfonso Cartagena, Nangiaco Continuat. Froßarte, &* Mariana *lib.* 18. *cap.* 2. *&* 3. *licet Tarafa* hoc initium referat ad annum 1377. per idem tempus decessit Granatensis Rex Maurus: successit filius Mahomad. *Mariana c.* 2.

1380 | 3 Vrbani 6. | 24 Ioānis, seu Calosoānis Palæologi. | 17 Caroli 5. Sapientis.

Indict. 3.

Venceslai Regis Rom. an. 2. Dum Anglorum copiæ Calitio mouentes, Franciam sub signis metiuntur: Gesquinas Francorum equitum Magister, Castrum nouum obsidens, non procul ab Anicio Aruernorum, decessit è vita: & sub idem tempus Carolus Rex Sapiens, mortalitatem reliquit 16 Septemb. ad saltum Vicennarum: regnat filius Carolus 6 ætatis annum 14 non superans. Patruus Dux Andium, Rector Franciæ, Duces Burgundiæ, & Borboniæ, (patruus alter, alter auunculus) tutores ex quinti Regis Testamento instituti. Coronationis dies fuit primus Nouemb. *Aemil. Froßart. Tillius, & Appendix ad Nangiac.* quæ sub hoc Rege finem accepit. Nunc adinuenta maiora illa tormenta bellica, quatiendis & euertendis vrbium mœnibus, explosione ferreorum globorum opportuna, apud Venetos, authore Bertholdo è Germania. à quibusdam putatus est Monachus. qua arte primi vsi sunt Veneti, in recuperanda hoc anno Fossa Clodia. *Sabel, Blond. Genebrard.* licet hanc inuentionē Nauclerus referat ad annum 1354. In Persidem his fere annis inuexit nouum Religionis ritum, quidam dictus Sophi. adeoque inualuit secta hæc; vt qui hoc seculo nostro Principes sunt Persarum, inde Regni & Religionis originem traxisse putentur. *Cælius Augustinus lib.* 3. *Hist. de Saracenis.*

1381 | 4 Vrbani 6. | 25 Andronici Calosoānis Palæologi. | 1 Caroli 6.

Indict. 4.

Venceslai Regis Rom. an. 3. En calamitosa tempora. in Germania imperat hic Cæsarum ignauissimus. nunquam adeò vexata Francia, ac sub Carolo 6. Sapientis Regis iuuene & stulto filio, *inquit Genebrardus.* Orbis Christianus duos Pontifices aspiciebat. & Græcia, Græcorum dissidiis, ad iura à Turcis recipienda parabatur. En quo Imperantium culpâ res deductę sunt. Parisiis, & Rothomagi plebs ob aucta vectigalia tumultuatur. *Aemil. Froßar.* nec tamen militibus soluebantur stipendia, quamuis Rex Sapiens, duodecies centena aureorum millia in Regio ærario reliquisset. *Gaguinus, & Annales* octodecim milliones dicunt. tantæ opes momento dissipatæ, Regis adolescentis, & Rectorum culpa. idem ob vectigalia malum Anglos quoque ad tumultum impulit. ac-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc
			cedente apud plebem falsa opinione; debere omnia esse communia. *Polydor. Froſſart.* nihil propius factum, quam vt vastaretur Londinum. Carolus Dyrrachinus Iunior, *de quo ad an.* 1348, hortante Vrbano, & fretus authoritate ac copiis Ludouici Regis Hungariæ, iam ex Hungaria armatus Italiam intrat: & capta Ioãna Neapolitana Regina, toto Regno potitur mense Septemb. Regni eius coronam Carolo iam impoſuerat Vrbanus, 2 Iunii. *Onuph. Pandulph.* Pax constituta inter Venetos, & Genuenses 24 Augusti opera Ducis Sabaudiæ. *Bonfin. Sabel Blond.* Inducias ad triennium concessæ à Scotis, Anglo Regi, missuro amicas copias in Lusitaniam, aduersus Castellanum. *Mariana lib.* 18. *c.* 5. *Froſſart.* Hugo Ambrotus, Parisiensis Vrbis Prætor, postulatus Hæreseos à Scolasticis & Ecclesiasticis, quos impetebat; in perpetuum carcerem asseruandus traditur. *Æmil.*	
1382 Indict. 5.	5 Vrbani 6.	26 Ioãnis seu Caloioãnis Palæologi.	*Venceslai Regis Rom. an.* 4. Franciæ Rex, ducto in Flandriam exercitu rebelles Comiti Flandriæ factiones vincit; cæsis acie ad 20 millia. *Froſſart. Chron. Flandr. e.* Ioanni Lotharingiæ Duci, qui vica cessit Parisiis, succedit Carolus filius. *Richard. Vaßeburg.* Ioãna Regina Neapolitana hoc anno strangulata periit; suadente id Ludouico Hungariæ Rege per literas. Maria etiam Reginæ soror capite plexa. Carolus Vrbanum visitat, à quo inunctus, Apuliæ Corona donatur. *Pandulph* Venetiis post Andreæ Contarini obitum, & 4 menses dandos Michaeli Mauroceno; Ducatum exercuit Antonius Venerius. *Sabel* Pax Castellano, & Lusitano Regibus conciliata. *Froſſart. Mariana lib.* 18. *c.* 5. Diem claudit Ludouicus Hungariæ & Poloniæ Rex mense Septemb. duas post se reliquit ex Elisabetha filias: altera dicta Maria, Sigismundo desponsata, Hungariæ Regno destinata fuit: altera Poloniam tenuit, rexitque. *Martin. Cromer.* In Concilio Anglicano, Londini habito, damnatur Viclefus. *Thomas Valden.*	2 Caroli 6.
1383 Indict. 6.	6 Vrbani 6.	28 Ioãnis seu Caloioãnis Palæologi.	*Venceslai Regis Rom. ann.* 5. Rex Francus è Flandria rediens, seditiosos Parisiis & Rothomagi castigat. Parisiis quidem de 300 sumptum supplicium. plurium bona publicata. Ædiles (quos Scabinos vocant) & mercatorum Præfectus, in vindictam sublati: nec hic Præfectus, nisi exacto quinquennio restitutus est. *Æmil.* Obiit Olisipone mense Octobri Ferdinandus Rex Lusitaniæ: debebatur Regnum Beatrici filiæ vnicæ, quæ matrimonio locata erat Ioanni Castellano Regi. Lusitani tamen, Castellanis infensi) vt vicinorum Regnorum rara gratia est) Regem petebant Ioannem) alii Dionysium vocant) defuncti Regis fratrem. *Froſſart. Mariana libro* 18. *c.* 6. *&* 7. hinc natum cum Castellano bellum ad biennium. *idẽ author lib.* 18. *cap.* 3. Cypri Regno succedit Iacobus, dimissus è custodia, in qua erat Igenuæ; cum obiisset Rex Cyprius Petrus 2. *ex Histor. Cypr.* Ludouicus Andium Dux Galli Regis Ioannis filius secundus, antea adoptatus à Ioanna Neapolitana, nunc armis Regnum petit aduersus Carolum Dyrrachinum; sed, si creditur *Pandulpho*, ille victus obiit anno sequenti.	3 Caroli 6.
1384 Indict. 7.	7 Vrbani 6	1 Andronici Caloioãnis filij.	*Venceslai Regis Rom. ann.* 6. Dum Græci, Ioannes Palæologus, Caloioannes dictus; & Andronicus filius certant de Imperio; Baiazetes Græcia potietur breui. & hoc quidem anno, Baiazetæ auxilio, Andronicus filius Constantinopolim & Imperium occupat, coniecto in carcerem Ioanne. Andronicus iurans in verba Turcæ Imperatoris, se eius clientem profitetur. *vide annum* 1387, *&* *Laonic. lib.* 2. Obiit mense Ianuario Ludouicus Flandriæ Comes: succeſſit eius filia vnica Margarita, vxor Philippi Valesii Audacis, Ducis Burgundiæ. Hęc dicta est Margarita tertia *Marchantius initio lib.* 3. *Chron. Fland.* prorogatur bellum aduer-	4 Caroli 6.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	
1385 Indict. 8.	8 Vrbani 6.	2 Ioannis, seu Caloioannis filij.	sus Castellanos à Lusitanis. *Polydor. lib.* 20. *Froſſart. vide annum* 1383. *Venceslai Regis Rom. an.* 7. Prudentia Philippi Audacis, iam Comitis Flandriæ, Flandricum bellum, cum Francis hactenus gestum, finem accepit; hoc 7 belli anno. *Æmil. Froſſart.* Carolus 6 tres tantum Liliorum flores pro insigni Regio voluit deinceps extare; cùm anteà incertus Liliorum numerus poneretur. Contigit hoc anno in Lusitania prælium ad Aliubarrotam, victo Castellano Rege, cum post mortem Ferdinandi Lusitani, eius frater Ioannes, Auisii Magister, fuisset 5 Aprilis proclamatus Lusitaniæ Rex, hinc numerantur eius anni 48, quibus regnauit. huius victoriæ memoriam Lusitani anniuersario Festo instaurant. insignis ea fuit, & quam describit, *Mariana lib.* 18. *c.* 9. accidit 5. Augusti *ex Froſſart. vide an.* 1383. Iagellus Lituaniæ Dux, vocatus à Polonis, & initiatus Christianis Sacris, mense Feb. dictus in baptismo Vladislaus: regnat in Polonia, ex electione, & connubio cum legitima hærede. *Martin. Cromer. vide an.* 1382.	Reg. Franc. 5 Caroli 6.
1386 Indict. 9.	9 Vrbani 6.	3 Ioannis, seu Caloioannis. filij.	*Venceslai Regis Rom. an.* 8. Carolus Neapolitanus Rex, nuncupatus Dyrrachinus, nunc in Hungariã venerat, inuitatus à Proceribus ad Coronam, qui ægrè à fœmina se regi patiebantur. Ille Regnum sibi deberi existimans, paruit: sed è Regina Elisabetha conuiuio exceptus, trucidatur iubente Regina, mense Iunio; alii Februariũ notant: exacto iam quadriennio à Coronatione Põtificia. *vide* 1381 *&* 1382. *&* *Pandul.* hinc intestina dissidia Hũgarica. vnde mors Reginæ secuta est: tandemq; regnat reuocatus Sigismundus (cum Maria, *de qua* 1282) Princeps, Cæsaris filius, coronatus Hungariæ Rex ipso die Pentecostes, regnauit annis 51 integris. *Bonfin. & Chron. Hungar. Abrahami Bæka.* Turbatum etiam Regnum Neapolitanum, seu Siciliæ cis Farum, Neapolitanis tumultum concitantibus in Margaritã Caroli occisi vxorem. tamen ab hoc anno regnasse *scribit Onuph.* Ladislaum Caroli filium, *de quo infra* 1390. *lege Pandulph. Blond. Sabel. Aemil.* Ioannes Viennensis, maris Præfectus Francicus, rediens è Scotia: quo missus à Franco cum 60 nauium classe erat, vt Anglos è vicino & amico Scotiæ Regno premeret: Franco Regi persuasit, optimam belli rationem fore, si excercitum in Angliam transmitteret: disputans, Anglos domi facilè vinci, foris ægrè erat hęc, quæ parabatur in Angliam expeditio, nauiũ 1200, & Anglos mirè solicitos tenebat. Sed res Francicæ, & nouus casus Magistri Equitum, nouum Franco consilium iniecerunt. *Aemil.*	6 Caroli 6.
1387 Indict. 10.	10 Vrbani 6.	1 Manuelis 2. Caloioannis 3. filij. Pulæologi.	*Venceslai Regis Rom. an.* 9. Ioannes Palæologus, *de quo* 1384, elapsus è custodia; tantum effecit apud Turcarum Principem, vt Manuel filius haberet Imperium. Andronicus in Asiam traiicere coactus, vixit deinceps apud Turcas in Aula Baiaceti. *Laonic. lib.* 2. *Onuphrius in Fastis* dat huic Manueli 30 annos: alij pauciores. Motus in Anglia inter Regem & patruos, post conflictum (in quo patrui superiores fuerunt) sedantur. Leceſtrienſis Dux, rebus malè gestis in Hispania aduersus Castellanum Regem, redit in Angliam. Borbonius è Gallia submissus est, qui Castellanum iuuaret. *Froſſart.* Obiit tandem Carolus Nauarræ Rex, Franciæ flagellum; ambustus, dum vir intemperantia exhaustus, vt reficeret vires, infutus linteis aqua ardente perfusis, admouet filo imprudens candelam; flammam materia concipit, qua exustus, intra biduum expirauit. *Tillius, Annales, Aemil.* succeſſit Carolus huius nominis 2, Princeps sapiẽs, pacisque amans. Post obitum Petri 4, Aragoniæ Regis, regnat filius Ioannes 1, natu maximus. *Froſſart. Tarafa.* Martinus in Arragonia Comes, & Maria Siciliæ Regina, Martini vxor, veniunt in Siciliam hoc anno, & sequenti coronantur. *Thomas Faſellus.*	7 Caroli 6.

1388 | 11 Vrbani 6 | 2 Manuelis 1. Calosoannis filij. | Indict. 11.

Venceslai Regis Rom. an. 10. Parisiensis Academia vniuersa, perhibetur hoc anno commota in Dominicanos, quod in concionibus dissererent, Beatam virginem Dei Matrem in Originali peccato conceptam. *Annal. Franc. Mater Histor. Vigner.*

8 Caroli 6.

1389 | 12 Vrbani 6 | 3 Manuelis 2. Calosoannis fil. | Indict. 12.

Venceslai Regis Roman. an. 11. Franciæ Rex, pactis in triennium induciis cum Anglo, Regni sui rebus vacat & prospicit futuris. Cognatus Ludouicus Iunior, Andegauensis Dux, à Clemente Antipapa coronatus Rex Neapolitanus, vti commemoraui, iam vita cesserat: licet aliqui hunc annum notasse videantur. Veneti Athenas & Thebas amittunt: Taruisium in Italia recipiunt, cõfœderati Galeatio Mediolanensi Vicecomiti, qui nunc Patauium Scaligeranis eripuit. *Blond. Donatus, Bosius.* vita cessit Papa Vrbanus Romæ 13 Octob. contracto prius, vt ferunt, Iubileo ad 33. vel 36 annum: successit consensu Cardinalium, qui in Italia erant, Bonifacius 9, die 2. Nouemb. antea dictus Petrus, è familia Tomacella, Neapolitanus, Cardinalis S. Anastasiæ. *Onuphrius, Platin. Froßart.* occupat adhuc Clemens Sedem Auenionensem.

9 Caroli. 6.

1390 | 1 Bonifacij 9 | 4 Manuelis 2. Palæologi. | Indict. 13.

Venceslai Regis Rom. an. 12. Pandulphus scribit nunc solum coronatum à Bonifacio Ladislaum: in quem armatus venit Ludouicus Andium Dux, prioris in Italia demortui filius, coronatus Auenione Rex Apuliæ à Clemente Antipapa; at irrito conatu. Incidit in hunc annum mors Roberti 2 Scotiæ Regis: regnat filius Ioannes, qui dicit voluit Robertus 3 huius nominis, *Maior. Hector Boet. Leslæus.* In hæc quoque tempora incidit Tamerlanus, natione Tartarus, humili loco natus. hic bellicis artibus clarus, primum Parthos domuit, pulsis inde Persis: mox Assyrijs, ac demum toti Asiæ iura dedit: semper victor, felix ad miraculum & totius Asiæ spoliis auroque ditatus. *de quo lege Laonicum, Sabellicum, & Petrum Perondinum.* huius Ducis initia attigit *Mariana lib.* 19. *cap.* 11.

10 Caroli 6.

1391 | 2 Bonifacij 9 | 5 Manuelis 2. Palæologi. | Indict. 14.

Venceslai Regis Rom. an. 13. in Francia mortuo Philippo Duce Aurelianensi, Ducatus datus est Ludouico, Regis Fratri. *Froßart.* excessit è vita Ioannes Castellæ Rex, huius nominis I, die 25 Decemb. successorem habuit Henricum filiorum natu maximum, annorum 11 puerum. eius frater Ferdinandus, posteà euadet Arragoniæ Rex. principes ambo, magnæ virtutis, & ab Historicis magnopere laudati. *Alfonsus Carthagena, Mariana lib.* 18. *cap.* 13. *&* 15, *& Tarafa: qui autor locat hoc initium ad annum* 1388. Baiazetus Turca, pulsis Tureis, vel subiugatis, qui ante aliquot annos tempore Ottomanni erant sortiti Minoris Asiæ Prouincias: iam Asiam Minorem penè totam facit suam; & in Europa Thessaliam integram, quasdamque alias prouincias. *Laonicus.* Anglorum habentur Comitia Vuestmonasterienſa, *vt narrat Polydorus lib.* 20. *in Richardo* 2: quibus limites boni illi viri præfixerunt autoritati, & iurisdictioni Summi Pontificis: iusseruntque eam Oceano terminari: nulla vt deinceps ex Anglia fieret ad Põ. tificem prouocatio, nullaue Pontificis in Angliam execrãdi, seu Excommunicandi potestas. *idem obseruauit Genebrardus post alios.*

11 Caroli 6.

1392 | 3 Bonifacij 9 | 6 Manuelis 2. Palæologi. | Indict. 15.

Venceslai Regis Rom. ann. 14. Interim dum inter Polonum, & Sigismundũ Hungaricum Reges pax constituitur, *vt narrat Bonfinius*: dumque in Italia Galeacius Mediolanẽsis Vicecomes, Florentinis reconciliatur: Germania Venceslai Regis tyrannica exactione, & moribus deprauatis iacet afflicta. Galliæ etiã Regnum Rege suo pene carebat, qui ira, æstiuo calore, aliisque incommodis, in delirium animi & insaniam iam labitur, nec vnquam ita restituta mens est, vt ei omnino fideretur. *Aemil. Frosar.* Patruis cura, & procuratio Regni demandata.

12 Caroli 6.

1393 | Indict. 1. | 4 Bonifacij 9. | 7 Manuelis 2. Palæologi. | 13 Caroli 6.

Venceslai Regis Rom. an. 15. Baiazetus putatur iam à biennio cœpisse obsidionem Constantinopolitanam, quæ protracta est ad decennium, *ex Laonico*: donec, scilicet, aduenies Tamerlanus Baiazetum ex Europa in Asiam ad sua tutanda redire coegit; regressum victor prælio cepit. *Laonic. Aemil. Genebrard*, hæc à Tamerlano illata Turcis clades, Turcicorum Imperatorum seriem interturbauit. Obiit Auenione Pseudopontifex Clemens VII. die 16 Septemb. eodem mense successit illi Petrus de Luna, dictus Benedictus 13, natione Arragonius, è nobilissima ortus familia. *lege Marianam lib.* 19. *c.* 5.

1394 | Indict. 2. | 5 Bonifacij 9. | 8 Manuelis 2. Palæologi. | 14 Caroli 6.

Venceslai Regis Rom. ann. 16. Lecestriæ Dux Hericus, ab Anglo Rege nepote Aquitaniam dono accepit. Sed reuocata donatio est hoc ipso anno. *Froissart.* post obitum Friderici Siciliæ Regis, filia Regis vnica nupta Martino est, Lunæ Comiti: qui tandem euadet Arragoniæ Rex. *Franciscus Tarafa.*

1395 | Indict. 3. | 6 Bonifacij 9. | 9 Manuelis 3. Palæologi. | 15 Caroli 6.

Venceslai Regis Rom. ann. 17. Sigismundus Hungariæ Rex, Frãcorũ auxilio, insignẽ nunc retulit victoriam de Turcis, Hungariã inuadentibus. *Froissart. Iouius, Laonic. Aemil.* Venceslaus, ingenti pondere auri exoratus, *inquit Aemilius*, Ioannẽ Galeatium, socerum Aurelianensis, Ducem constituit Mediolanensẽ. Carolus Iunior, Nauarræ Rex, accipiet breui Nemorosum Comitatum, (*Nemours*,) titulo Ducatus tunc honestatum; in remunerationem possessionũ, quas pater habuerat in Normannia. *Tillius, Annales.*

1396 | Indict. 4. | 7 Bonifacij 9. | 10 Manuelis 2. Palæologi. | 16 Caroli 6.

Venceslai Regis Rom. ann. 18. Hungari, & Franci, qui Nicopolim in Mysia obsidebant, ab Baiazeto oppressi, victique sunt, magnâ Francorum editâ strage. Ioannes Audacis Burgundionis filius, solutâ redemptione rediit ad suos. *Bonfin. Froissart. Naucler.* Isabella, Caroli Franci Regis filia, data in matrimonium est Richardo Angliæ Regi, pactis in 30 annos induciis. *Froissart. Tillius, Annal. Aemil.* In Scotia hoc anno intestina odia & cædes, inter Clãquhatanos, & Clanxaios. Rex Robertus, filium Dauidem, natu maximum, & Robertum fratrem, primos, quos habuit Scotia, Duces creat: illum Rothsay, hunc Albani titulo. *Lesl.eus.* Ioannes Arragoniæ Rex huius nominis primus, lapsus equo moritur 19 Maii: succedit Martinus frater, Lunæ Comes. *de quo* 1394. *Franc. Tarafa. Lege Marianam. lib.* 19. *c.* 19. 20. *&* 21. Bonifacius indixit secundus annatas, seu annuos reditus vacantium Sacedotiorum: ob necessitates belli aduersus infideles, vt nimirum, qui Beneficium consequitur, fructus vnius anni, aut partem mediam Fisco soluat Apostolico. De huius rei prima institutione *differunt Polydor. lib* 8 *de Inuentoribus c.* 2. *& Genebrar. in Bonifacio.* Amadeus VII, in venatione lapsus equo interiit: succedit Sabaudiæ Comes Amadeus VII huius nominis: in catalogo Comitum 16, & Ducum 1. *Paradin.*

1397 | Indict. 5. | 8 Bonifacij 9. | 11 Manuelis 2. Palæologi. | 17 Caroli 6.

Venceslai Regis Rom. an. 19. durat obsidio Constantinopolitana. Richardus Angliæ Rex suis suspectus esse cœpit, quod nimium Francis faueret, aliisque de causis inuisus. *Froissart.*

1398 | Indict. 6. | 9 Bonifacij 9. | 12 Manuelis 2 Palæologi. | 18 Caroli 6.

Venceslai Regis Rom. an. 20. Franciscus Carrarianus iterùm Patauio ciuitate potitur, erepta iam Mediolanensibus. *Donatus Bossius.* Martinus Arragonius, regressus è Sicilia, Rex coronatur Cæsaraugustæ, 15 Maii. *Franc. Tarafa, Mariana lib.* 19. *cap.* 9. Principes Christiani, diuturnitate dissidii fessi, vrgent Bonifacium Romæ, & Antipapam Auenionensem, vt se abdicantes, locum faciant nouæ electioni: non renuit Bonifacius, sed mansit alter pertinax in sententia: qui proinde iniecto metu vexatur, obsessus ab hostibus in Palatio Auenionensi; & à suis deseritur. *Froissart. Mariana lib.* 19. *cap.* 9. *&* 10. *vide an.* 1393. Antonius Caloerius Patriarcha Constantinop. Post Nilum ponitur ab *Onuphrio.*

1399 | 10 Bonifacij 9. | 13 Manuelis 2. Palæologi. | Indict. 7. | 19 Carols 6.

Venceslai Regis *Rom. ann.* 21. Manuel Græcus Imperator, relicto Ioanne Palæologo Constantinopoli, Italiam & Franciam percurrit, petēs auxilia, irrito conatu: idque hoc, vel sequenti anno, vt Francorum ferunt Historici: ac proindè post Turcicam victoriam ad Nicopolim: licet de anno hoc dissentiat *Iouius*. Germani agunt de nouo Rege substituendo, abdicandoque Venceslao. obscura satis hæc mutatio est apud Scriptores. Henricus Lecestriæ Comes, extorris patria factus à Richardo; reuocatur è Francia, conspirationibus Anglorum in Regem: & popularium concursu Rex creatur, mense Septemb. vel Octob. Richardum Regno deiecit: qui posteà in custodia extinctus est: indè nempe securitate captatâ, ne nouæ exurgerent factiones. Isabella ad patrem, post moram aliquam, remissa in Franciam; nupsit Carolo Aurelianensis Ducis filio. hic Henricus, dictus est IV huius nominis. *Aemil. Frossart. Polydor. lib.* 21. *Leslæus in Roberto* 3. Narrant *Platina*, & alii, hoc tandem anno finem impositum intestinis Romanorum dissidiis, à Bonifacio. qui Vrbe potitus integrâ, futurisque dissentionibus occurrēs; in Capitolio, & Mole Adriani valide munitis, præsidia firma constituit. Albi à Bonifacio deleti, sumpto de Duce illorum supplicio; hi ex Alpibus descendentes, Cruce prælata, & veste omnes candida induti; specie Religionis omnia turbabant. *Volater. lib.* 22. *Genebrard. in Bonifacio.*

1400 | 11 Bonifacij 9. | 14 Manuelis 2. Palæologi. | Indict. 8. | 20 Carols 6.

Venceslai. Regis Rom. an. 22. Tandem in Germania Electores Regem dicunt Rupertum, vel Robertum Comitem Rheni Palatinum, mense Septemb. abdicato Venceslao, quem etiam contempserunt cognati. *Onuph. Cuspin.* nunc finit Historiam suam *Ioannes Frossartes*, inchoatam anno 1326. in qua res Franciæ, Scotiæ, Flandriæ, Hispaniæ, Vasconiæ, & Britanniæ, complexus est. Atque hinc iam Historiam incipit Enguerrandus Monstreletus. missi hoc anno à Tamerlano sunt, qui Baiazetum cōpulerunt soluere obsidionem Constantinopolitanam.

V.

CENTENARII DECIMI QVINTI INITIVM.

Regna. IN Oriente captus à Tamerlano Baiazetus, fractaque Turcarũ potentia. sed morte Tamerlani, concidit rursus ingens illud Tartarorum Imperium. Græcorum porrò in Oriente Imperium finem hoc Seculo accepit, capta à Turcis Constantinopoli. In Occidente nullus bellorum finis; & tantum non concidit Francorum nobilissimum Regnum: sed mox diuina ope restitutum refloruit, abitque iterum in Monarchiam. Eandem ex ciuili discordia aleam adijt Anglia, Principum mutationem experta maximam: & Britanniæ cladis suæ spectatrix effecta est, quæ paulò ante de Francica tam feliciter triumphabat. hic circuitus Lector est rerum humanarum his fide si audes.

Status Eccleſiæ. SVblata tandem huius Seculi Schismata sunt: dissolutum, nec sine armis, Basileense Concilium, reiectâ pragmaticâ sanctione. tandemque Orientis & Occidentis Ecclesiasticis rebus, pacem dedit Florentinum Concilium: in quo præsens Imperator Palæologus, cum Græcorum primarijs viris, vidit illius Ecclesiæ cum Latina vnionem, magno omnium consensu redintegratam.

Doctrina. ECclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Thomas Valdensis Tom. 1 Doctrinal. lib. 2. a. 2. c. 23.* Primatus. *Conc. Florent. sess. vltim. consentiente* Græcâ Ecclesiâ, vide an. 1438 *Laurent. Iustin. lib. de Obedient. cap. 12* Liberum Arbitrium. *Dionys. Carthus. de Fide Orthodoxa lib. 1. c. 115. Valdensis citatus lib. 1. a. 1. c. 25.* Bona Opera, & Merita. *Gerson Tract. de Verbis Domini* (Venite ad me:) & *Valdensis citato c. 25.* Sola Fides excluſa. *S. Bernardus Senen. Sermone de Reg. Cælor. parte 2. c. vlt. Laur. Iustin. de regim. prælat. c. 8.* Eucharistia & Sacrificium. *Florent. Concil. sess. vlt. in Bulla Vnionis. & Concil. Constantiense Sess. 13.* Pœnitentiæ Sacram. *Valden. Tom. 2. Doct. agens de hoc Sacramento. c. 138.* Purgatorium. *idem Valden. Tom. 3 tit. 11 cap. 107. Testatus in caput 25 Math. q 681.* Inuocatio Sanctorum *Dionys. Carthu. Serm. 4 de Sanctis. Lauren. Iustin. Serm. de Nauit. B. Virg.* Reliquiæ. *Gerson. Tractat. 8 ad Hymnum Magnificat parte 2. S. Bernardinus Senen. Serm. de Assumpt. B. Virg.* Cælibatus. *idem S. Bernard. Serm. 48. de laude Virginitatis a. 1. c. 2. Gerson Dialogo de Perfect. cordis.* Abstinentia à cibis. *Dionys. Carthus. Serm. 1 in Epist. Dom. 1 Quadragesima.*

Christi.	Pont.	Imper.	RERVM GESTARVM SERIES.	Reg. Franc.
1401 Indict. 9.	11 Bonifacij 9	15 Manuelis 1. Palæologi.	RVperti Regis Germani. 1. In aula Francica gliscebãt (inquit Aemilius) factiones, dũm affecto Rege alii Aurelianensem, alii Burgundionẽ rebus regendis præfici volebant. idem scribit Gaguinus lib. 9. hic annus est, quo Ludouicus Andium Comes Iunior, Ladislao Neapolitano Rege prosperè res suas promouẽte, rediit in Galliã Pand. Rupertus Germaniæ Rex, ducto in Italiã exercitu, repellitur à Galeacio Mediolanensi, qui eodem tempore Bononiam vi recepit. *Auent*	21 Caroli 6.

Blond. Sabel. apud Venetos Antonio Venerio Duci subſtituitur Michael Steno. *Sabel.* Tamerlanus arma conuertit in Baiazetum; & hoc anno Cappadociam occupans, filium Baiazeti cepit. *narrat Aemilius*, Tamerlanum hunc Scytham, ſub ſignis habuiſſe 400 equitum millia, & peditum 600 millia. ſolebat, ad deditionem vrgens ciuitates, primo die candida ſigna ponere, poſtero purpurea, tertio atra, nec hominis impetum gens vlla frenare potuit.

1402 Indict. 10. — 13 Bonifacij 9 — 16 Manuelis 2 Palaeologi.

Ruperti Regis German. an. 2. naſcitur Carolus ſeptimus in Gallia pridie Kal. Martii. Carolus Alebretus, Druidum Comes, M. Eq. creatur, ſtatimq; expedionem ſuſcipit in Aquitaniam. *Tillius.* varia ille loca Anglis eripit. *Enguerrandus Monſtrelet.* Circa hunc annum Sigiſmundus Hungariæ Rex à ſuis Regno priuatus, breui rediit, pulſo inde Ladislao Rege Neopolitano; quem, vt regnaret aduocauerant Vngari. *Pandul. Bonf. Decad. 3. Blond.* Extincto Galeacio Mediolanenſi, ditio eius tota nunc penè concidit. *Blond. Sabel. Iouius.* filiis pupillis remanſit Mediolanum. Baiazetum in Aſiam ad ſua tutanda regreſſum vincit acie Tamerlanus in Minori Aſia, non longè ab vrbe Ancyra, cæſis Turcarum 200 millibus, & cauea ænea clatrata incluſum, velut feram coercuit. *Iouius, Aemil. & alij.*

22 Caroli 6.

1403 Indict. 11. — 14 Bonifacij 9 — 17 Manuelis 2 Palaeologi.

Ruperti Regis German. an. 3. Perit in ſua miſeria Baiazetus. *Laonicus.* Pontifex Bononiam opera Montoni Ducis recipit. *Blond. Sabel.* Iacobo Luſignano Cypri Regi demortuo, ſuccedit filius Gennus. *Enguer.* Conſtantinopoli Patriarcha electus poſt Antonium Calixtus, dictus 2.

23 Caroli 6.

1404 Indict. 12. — 15 Bonifacij 9 — 18 Manuelis 2 Palaeologi.

Ruperti Regis Germ. ann. 4. Ladislaus Neapolitanus Rex occulte tentat ſe Romæ Vrbis Dominum conſtituere: quam tamen non niſi poſt triennium obtinuit. *Pandul.* Veneti, exorto ciuili inter vicinas Prouincias bello, nunc potiuntur Verona, Patauio, & aliquot aliis ciuitatibus. *Sabel.* ferè in hunc incidit annum mors Tamerlani, cuius Imperium filiorum diſcordia diſſipatum, gradum fecit ad Turcicam potentiam reſtituendam. *Laonicus.* defuncto Bonifacio Papæ ſubrogatur Innocentius ſeptimus. *Onuphrius notat* creatum 16 Kal. Nouemb. patria fuit Salmonenſis, Pelignus, Cardinalis ſanctæ Crucis dictæ in Hieruſalem. Diem claudit Philippus Audax Burgundio, Flandriæ ex vxore Margarita Comes: & anno ſequenti coniunx fato ceſſit: quando horum filius Ioannes, dictus Diuionenſis, Flandriam, Burgundiam, & Arteſiam ſucceſſor renuit. *Marchant.*

24 Caroli 6.

1405 Indict. 13. — 1 Innocentij 7. — 19 Manuelis 2 Palaeologi.

Ruperti Regis German. ann. 5. In Gallia circa hunc annum Comitatus Nemoroſus titulo Ducatus inſignitur, vti ſuprà commemoraui: daturque Carolo Nauarræ Regi. *Enguerrand.* Canonici Seculares ſancti Georgii Venetiis per Laurentium Iuſtinianum inſtituuntur: & Mēdicantes, ſub nomine ſancti Hieronymi ex Regula ſancti Auguſtini. *Onuph. Genebrard. in Gregorio* 12.

25 Caroli 6.

1406 Indict. 14. — 2 Innocentij 7. — 20 Manuelis 2. Palaeologi.

Ruperti Regis German. ann. 6. Ioannes, dictus Robertus tertius, Scotiæ Rex, de quo ad annum 1390, obiit anno Regni 16. ac proindè hoc Chriſti anno: & occiſo ante eà Dauide, filiorum natu maximo, nunc alter filius Iacobus, dum in Galliam mittitur à patre, interceptus ab Anglis, & detentus eſt per annos 18, poſt quos regnabit, vocandus Iacobus huius nominis primus; litteris & bonis artibus eruditus Princeps. interim Scotiā Proreges adminiſtrant. Gymnaſium celebre ſancti Andreæ in Scotia cœptum an. 1411, *notat Lesleus in Roberto tertio. Lilius* vult Iacobum hunc non niſi poſt 6 annos captum ab Anglis. Deceſſit Innocentius Papa 6 Nouembr. electus Gregorius XII, Venetus, dictus anteà Angelus

26 Caroli 6

lus Corratio, Cardinalis sancti Marci. *notat Onuphrius* creatum Romæ pridiè Kalend. Decembr. contra hunc Pontificem sedere adhuc nitebatur Auenione Petrus Lunensis, vocatus Benedictus 13.

1407 | I Gregorij 12. | 21 Manuelis 2. Palæologi. | 27 Caroli 6.

Indict. 15.

Ruperti Regis German. an. 7. Ludouicus Dux Aurelianensis Regis frater, Lutetiæ 10 Kal. Decembr. occiditur, immissis percussoribus á Ioanne Duce Burgundiæ, & Flandriæ: qui in Flãdriam, re patefactâ, profugit. *Aemil. Enguerrand.* Mortalitatem reliquit ipsis Christi Natalitiis Henricus huius nominis 3, Castellæ & Legionensis Rex: regnat filius Ioannes sub hoc nomine 2, aliquandiu sub tutela matris: hunc annum dat *Carthagena*, licet *Tarafa* ponat 1404. Montoliuetensium Ordo instituitur authore Bernardo Ptolemæo. *Genebrard. in Gregorio* 12. ad hunc annum consignant aliqui mortem Tamerlani.

1408 | 2 Gregorij 12. | 22 Manuelis 2. Palæologi. | 28 Caroli 6.

Indict. 1.

Ruperti Regis Germã. ann. 8. Valentina vxor cum liberis occisi Ducis Aurelianensis, Procerum & Regis fidem implorabat in Burgundionem, ob cædẽ iam commemoratam. *Aemil.* Ladislaus Neapolitanus Rex occupat Romam 25 April. cùm frustra Florentinos & Senẽses ad fœdus inuitasset. redit ipse Neapolim exercitu per Tusciam, aliáque loca diuiso. Florentini Neapolitanis infensi reuocant Ludouicum Andium Ducem. *Pandulp. Collenu.* Multa de hac agens expeditione, & passim contra fidem Historiæ *Theodoricus de Niem*, iuratus, vt apparet, Pontificum hostis, temerè effundit, *in suo improbatæ lectionis de Schismate libro*. Ferdinandus Regis Castellæ tutor, redintegrato in Mauros bello, Regnum Granatense affligit, multárque vrbibus. *Cartagen. in Ioann. 2. & Laur. Val. lib.* 1 *de gestis Ferdinandi.*

1409 | I Alexandri 5. | 23 Manuelis 2 Palæologi. | 29 Caroli 6.

Indict. 2.

Ruperti Regis German. an. 9. Extinguendi Schismatis causa, quod à triginta annis Orbem Christianum vexauit, Pisanum Concilium in Hetruria, Cardinalibus eò confluentibus, habetur: vbi abdicatis Gregorio XII. & Antipapa Benedicto XIII, eligitur Alexander V, mense Iunio. *Onuph. Genebrard. Bellar. lib.* 1 *de Conciliis c.* 8. Miseram hanc temporum conditionem, & rem Ecclesiasticam seditione laceram, ne sic quidem sanatam *describit Aemilius*: hoc Concilium non legitur approbatum: sed nec improbatum. Poloni Concilii sententiam secuti Alexandrum approbarunt. Ioannes Hus Bohemiam sua Hæresi infestat. *Martin. Cromer. lib* 16. in Senatu Parisiis Duci Burgundioni venia data, licet causa eius minus probaretur: & mortuâ vxore occisi Ducis Aurelianensis, nomen pacis redintegratum inter patres: non tamen extincta (*inquit Aemilius*) animorum certamina. Ludouicus Andium Dux, fœdere cum Florentinis inito, armatus Italiam repetit: & confirmato iure Regni Neapolitani ab Alexandro nouo Pontifice, Romam, pulsis Ladislai militibus, Pontifici restituit. *Pandulph.* Obiit Martinus Siciliæ Rex in Sardinia, Augusto mense: erat is Martini Senioris Arragoniæ Regis filius. Sic Siciliæ Regnum transiuit in ius & possessionem Arragonici Regis. *Tarafa. Laur. Val. lib.* 2 *de gestis Ferdin.*

1410 | I Ioãnis 22. dicti 23. | 24 Manuelis 2. Palæologi. | 30 Caroli 6.

Indict. 3.

Ruperti Regis German. ann. 10. Diem suum obiit Rupertus, cùm res Imperii Germanici per decennium diligenter administrasset. quidam Historici hinc vsque ad Martium sequentis anni substituunt Ruperto quemdam Iodocum Morauiæ & Brandebourgi Dominum. Alexander Pontifex decessit Bononiæ 5 Nonas Maii: subrogatur Ioannes XXII, dictus XXIII, Baltazar Cossa anteà nominatus, Cardinalis Sancti Eustachij; creatus Bononiæ 16 Kalend. Iunii. *Onuph. Genebrard.* iterum exardescunt iræ inter Aurelianensem, & Burgundionem, iterumque pax composita. *Enguer.* Ludouicus Andium Dux, expeditione ducta in Regnum

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Neapolitanum, Ladislaum quidem acie vincit, sed nesciens vti victoriâ, redibit anno sequenti in Galliam, abiecta spe Regni Neapolitani. *Pandulph.* vita cessit Martinus I, Aragoniæ & Siciliæ Rex, absque liberis. Magno Procerum Aragoniæ consensu renuntiatus Rex Ferdinandus, frater Henrici Castellæ Regis, excluso cum aliis Ludouico Andiũ Duce, qui vxorem habebat filiam Ioannis Aragoniæ Regis. *Laur. Vall. Taraf.* narrat Historiam hanc *Lucius Marineus lib. 11. de rebus Hispan.* Manuel Imperator Constantinopolitanus, & Mahumetus Turcarum Princeps, murum extruunt prope Corinthum in Peloponesi Isthmo, ad prohibendos hostes, *Laonic.* Viclephi libri exusti in Anglia. *Thomas Valden.*	
1411 Indict. 4.	2 Ioannis 22 dicti 23	25 Manuelis 2. Palæologi.	*Sigismundi Regis German. an. 1.* Tandem hoc anno mense Martio Electores Imperii in Germania Imperatorem renuntiant Sigismundum, Hungariæ Regem. Ciuile in Gallia bellum omnia turbat. Burgundio rerum potitus Regem pro suo arbitratu regebat. *Polydor. lib. 22. Histor. Angl.* Mediolanenses vexant vicinas Prouincias.	31 Caroli 6.
1412 Indict. 5.	3 Ioannis 22 dicti 23	26 Manuelis 2. Palæologi.	*Sigismundi Regis German. an. 2.* Sigismundus Lombardiam ingressus, conuenit cum Ioanne Pontifice de futuro Concilio Cõstatiensi, ad tollendum tot iam annorum Schisma. *Sabell. Naucler.* hic annus est coronati Ferdinandi in Arragonia, vti plures referunt, cum antea præcessisset electio. Florebant tunc Petrus de Aliaco Cardinalis, Ioannes Gerson (obiit Lugd. 1420.) Ioannes Capreolus Tolosas, Thomas de Kempis, Ioannes Dominicus, professione Dominicanus, tandem Cardinalis, & Sanctus Vincentius Dominicanus, qui interfuit Constantiensi Concilio, obiitq; anno 1418. *hæc Trithem.*	32 Caroli 6.
1413 Indict. 6.	4 Ioannis 22 dicti 23	27 Manuelis 2. Palæologi.	*Sigismundi Regis German. an. 3.* Delphinus Galliarum præficitur Regno, dum pater per valetudinem impeditur: Burgundio sibi timens, in suam Flandriam se recipit. *Enguerr.* Ladislaus Neapolitanus Rex iterum Romam occupat. *Pandul.* Thomas Mocenigus Dux Venetus eligitur, post Michaelis Ducis obitum. *Sabel.* Henricus IV Angliæ Rex vita cessit 20 Martii: Regnum tenuit Henricus filius, huius nominis V. notatur 5 Idus April. *Polyd. extremo lib. 21. & initio 22.*	33 Caroli 6.
1414 Indict. 7.	5 Ioannis 22 dicti 23	28 Manuelis 2. Palæologi.	*Sigismundi Regis German. an. 4.* Tandem habetur abolẽdi Schismatis causâ, Constantiẽse Concilium: aderant Ioannes Pontifex, & Sigismundus Imperator. inchoatũ 5 Nouembr. finitum 1418 sub Martino V. improbatum fuit à Concilio Florentino, & Lateranensi vltimo, quoad eas Sessiones, quæ habent, Concilium esse supra Pontificem. probata tamen à Martino V. omnia quæ posterioribus Sessionibus sunt definita. *lege Bellar. lib. 1. de. Conciliis c. 7.* initia huius Concilii latè persequitur *Aemil. in Carolo. VI.* Ladislaus Neapolitanus Rex moriens 6 Augusti, Regnum reliquit Ioannæ sorori, cui à Dyrrachio nomẽ erat. dicta est Ioanna II. nullius maioris probitatis mulier, quàm fuerit Ioanna prior. *Pandul.* Anglus belli innouandi causam captans, repetit à Franco Rege Aquitaniam, Normaniam, aliáque nonnulla.	34 Caroli 6.
1415 Indict. 8.	VACAT SEDES.	29 Manuelis 2. Palæologi.	*Sigismundi Regis German. ann. 5.* In Concilio Constantiensi, Gregorius se Pontificatu abire professus est: illi ius pilei redditum. Ioanni obiecta crimina: & cùm non satis se purgaret; ei, & Benedicto abrogatus Pontificatus est, *inquit Æmil.* Vacat Sedes per biennium. *Genebrardus, & alii.* Henricus V. Anglus, ægrâ domestico disidio Francia, transmittit in Normanniam. Areflu-ctum (vulgò *Harfleur*) expugnat. Calitium versus deflectit. ad Blangium vltra Somonam amnem pugnatum est, victore Anglo, 25 Octobr. (*à Azincourt près Blangy*) Francorum Decem mil-	35 Caroli 6.

lia ceciderunt. magnus nobilium numerus desideratus. capti Duces Aurelianenſis,& Borbonius, cum primarum familiarum Proceribus permultis. fuit hoc bellum omnium inter has regias familias longiſſimum, nulla pace, nullis induciis per annos ferè 30 temperatum. Ioannes Hus impius Hæreticus,euocatus à Patribus Concilii Conſtantienſis adfuit; pertinax in ſua Hæreſi 6 Iulii damnatur,& eiuſdem menſis die 8 exuſtus eſt.decreuit porrò idem Concilium pleraque de morum reformatione.

1416 | SEDES VACAT. | 30 Manuelis 2. Palæologi. | 36 Caroli 6.
Indict. 9.

Sigiſmundi Regis German. an. 6. Hic Princeps in Franciam, & Angliam peruenit ſtudio pacis componendæ inter duos Reges: ſed cùm res non ſuccederet, vt optabat,redit ille per Arragoniã, hortatus omnes Principes ad tollendum Schiſma inter Pontifices. *Aemil. Enguerr.* Ludouicus Dux Aquitaniæ, Delphinus Galliæ obiit anno 1415. die 18 Decembr. breui poſteà Ioannes eius frater. *Tillius.* Burgundio Dux inducias cum Anglo paciſcitur, nulla Franciæ facta mentione. *Enguerr.* Conſignatur ad hunc annum mors Ferdinandi Regis Arragoniæ 2. April. Alfonſus natu maximus Arragoniam, Siciliam, & Maioricam tenuit, euaſurus poſteà Rex Neapolitanus. princeps hic omnium ſcriptis laudatiſſimus fuit. *Tarafa. Marineus lib.* 11 *& alij.* Hieronymus Pragenſis Huſſita,ad Concilium Conſtantienſe vocatus, pari cum Huſſo impietatis ſocio, pœna afficitur 30 Maii.

1417 | SEDES VACAT. | 31 Manuelis 2. Palæologi. | 37 Caroli 6.
Indict. 10.

Sigiſmundi Regis German. an. 7. Ludouico huius nominis 3, Andium Duci, & Prouinciæ demortuo, ſuccedit filius Ludouicus. *Naucler.* Henricus ex Anglia in Normanniam tranſmittens, Cadomum, aliaque loca facilè obtinuit,dum Burgundionis tumultus noui,Francos exercent, vexantque. *Enguerr.* Hoc tandem anno Otho Columna Romanus Pontifex creatur,3 Idus Nouemb. dictus Martinus V,ſublato ſic Schiſmate. *vide an.* 1415. *Aemil. acta Concilij Conſtant.*

1418 | 1 Martini 3 dicti 5. | 32 Manuelis 2. Palæologi. | 38 Caroli 6.
Indict. 11.

Sigiſmundi Regis German. an. 8. Roberto Stuarto Scotiæ Proregi defuncto, ſuccedit in Regni adminiſtationem filius Modacus. *Hector Boet. Leslæus.* Henricus Anglus,ſubacta penè Normannia, Rothomagum obſidet. *Enguerr.* Mahumetus Turcarum Princeps deceſſit: cuius Imperium in Aſia & Europa retinuit filius Amuratus,huius nominis II. *Laonic.* ſcribunt aliqui ab hoc Rege primùm inſtitutos ad cuſtodiam corporis eos, quos Ianiſſaros vocant,ex fæce illa Apoſtatarum Chriſtianorum collectos. Dux Burgundio, occupata ciuitate Pariſienſi, magnarum cædium cauſa deſcribitur. *Vigner.*

1419 | 2 Martini 3. dicti 5. | 33 Manuelis 2. Palæologi. | 39 Caroli 6.
Indict. 12.

Sigiſmundi Regis Germã. an. 9 Huſsitæ in Bohemia Duce Ioanne Ziſca; Venceslao Regi turbas & ingentẽ dolorem, ex quo interiit,hoc anno excitant. Interim dum eius frater Sigiſmundus nunc Imperator,Regnum hoc ſibi debitum occupare conatur, Hæretici iſti,cõtracto ſenſim exercitu 40 millium, bellum intulerunt Regi,tẽplis,ſacriſque rebus,& bonis omnibus. *Bonfin. lib.* 2. *decad.* 3. *Martin. Cromer. Æneas Syluius.* Tragicus Francis hic annus totus eſt. Henricus Anglus obſeſſam ciuitatem Rothomagum, reliquaſque Normanniæ vrbes obtinuit anno præcedente. Regina, aduocato ad ſe Burgundione Flandriæ Comite, ſecedens ſeipſam cum filia Catharina eius fidei commiſit, & Ioannes Villanius Vrbem Regiam,Regem aulamque omnem, *inquit Aemilius*, Burgundionis arbitrii fecit. Armeniacus M. Eq. & Erix Cancellarius interfecti,ægrè elapſo Delphino. hæc prius. hoc verò iam anno, dum Anglus Picardiam & vicina loca cæde ac incendio vaſtat, Delphinus ad Monterigolum (*Montereau, Fautyonne*) agit de pace cum Ioanne Burgundione, quem ex improuiſo Delphini comites occidunt. Hanc necem Delphino adſcri-

ptam *describit Marchant. in Chron. Fland. in Ioanne Dinionensi*: vbi notat patri succeſſiſſe in Flandria Philippum filium. Bonus hic dictus eſt. hinc exacerbata odia. Philippus, vltor paternæ necis, cum Anglo fœdus init. quæcunque in patris manu erant Henrico tradit, incruenta victoria, Lutetiam, Carnutes, Tricaſſes, Regem, Reginam, & Catharinam virginem. tam atrox telum præbuit indignatio (*inquit Æmilius*) in Delphinum. qui mox Lutetiæ voce præconis citatur: dictáque die abſens priuatur Regno. Tricaſſibus Catharina nubit Henrico, ea lege, vt poſt Caroli obitum Henricus, liberique ex Catharina genti in Regnum Franciæ ſuccederent: interim ſocero ſuperſtite Franciã adminiſtraret Anglus gener, Franciæque Rector diceretur. *Æmil. Annal. Tillius, Polydor. lib. 22. in Henrico 5. Enguerr.* In Italia Braccius de Fortebrachiis, Aſſiſium, Tudertum, & Peruſiam vrbes Eccleſiæ Romanæ tyrannicè occupat. Martinus Pontifex in Tyrannũ immittit ad Viterbium exercitum Ioannæ Neapolitanæ: ſed Nicolai Vrſini proditione, qui pro Martino ibidem pugnabat, victoria Braccio fauit. *Pandulph.* Obiit Florentiæ 22 Octobr. Ioannes ille 23 abdicatus Pontificatu, vti ſuprà dixi. poſt Calixtum creatur Patriarcha Conſtantinopolitanus Euthymius Monachus Græcus. *Onuph.*

1420 | 3 *Martini 3. dicti 5.* | 34 *Manuelis 2 Palæologi.* | 40 *Caroli 6.*
Indict. 13.

Sigiſmundi Regis German. an. 10. Martinus Papa, cognita Reginæ Neapolitanæ ingratitudine, *inquit Pandulphus*, armat in eam Sfortiam Ducem, transfertq; ius Regni illius in Ludouicum 3, ſecundi Ludouici Andium Ducis filium. Mediolanenſes Cremona & Parma vrbibus potiuntur. *Sabellic.* nouorum Adamitarum Hæreſis repullulat in Bohemia, Pikardo Duce. item Orebitarum Hæreſis, authore Bedrico. *Naucler. Æneas Sylu.* Quod ſcripſit *author Summæ Angelicæ*; *verbo Papa*, Martinum Papam cuidam matrimonium indulſiſſe cum ſorore germana; purum putum mendacium eſt: propinquam tantùm *notat Antoninus*, quem ille citat. *lege Genebrardum in Martino. 5.*

1421 | 4 *Martini 3 dicti 5.* | 1 *Ioannis 7 Palæologi.* | 41 *Caroli 6.*
Indict. 14.

Sigiſmundi Regis German. an. 11. Manuelis Græci Imperatoris mors conſignanda eſt ad hunc Chriſti annum: licet *Onuphrius* referendam putet ad 1417. viuebat enim anno 1419, ex ſcripta eius Epiſtola ad Amadeum primum Sabaudiæ Ducem, cuius Prototypon ſe vidiſſe *ſcribit Vignerius*. Imperat filius, dictus Ioãnes VII. poſt quem imperabit Conſtantinus frater, Imperatorum Conſtantinopol. vltimus. Sigiſmundus Bohemiæ quidem Rex coronatur; ſed exercitus Imperatoris fuſus, fugatuſque eſt à Ziſca Huſſitarum Duce; à quo extructa eſt vrbs, dicta Thabor: & inde hi Hæretici nuncupati Thaboritæ. *Æneas. Sylu. Martin. Cromer. Bonfin. lib. 2. Decad. 3.* Henricus in Angliam cum vxore Galitio tranſmittens, Humfredũ Cloceſtriæ Ducem, fratrem ſuum, Gallicis rebus regendis Præfectum relinquit: qui ac Bangeum, circa Andes, à Scotorum Legione, quæ Delphino ſtipendia faciebat, cæſus eſt. Ioannes Stuartus Scotus, Buchaniæ Comes, M. Eq. à Delphino renũtiatur. *Enguerr. Æmil. Gaguin. Tillius, Annal.* Ioanna Neapolitana, cùm ab hoſtibus premeretur, adoptauit Alfonſum Arragoniæ Regem: eiuſque copiis vſa, hoſtes repellit. *Pandulph.*

1422 | 5 *Martini 3. dicti 5.* | 2 *Ioannis 7. Palæologi.* | 42 *Caroli 6.*
Indict. 15.

Sigiſmundi Regis German. an. 12. Amuratus Turcarũ Princeps Imperatori Græco infenſus, repellitur quidem à Conſtantinopolitana obſidione: ſed Theſſalonicam capit; & Ætoliam, Atticam, Epirumque ſubiugat. *Laonic.* Martinus Papa Germanos impellit ad ſacram militiam contra Huſſitas: magnus in eos numerus Cruce armatur. Annus hic inſignis eſt duorum Regum morte. Henricus ex Anglia regreſſus, Meldis, Compendio, &

aliis locis expugnatis; subiugataque Francia Parisiis Gesſoriacum vsque, fato conceſſit ad ſaltum Vicenarum, menſe Auguſto. Carolus VI. Franciæ Rex mortalitatem reliquit menſe Octobri, die 21. Sexto Regi ſucceſſit Delphinus Carolus VII. Henricus moriens Humfredum, Cloceſtrienſem Ducem fratrem, iuſſit Angliæ eſſe Rectorem, donec adoleſceret filius, quem ex Catharina ſuſcepit, nondùm bimulus, dictus Henricus VI. rebus Galliæ regendis præfecit Ducem Bedfordienſem, fratrem alterum, & Philippum Burgundionem Flandriæ Comitem: itáque eos ſcribebat Senatus Pariſienſis. *Aemil. Polydor. Tillius, Annal.* Carolum Francum Regem, Angli Biturigum Regulum vocitabant. Ioanna Neapolitana Alfonſo irata adoptionem reſcindit: Sfortiam ſibi reconciliat, & Ludouicum Andium Ducem, Calabriæ Ducem creat, *Pandulph. Tillius.*

1423 — 6 Martini 3. dicti 5. — 3 Ioannis 7 Palæologi. — Indict. 1. — 1 Caroli 7. Victoris.

Sigiſmundi Regis German. an. 13. Varia belli fortuna inter Francum Regem, & Ductores Anglos. armantur iterum in Huſſitas belli ſacri milites: adhuc tamen nil præclarè geſtum. Ziſca vtroque iam lumine orbatus, pergit bello præeſſe. Amuratus in Epiro, receptis ciuitatibus à Ioanne Caſtrioto, tres filios belli obſides accepit: ex his natu minimum Georgium, magnæ ſpei adoloſcentem (omnes iubente Turca circumciſi) exerceri fecit in re bellica diligenter, nomenque illi indidit Scandeberg, quod Alexandrum Regem ſonat. *Laonic.*

1424 — 7 Martini 3. dicti 5. — 4 Ioannis 7 Palæologi. — Indict. 2. — 2 Caroli 7. Victoris.

Sigiſmundi Regis German. an. 14. Vernolium in Normannia Anglis Scoti eripiunt: adfuit breui hoſtium exercitus: in pugna Dux Alençonnius captus, cæſi Comites Scoti plures: ex his M. Eq. cæſa omninò dicuntur 5 millia. *Æmil. Enguerr.* Franciſcus Foſcari ducit res Venetas, poſt Mocenigum. *Sabell.* Iacobus Scotiæ Rex nominis huius primus, perſolutâ redemptione, iam tandem rediit in Scotiam, dimiſſus è cuſtodia Angliæ. *Hector Boet. Enguerrand.* diem claudit Antipapa Benedictus 13. Cardinales, qui eum ſequebantur, ſucceſſorem dicunt Canonicum Barcinonenſem, quem vocant Clementem 8. *Platin. Naucler.* Ioſephus Monachus, renuntiatur Patriarcha Conſtantinopolitanus poſt Euthymium.

1425 — 8 Martini 3 dicti 5. — 5 Ioannis 7. Palæologi. — Indict. 3. — 3 Caroli 7. Victoris.

Sigiſmundi Regis Germ. an. 15. Ziſca peſte in itinere extinguitur, dum de pace acturus, iret ad Sigiſmundum. *Æneas Sylu.* Burgundio Dux iniuriis Humfredi Ducis Cloceſtrii permotus, cœpit remiſſior eſſe in cauſa Anglorum. *Enguerr. Marchant. in Philippo.* Murus, *de quo* 1410, ad fauces Peloponeſi euerſus, ex pacis conditionibus inter Amuratum Turcam, & Græcum Imperatorem, qui hac temporis oportunitate bene vſus, eripit Latinis, quas illi tenebant Peloponeſi vrbes omnes. *Laonic.* Florentini duobus præliis hoc anno victi à Mediolanenſibus, magna patiuntur detrimenta. *Iouius, Blond. Sabellic.* Ordo Eremitarum ſancti Hieronymi Romæ inſtituitur. *Onuphrius.* dum Thomas Montacutus, Sarisburienſis Comes, vir apud Anglos re militari celebertimus, Cenomanorum vrbem expugnat: *ſcribit Polyd. lib. 25 ſub initium*, tormenta ænea, quas Bombardas Itali vocârunt, primùm viſa in Galliis, hoc ſcilicet anno 1425.

1426 — 9 Martini 3 dicti 5. — 6 Ioannis 7 Palæologi. — Indict. 4. — 4 Caroli 7 Victoris.

Sigiſmundi Regis German. ann. 16. Dum Philippus Burgundio Flandriæ Comes, partim in Batauia recipienda, partim in iuuando Sabaudiæ Duce contra Mediolanenſem (vbi pax nunc conſtituta eſt) occupatur; Caroli Regis in Francia res felicius aliquantulum ſubſiſtunt. *Annal. Enguerr.* Ægypti Sultanus Cyprum vaſtat, & captum Regem reddit tributarium. *Enguerr. & Chron. Cypri.* Veneti confœderatorum Principum auxilio, Brixiam Mediolanẽſibus eripiunt. *Blond. Ionius.* Leonardus Aretinus, Gaſpa-

rinus Bergomen. & post hos Poggius Florentinus, Latinas literas, priorum sæculorum calamitate neglectas, pristino splendori restituere primi nituntur. *Sabellic.*

1427 | 10 Martini 3. ducti 5. | 7 Ioanni 7. Palæologi | 5 Caroli 7. Victoris.
Indict. 5.

Sigismundi Regis German. an. 17. Hussitæ post mortem Ziscæ, sub duobus Procopiis in duas diuisi factiones; Thaboritas, & Orphelinos, magnas inferunt clades Prouinciis Bohemiæ proximis. *de his Æneas Sylu. cap.* 48. *Histor. Bohem.* Talbotius Anglicæ nobilitatis Dux clarus, aliique Anglorum Proceres, Minorem Britanniam ingressi, Ducem ad defectionem à Franco compellunt. *Enguerr. Annal. Aquitaniæ.* Veneti iusta acie victoriam referunt, profligato exercitu Philippi Ducis Mediolanensis. *Blond* In Scotia Mordacus Gubernator, cum duobus filiis, iubente Rege Iacobo I, capite plectitur. *Leslæus in Iac.* Academia Louanienſis erigitur à Ionne 4 Brabantiæ Duce. *Genebrard. in Martin.* 5.

1428 | 11 Martini 3. ducti 5. | 8 Ioannis 7. Palæologi. | 6 Caroli 7. Victoris.
Indict. 6.

Sigismundi Regis German. an. 18 Philippus Dux Mediolanensis pacem cum Venetis constituit. *Sabell. Iouius.* dedit hic annus initium obsidionis Aurelianensis ab Anglis inchoatæ. erat tum Rex in Biturigibus. Thomas Montacutus, Sarisberiensis Comes Anglus, ictus periit. ciuium propugnantium fides, & virtus præclarè enituit. *Aemil. Tillius, & alij.*

1429 | 12 Martini 3. ducti 5. | 9 Ioannis 7. Palæologi | 7 Caroli 7. Victoris.
Indict. 7.

Sigismundi Regis Germ. an. 19 Lætus hic annus Francis illuxit, cum magna Anglicanarum rerum inclinatione. cùm enim Aurelia, spe commeatus destituta, Burgundionis Ducis fidei se dedere statuisset abnuisset tamen Anglus, prædam hanc suam esse dictitans, & ea ex causa magis in dies Burgundio res Francicas animo respiceret: en tibi Lotharingam puellam 20 circiter annos natam, & oues pascere solitam; quę rem Francicam, stupentibus hostibus, mirum in modum vno ferè anno restituit. hæc obsessis Aurelianensibus, & septimum iam mensem clausis, auxilia commeatusque infert, crebris eruptionibus obsidionem soluit 8 Maii: hoste leuibus præliis sæpius cæso. oppida pleraque recipit, captis mense Iunio Ducibus Talbotio, & Scaligero. Regem Rhemos ad Sacrum Chrisma, Regiaque insignia, inuitis hostium turmis, suscipienda ducit 6 Iulij. Tricassibus, & Catalauno in itinere receptis, mox Suessiones ad Regis iam sacrati iura redière: Ioanna (id nominis puellæ erat) dum, vt Lutetiam reciperet, omnia attentat, vulnus accepit in porta S. Honorati. inde digressi, Compendio obsesso opem fert, soluta obsidione. irrupit quidem in vrbem; sed eruptione deinde facta, venit in hostium manus, & Rothomagum ducta, magiæ fallæque religionis postulata, igne vitam finit, solo hoste iudice. obitus in annum incidit sequentem: aut illi proximum. *Æmil. Gaguin. lib.* 10. *Baptist. Fulg. lib.* 3. *Tillius, Annal.* eius vitam Pius Pontifex, & Antoninus Florentinus admirantur laudantque: vituperant hostes, alii in ambiguo hærent. tam mihi vera in eius laudem scripsisse videtur *Vignerius in sua Bibliotheca*, quàm falsò & imperitè ibidem asseruit, Deum interdum dæmonibus facere potestatem patrandi miracula, in falsi dogmatis, & erroris confirmationem. in Italia Veneti ex pacis anni superioris conditionibus Bergomo potiuntur.

1430 | 13 Martini 3. ducti 5. | 10 Ioannis 7. Palæologi | 8 Caroli 7. Victoris.
Indict. 8.

Sigismundi Regis German. an. 20. vita cessit Carolus Lotharingiæ Dux: successit Renatus Ambari Comes, iure vxoris Isabellæ Caroli filiæ vnicæ. erat Renatus filius Ludouici Neapolitani Regis, sub hoc nomine secundi. Paulus de S. Maria (ita nuncupatum ait *Genebrard. in Martin.* 5, postquam ex Iudæo Hispano factus est Christianus) Episcopus Burgensis, absoluit nunc suas additiones ad Lyrani Postillas. *Prolegom. eiusdem initio Glossæ ordin.*

1431 | 1 Eugenij 4 | 11 Ioãnis 7. Palæologi. | 9 Caroli 7. Victoris.

Indict. 9.

Sigismundi Regis German. ann. 21. Concilium Generale Basileense indictum à Martino Papa, nunc inchoatur. durat Basileæ, & alibi, vsque ad annum 1442. Præside primum Iuliano, Legato Apostolico: & post eius reuocationem Ludouico Cardinale Arelatensi. acta in hoc Concilio de Sacerdotiis, seu Beneficis, & censuris, probauit Nicolaus V. cætera improbauit Concilium Lateranen. sessione 11. *vide ann.* 1434. inter hæc initia diem clausit Martinus, 10. Kalend. Martii: quem, post alios, *Genebrardus* doctum, & probum virum prædicat Electus in eius locum Eugenius 4. Venetus, antea dictus Gabriel, Cardinalis S. Clementis, 5 Non. Martii, à 13. Cardinalibus. *Onuphrius.* Sigismundus Mediolani est 26 Decembr. eodem die Corona Ferrea decoratus. Dux Philippus subsidium inde captabat contra Venetos, & Florentinos. *Naucler. narrant Enguerrand. & Æmil.* Renatum Lotharingiæ Ducem victum captumque ab Antonio Vallemontano Comite, (Vallemontensem vocat *Æmilius*,) qui se Ducem Lotharingiæ dicebat, exclusa fratris sui filia. viuendi finem fecit Rex Cypri, Regnum tenuit Ioannes filius. *Chron. Cypri.*

1432 | 2 Eugenij 4. | 12 Ioãnis 7. Palæologi. | 10 Caroli 7. Victoris.

Indict. 10.

Sigismundi Regis German. an. 22. *à Coronatione Rom. Imp.* 1. qui Romæ ab Eugenio coronatus 21 Maii, redit in Germaniam. Ioannem Franciscum Gonzagam in reditu Mantuanum nominat Principem, 22 Septembr. *Naucler. Leander.* Angli, vt in hac rerum suarum inclinatione spem suis facerent, Henricum sextum annorum 12, ex Anglia Lutetiam euocant, vbi coronatur à Cardinale Vincestrensi. Franci interim Carnutas arte recipiunt, & Anglos ad Cadomum profligant. *Æmil. Enguerr.* Hussitæ factionibus in Bohemia discordes euadunt, eorumque plures ad veræ Religionis cultum conuersi. *Naucler.*

1433 | 3 Eugenij 4. | 13 Ioãnis 7. Palæologi. | 11 Caroli 7. Victoris.

Indict. 11.

Sigismundi Regis German. an. 23. *à Coronatione Roman. Imp.* 2. Caletes, in Normannia (*de Caulx en Normandie*) Francis iuncti, Fiscanum, aliaque loca nonnulla Anglis ademere. *Æmil. Enguerr.* Romanis rebellantibus Eugenius Florentiam secedit. *Sabell. Platin.* Lusitania 14 Augusti nouum Regem accipit Edoardum, qui patri successit Ioanni huius nominis primo, & in serie Regum decimo. huius noui Regis frater Henricus, Insulâ Maderâ, aliisque in Atlantico mari locis obseruatis, suos primus docuit artem longioris nauigationis. *Osorius.* Bohemiæ Proceres; acie, Hussi progeniem Taboritas vincunt, cæduntque: nec pauci eorum exusti. *Martin. Cromer.* Ad hunc annum refert *Onuphrius*, Ordinem S. Ambrosii Mediolani sub Augustini Regula approbatum.

1434 | 4 Eugenij 4. | 14 Ioãnis 7. Palæologi. | 12 Caroli 7. Victoris.

Indict. 12.

Sigismundi Regis German. an. 24. *à Coronatione Roman. Imp.* 3. Cultu agrorum intermisso, vastitas vbique apparebat in Francia, quãdo plerosque tædere cœpit Anglici Imperii: magnaque nobilitatis pars ad Burgundionem conuersa, iam Anglis minimè gratum, impulit, vt de pace cum Carolo ageret. Attrebatum vrbs ad id destinata rem satis narrat *Aemil.* interim Francorum ditio in dies augebatur. *Enguerr.* Amadeus primus Sabaudiæ Dux, vitam eligens Monasticam, Ludouicum filium Ducem constituit. *Paradin. in Amadeo cap.* 1. *& Enguerr.* Alfonsus Aragonius, post bellum in Ioannam aliquandiu protractum, redit in Aragoniam. Massiliam in reditu vastat. Ludouicus III, Andium Dux, à Regina Neapolitana adoptatus in filium, & recuperati iam Regni Neapolitani hæres renunciatus, moritur. Regina Ludouici fratrem Renatum, Ducem Lotharingiæ, quem adhuc, vti commemorauimus, Burgundio in custodia tenebat, successorem & hæredem scribit, ut quidam narrant: breui postea diem clausit hæc Ioanna II. ita rem hanc *narrauit Pandulf. in fine lib.* 5. In hac Ioanna finem accepit Dyrrachinorum principum familia. In Polonia regnare

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
			incipit Vladislaus, huius nominis 3, defuncto patre Vladislao exeunte Maio. *Martin. Cromer.* Durat adhuc Concilium Basileense, inchoatum 1431. Damnati Hussitæ: Beneficiorum annatæ prohibitæ: cautum, ne Pontificis nepos vllus ad Cardinalium dignitatem promoueretur, neue Purpuratorum numerus excederet 24. *Platin. Genebrard. ad annum* 1431. *in Eugenio* 4, Georgius Trapezuntius Romæ gymnasio præfectus, docet Rhetoricam: hic morbi grauitate oblitus dicitur proprii nominis. Theodorus Gaza. *τυγχρονος.*	
1435 Indict. 13	5 Eugenij 4.	15 Ioannis 7. Palæologi	*Sigismundi Regis German. an. 25. à Coronatione* Roman. *Imper.* 4. Actum, vt conuenerat anno præcedente, de pace, excluso Anglo Francici Regni æmulo, cui satisfieri æquis conditionibus non potuit. Rex Carolus Philippo Burgundioni Duci, vt pax fieret, nihil negauit: honores memoriæ occisi Ducis habiti, Matisconensis dominatus Philippo concessus, aliaque multa, quæ *Æmilius*, aliique commemorant. *lege Marchant. in hoc Philippo.* hæc pax Attrebatensis Franciam ab Anglorum dominatu vindicauit: & anno subsecuto, regia vrbs in Caroli venit potestatem: breuique mora, reliqua Gallia Francum secuta, magnarum rerum conuersione perfuncta est. *Annal. Tillius, Æmil. Enguerrand.* Res Neapolitanæ fluctuant. Renati Lotharingi Ducis vxor, dum maritus in custodia est, Neapolim properat: præuenta tamen ab Alfonso Arragonio est: sed quem, nauali prælio victum, cepit, posteaque demisit. Philippus Mediolanensium Dux, Genuensium nauibus, & milite vsus. *Pandulph. lib.* 6. *Sabellic. Leander.* Romana vrbs redit ad iura & nutum Pontificis, paulo ante rebellis: recepta quoque ab eo Bononia: missoque in Regnum Neapolitanum exercitu, varia loca venere in ditionem Pontificis, asserentis ad Ecclesiam Romanam Regnum illud esse deuolutum. *Platina, Leander.* In Scotia Paulus Crau Hussita exustus est: Carthusianorum Monasterium ibidem extructum Perthi, & à Rege dotatum. Angli eodem anno à Scotis profligati. *Leslæus in Iacobo I.* Sigismundus Imperator, constituta cum Bohemis pace, Regno illo potitur, coronatus anno sequenti 9 Septembr. *Dubrauius, Naucler. Crant. lib.* 2.	13 Caroli 7. Victoris.
1436 Indict. 14.	6 Eugenij 4.	16 Ioannis 7. Palæologi.	*Sigismundi Regis Germaniæ ann.* 26. *à Coronatione* Roman. *Imper.* 5. Mense Aprili huius anni recepta à Franco Rege Lutetia, cum vicinis oppidis non paucis, quæ regiam secuta sunt. *Enguerr. Annal. Franc. Tillius, Æmil.* certant adhuc anno hoc, de Regno Neapolitano Alfonsus Arragonius, & Isabella vxor Renati Lotharingi Ducis (qui nũc pace cũ Vallemõtano cõposita, dataq; filia Vallemõtano in matrimonium, liber à Burgundione dimissus est.) excluſi deinceps Frãci à Regno Neapolitano. *Pãdulph. Blond. & alii.* Turcæ, irrũpẽtes in Hungariã, victi repulsique sunt à Sigismũdi Ducibus. Bedfordiẽsis Dux Anglus, qui Anglorũ nomine res in Francia curabat, moritur. In Flandria, Anglis tumultum concitantibus, Dux Burgundio Calitiũ obsidet; sed Gandauensiũ culpa obsidionẽ soluere cogitur. *Æmil. Annal.* Delphinus Ludouicus in Turonum vrbe 7 Kalen. Iul. Margaritam Iacobi, Scotiæ Regis filiam accipit in matrimonium. *Annal. Tillius, Aemil. Lesleus in Iacobo I.*	14 Caroli 7. Victoris.
1437 Indict. 15.	7 Eugenij 4.	17 Ioannis 7. Palæologi.	*Sigismundi Regis German. ann.* 27. *à Coronatione Romana Imper.* 6. Hic princeps, prudentiæ & pietatis laude clarus, repressis in Bohemia Hussitis, fato cõcessit in Hũgaria 9 Decembr. *Albert. Crant.* Iacobus, iustitiæ cultor insignis, à coniuratis in Scotia Perthi impiè trucidatur. *Enguerrand. & Buchan. in fine libro decimo*, referunt ad hunc annum ineuntem: exquisitum de percussoribus sumptũ supplicium. *Lesleus in Iacobo.* filius Iacobus II, sextum annum agens, Regio honore & diademate insignitus: regnat sub tutela. *Leslæus initio libro octauo.* Eugenius Papa Isabellam iuuat auxilio,	15 Caroli 7. Victoris.

cui in subsidium misit Ioannem Vitelescam Patriarcham, cum aliquot armatorum millibus. at res Alfonsi magnum capiunt incrementum, quamuis hoc iam anno aduenisset Renatus Lotharingus cum copiis in Regnum Neapolitanum. *Pandulph.* Imperator Græcus agit cum Eugenio de vnione vtriusque Ecclesiæ: decretum proinde Ferrariense Concilium anno proximo inchoandum. *Platin. Crant. libro vndecimo, capite quadragesimo tertio.*

1438 | 8 Eugenij 4. | 18 Ioannis 7. Palæologi. | Indict. 1.

Alberti 2. Austriaci, Regis German ann. 1. Albertus Hungariæ & Bohemiæ Rex, Austriæ Dux, Sigismundi Cæsaris gener, Electorum consensu, Imperator renunciatur, vti socer moriens optauerat. *Naucler. Æneas Sylu.* Franci Meldas Anglis eripiunt. *Enguerrand.* Florentini, Genuenses, & Veneti Duci Mediolanensi adhuc aduersantur. Venetis Pontifex, Mediolanensi Alfonsus Rex fauebat: magnam tamen habebant hæc occulta fœdera inconstantiam, præter crebras agrorum vastationes. *Sabellic. Blond.* vita cessit Edoardus Lusitaniæ Rex vndecimus: successorem habuit filium Alfonsum. *Histor. Lusitan.* hic Alfonsus victoriis suis contra Mauros Africani nomen meruit: illius Edoardi nepos ex filia Leonora fuit Maximilianus Cæsar, Caroli 5 Augusti auus. Celebratur Ferrariense Concilium, inchoatum 5 Idus Aprilis, sed cogente peste translatum Florentiam, ibique finitum 1439. Præside Eugenio 4, aderant Ioseph us Constãtinopol. Patriarcha; (qui ibidem obiit, *ex Laonico lib.* 8.) Ioannes Palæologus, Orientis Imperator; Bessarion Trapezuntinus, Episcopus Nicenus, doctrina conspicuus; Isidorus, Ruthenorum Archiepiscopus; Gemistius Pleton; Georgius Trapezuntius, aliique ex Oriente plures. Bessarion, & Isidorus inter Purpuratos recensiti, quòd concordiæ Ecclesiarum authores fuissent. *Platin. Naucler. Volateran. Laonic. Genebrard. lege Æmilium.* extant acta Concilii; in quo non tantùm Græcorum, sed Armenorum etiam vnio cum Latinis, & Indorum stabilita est. receptum Confirmationis Sacramentum, Romanæ Ecclesiæ Primatus ab omnibus assertus. Sanctio Pragmatica, quam edidit Basileense Concilium, continens illius Concilii acta præcipua, fuit probata apud Bituriges à Carolo 7 Rege, Nonis Iulii, & publicata in Senatu Parisiensi 3 Idus Iulii. *Gaguin. libro decimo, Genebrard.* Rex tamen posteà Pontificis sententiam sequutus est. *Scribit Martinus Cromerus libro vigesimo primo,* Bohemis à Concilio Basileensi indultum vsum Calicis.

16 Caroli 7. Victoriis.

1439 | 9 Eugenij 4. | 19 Ioannis 7. Palæologi | Indict. 2.

Alberti 2. Austriaci, Regis German. an. 2. Ob incursiones anni præcedentis Turcarum in Hungariam, magnam hoc anno ducit expeditionem in eas Prouincias Albertus Imperator: vbi tamen diem obiit 22. Octob. *Naucler. Bonfin. Crant.* Amuratus in superiorem Misiam, & Vallachiam Prouincias Hungaro Regi tributarias irrumpẽs, præcipuas vrbes expugnat. *Bonfin. decad. 3 libro quinto. Martin. Cromer.* Gregorius Mainna creatur Patriarcha Constantinopolitanus: & breui se abdicat, prædicens capiendam ab hostibus ciuitatem. *Laonic.* Amadeus, olim primus Sabaudiæ Dux, in Concilio Basileensi Schismatico eligitur nunc Pontifex, contra Eugenium, dictus Felix 5. qui tamen post 8 annos sponte se abdicauit Pontificatu. Aliqua Germaniæ pars Basileensibus adhærebat: reliquus Orbis Eugenio; & inter hos Franciæ Rex, qui antea Pragmaticam receperat Sanctionem. *lege Paradin. in Chron. Sabaudiæ. in Amadeo, c. 2. & 3.* idem *attigit Æneas Sylu.* qui postea dictus Pontifex Pius 2, damnauit acta Basileensia. Græci domum reuersi, Eugenio infensi, quòd minus subsidii bellici, quàm sperabant, accepissent, ad vomitum redieruut. *Laonic, libr 6. de rebus Turc.* postea missus in Græciam Isidorus Rutenus Cardinalis reconciliauit eos iterum Romanæ Ecclesiæ. *idem Author lib. 8.*

17 Caroli 7. Victoriis.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc.
1440 Indict. 3.	10 Eugenij 4.	20 Ioannis 7. Palæologi.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 1. Omnium Electorum votis electus Imperator Fridericus 3, Herneſti Ducis Auſtriæ filius, Francofurti. *Onuphrius* Ianuariũ, alii Martium electioni conſignant. Hungari Rege deſtituti, Vladiſlaum Poloniæ Regem præficiunt Regno; interim dum puerulus Vladiſlaus, Eliſabetæ Reginæ filius adoleſcet. Regina cum filio ad Fridericum ſe recipit, velut ad filii tutorem. *Martin. Cromer.* Delphinus quorundam ſuaſu, à patre Rege ſeceſſionem facit: ſed conſpiratione ſedata redit breui in gratiam cum patre. Delphinatus ei regendus traditur. vrbs Charitatis recepta à Francis: alias tamen expugnant Angli. Carolus Aurelianenſis, ſoluta redemptione, redit ex Anglia, & accepta connubio Philippi Burgundionis filia, ſopitum diuturnum diſſidium eſt inter has duas familias. *Æmil. Annal. Franc. Tillius.* Alfonſo res Neapolitanæ feliciter ſuccedunt: Renato parum proſperè. Pontifex fœdere iam aperto iungitur Venetis, & Florentinis aduerſus Philippum Mediolanenſem. *Blondus*, Eugenio à ſecretis, finem hic imponit Hiſtoriæ. idem ſcribit *Sabellicus.* Excudendi ars illa, qua nunc vtuntur noſtri Typographi, apparuit hoc primum anno in Europa, in vrbe Argentinenſi, poſtea Moguntiæ, authore Ioanne Guittembergio. *Fulgoſ. libro octauo, capite vndecimo.* verùm *Platina* alium notat authorem, annumque inuentionis dat 1452. eiuſdem rei meminit *Genebrard. in Eugenio* 4.	18 Caroli 7. Victoris.
1441 Indict. 4	11 Eugenij 4.	21 Ioannis 7. Palæologi.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 2. Seneſcente iam bello Anglicano in Francia, aut leuibus tantùm prælijs certatur, aut in vrbibus recuperandis occupantur Franci. Hungaria inteſtino bello vexatur: qui ab Eliſabeta Regina ſtabant, prælijs premebant Vladiſlai milites, Turcæ Tranſſyluaniam & Hungariæ limites vexantes, repreſſi victoria inſigni à Ducibus Vladiſlai. *Martin. Cromer. Bonfin.*	19 Caroli 7. Victoris.
1442 Indict. 5.	12 Eugenij 4.	22 Ioãnis 7. Palæologi.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 3. Talbotus Anglorum Dux nominatiſſimus, Diepam obſidet: ſed adueniente Delphino obſidionem ſoluit. *Enguerr.* Renatus, amiſſa Neapoli, cogitur in Galliam redire. Alfonſus Arragonius Regni illius, quod reliquum erat, occupat. *Pandulph.* Eliſabetha Hungarię Regina menſe Septembri obiit, remanſitque integra adminiſtratio Regi Vladislao. Amuratus inteſtinis Hungariæ motibus excitatus; Belgradum (*Plinio* Taurunum eſt) obſidet; coactus tamen ab Hungaris ſeptimo menſe obſidionem ſoluere. *Bonfin. Martin. Cromer,*	20 Caroli 7. Victoris.
1443 Indict. 6.	13 Eugenij 4.	23 Ioãnis 7. Palæologi.	*Friderici* 3. *Regis Germaniæ ann.* 4. Pax conſtituta inter Eugeniũ Pontificem, & Alfonſum Arragonium, ea conditione, vt Pontifex Alfonſum diceret Regni Neapolitani Regem legitimum; & Alfonſus Marchiam Anconitanam occupatam à Sfortia, Eccleſię Romanæ reſtitui curaret. conditionibus ſteterũt ambo. *Pandulph.* Eugenius tandem Florentia Romam venit; magno à Romanis apparatu exceptus. indicit Lateranenſe Concilium. Dum Amuratus iterum armatur in Hungaros, Vladislai Regis exercitus, duce Huniade hoſti occurrens, vltra Danubium inſignem reportat victoriam, cæſis Turcacum 30 millibus: & bene vſus Dux præclarus victoria, in Macedoniæ finibus iterum ingenti clade hoſtem affecit. *Laonic. Martin. Cromer. Bonfin.* inclinatis ſic Turcarum rebus, Conſtantinus Græci Imperatoris frater, Peloponeſum recipit extructo iterum muro ad Iſthmum. *Laonic. libr.* 6.	21 Caroli 7. Victoris.
1444 Indict. 7.	14 Eugenij 4.	24 Ioannis 7. Palæologi.	*Friderici* 3. *Regis Germaniæ ann.* 5. Poſt pactas inducias decennales cum Turcis, Vladislaus Venetorum, Italorumque (hi Cruce armati in Amuratum conſcripſerant exercitum) precibus permotus, redintegrat bellum contra datam fidem, & 10 Septembr. in Bulgaria acie vincitur Rex à Turcis, cæſuſque eſt in acie, dum temere irruit in Ianiſſaros: Turcarum tamen maior cædes fuit, cæ-	22 Caroli 7. Victoris.

sis 30 millibus: & cùm periisset equitatus Turcicus in certamine, fugientes Christianos hostis persequi non potuit. *Martin. Cromer. & Histor. Hungar. Laonic. libro septimo.* Cùm pax inter Francum, & Anglum constitui non posset, nullis conditionibus repertis, quæ vtrique viderentur æquæ: inducię factæ protractæque in quinquennium. Ne miles bello assuetus grauis vrbibus foret, ad externum bellum cohortes destinãtur: in Mediomatrices itum rogatu Renati: tunc Margarita, Renati filia, Anglo Regi despondetur. *Æmil. Annal.* missus quoque in Heluetios exercitus, Imperatori eiusque fratri Sigismundo Austriæ Duci minus obtemperantes, & ad disturbanda Basileæ mœnia, vbi Cõcilium, diu ante inchoatum, Eugenio infestum, pertinaciter adhuc hærebat, *inquit Albertus Crant.* Cum hoc Sigismundo fraternum Delphino ius erat: habebant enim connubio sibi iunctas duas Scotiæ Regis filias. victi prope Basileam Heluetii, qui vrbem eam propugnare decreuerant: Proceres ex vrbe diffugiunt, dissipatum Concilium. *Paradin. in Amadeo capite tertio, Albertus Crant. lib. 11. capite trigesimo secundo.* Genuenses fœdus ineunt cum Alfonso Rege, durauit hæc pax ad quadriennium tantùm: *Pandulphus*, pacis huius conditiones descripsit. Ludouicus Gonzaga, Mantuanus Princeps, post Ioannis Francisci obitum, esse cœpit. *Leander.* Æneas Syluius delegatus ab Imperatore ad Eugenium, qui de tollendo Schismate ageret. in qua legatione Pontifici reconciliatus, Basileense Concilium sua sententia improbauit, & postea damnauit factus Pontifex. *Platin.*

1445 — Indict. 8 — 15 Eugenij 4. — 1 Constantini 12. Palæologi

Friderici 3. Regis Germaniæ ann. 6. Nauclerus, Onuph. & alii, hunc diem obiisse scribunt Ioannem Palæologum, quamuis dissentiat *Laonic.* Imperat Constantinus frater. duo reliqui fratres diuisa inter ipsos Peloponeso, Demetrius Lacedæmonem, alter Spartam tenuit. Post Vladislai Hungariæ & Poloniæ Regis obitum, Poloni Regem eligunt defuncti fratrem: is erat Casimirus Lituaniæ Dux. *Martin. Cromer.* Hungari verò Ladislaum, Alberti olim Regis filium quinquennem Regem dicunt, procuratore Regni dato Huniade Duce, bellicis artibus iam conspicuo. — 23 Caroli 7. Victoris.

1446 — Indict. 9. — 16 Eugenij 4. — 2 Constantini 12. Palæologi.

Friderici 3. Regis Germaniæ ann. 7. Iam à biennio Iacobus Rex huius nominis secundus cœperat in Scotia Regnum per se administrare, post molestam procuratorum Regni inter se dissensionem, & cædem Guillelmi Comitis Duglasii, qui anno 1439. ad castrum Edinburgense capite plexus est. *Leslæus in Iacob. 2.* Narrant *Laonic. libro septimo, & Marinus de gestis Castrioti*, inchoatum iam bellum Amurati in Georgium Castriotum, qui Scanderbergus dictus est; vt eum ex Albania, & Epiro exturbaret. hic Princeps, victis cum insigni gloria Turcis septies in Epiro Macedoniaque; & Huniades in Pannonia, Turcicam potentiam, ne in Europæos progrederetur, represserunt hoc seculo. In Anglia Humfredum Gloceſtrensem Ducem iam necatum narrat *Polydor. in Henrico 6.* erat Henrici 4 filius. — 24 Caroli 7. Victoris.

1447 — Indict. 10. — 1 Nicolai 5. — 3 Constantini 12. Palæologi.

Friderici 3. Regis German. an. 8. Ab hoc tantùm anno Poloni numerant Casimiri Regis annos, quo Cracouiæ coronatus est. *Martin. Cromer.* Eugenius, post auditos Germaniæ Legatos, qui Principum nomine ipsum verum Pontificem, reiecto Felice agnoscebant, diem clausit, Februarii 23. electus Romæ est 6 Martii à 17 Cardinalibus Thomas Lucanus, Bartholomæi Medici filius, Cardinalis Sanctæ Susannæ, dictus Nicolaus 5. hic sextum celebrauit Iubilæum. *Onuphrius.* Amadeus, dictus Felix, ad suam redit solitudinem. *Paradin. capite 3.* Interim dum Nicolaus, egregius Pontifex, studet pacem afferre rebus Italicis, vita excessit Philippus Mediolanensis Vicecomitum in hac familia vlti- — 25 Caroli 7. Victoris.

mus, sine liberis ex legitimo matrimonio natis. Mediolanenses, Alfonsum Arragonium, quod se diceret ex Testamento defuncti hæredem; & Carolum Ducem Aurelianensem, Valentinæ (quæ soror erat huius Philippi) filium, contendentes de successione repellunt: & Reipublicæ formam constituunt. *Platin. Sabel. Æmil. Donatus Bossius.* Amuratus, qui se in sectæ suæ Monasterium paulo ante abdiderat, nunc Scanderbergi, & Huniadis Ducis victoriis impulsus, Imperium filio datum resumit. *Laonic. lib. 7.*

1448 | 2 Nicolai 5. | 4 Constantini 12. Palæologi | Indict. 11.

Friderici 3. Regis German. ann. 9. In Scotia, Ducis Geldriæ filia Regi nubit. quo tempore, ruptis induciis inter Francum & Anglum, cœperunt Scoti ex fœdere Francico, incursione hostili vexare Anglos. *Leslæus in Iac. 2.* Angli in Gallia Filicerias Britanniæ Minoris oppidum occupant: Franci Pontemarcem (*le Pont de l'Arche*) *Enguerr.* arcem captæ vbis *describit Æmilius.* Franciscus Sfortia, qui connubio habebat iunctam sibi filiam Philippi Mediolanensis defuncti, suasu Venetorum, (quos ipse à Mediolanẽsibus stãs hoc ipso anno vicerat) & aliis artibus, quas improbãt Historici, se Mediolanensem Ducem pronuntiat, armisque vrbem inuadit. *Platin. Sabel. Donatus Bossius.* Amuratus triduo pugnans aduersus Huniadem, victus primo die, at tertio victor euasit: cæsis tamen Turcarum 34000. *Martin. Cromer. Chron. Hungar.*

26 Caroli 7. Victoris.

1449 | 3 Nicolai 5. | 5 Constantini 12. Palæologi. | Indict. 12.

Friderici 3. Regis German. ann. 10. In Sfortiæ potestatem venere hoc anno Mediolanensis ditionis ciuitates omnes, præter Mediolanum: cuius sic auctam potentiam veriti Veneti, rupto, quod cum illo habebant fœdere, prospicere rebus suis constituunt. *Platin. Sabel.* Huniades Turcas hoc anno fusos fugauit, dum Seruiæ Despotam rogatus periculo liberat. *Bonfin. Decad. 3. lib. 7.* Redintegrato Anglicano bello in Normannia, oppida à Francis recepta, Lexouii, (*Lisieux,*) Nongentum, & Vernolium. Comitiis in Scotia habitis, Leges vtiles latæ: Comites creati Rothesius, & Huntleus Gordonius. *Leslæus in Iacobo 2.*

27 Caroli 7. Victoris.

1450 | 4 Nicolai 5. | 6 Constantini 12. Palæologi | Indict. 13.

Friderici 3. Regis German. ann. 11. Post Falesiam, in Normannia, dimisso obside Talebotio Anglo, receptam à Francis, pugnatur 18 Aprilis inter Carentum, & Baiocas, (*Baieux,*) ad vicum Forminiacum, (*Fourigny.*) narrat *Æmilius* perpaucos Anglos euasisse, cæsos cæteros, captosque. *lege Enguerr.* haud magno negotio post hanc pugnam Normannia recepta vniuersa. Debellatum in hac Prouincia 12 Augusti. Mox à Francis itum in Aquitaniam: vbi ante exeuntem annum oppida & castella recepta non pauca, territo tam secundis Francorum rebus, hoste. Amuratus, repentino morbo correptus, extinguitur: imperat Turcis filius, dictus Mahumetus 2. hic cæsis fratribus regnat 30 circiter annis. *Laonic.* Sfortia, mense Februario, aut Martio, Mediolanum expugnat, Ducis nomine assumpto. Alfonsus Neapolitanus, & Veneti fœdere iunguntur in Sfortiam. tam inconstans beneuolentia est, cùm de Regnis agitur. *Platin. Sabel.* circa hæc tempora viuebant Pomponius Lætus, Ambrosius Calepinus, Rodolphus Agricola (qui obiit 1485.) Ioannes Turrecremata Cardinalis, Henricus Herpius, & Gennadius Scholarius, post Gregorium 3, electus Patriarcha à Græcis; sed capta à Turcis Constantinopoli, ipsoque anno captæ vrbis: *de qua postea.* titulum tamen Patriarchæ Bessarioni datum à Nicolao 5, retinuit idem Bessarion annis 20 à sua creatione.

28 Caroli 7. Victoris.

1451 | 5 Nicolai 5 | 7 Constantini 12. Palæologi. | Indict. 14.

Friderici 3. Regis German. ann. 12. Mense Iunio Burdigalenses in fidem Franci Regis veniunt, vna cum Flussatium Comite. Tunc omnis recepta Aquitania, præter Baionam, quæ tamen 21, Augusti deditionem fecit: conspecta cruce candida in cœlo, promptiores fuere obsessi, vt deposita cruce rubra, quod Anglis bellicum

29 Caroli 7. Victoris.

bellicum insigne erat, candidam sumerent. quod Franci militare signum præferebant. *Æmil. Enguerr.* in Italia pulsiè Veneta ditione Florentini, noui belli & periculosi initium fecerunt; qui Duce Cosmo Mediceo, copias cum Sfortia Mediolanensi iungentes, arma mouent in Venetos, & Alfonsum Regem. *Panduph. Platin.* Londinenses in Anglia in eos, qui apud Henricum plurimum poterant, impetum faciunt: post ea etiam, crescente audacia, vis in ipsum Regem intentata. sic Regum maiestas in aduersis rebus, vt quidam scripsit, vilior esse solet; in prosperis sanctior. Historiam *scribit Polydor. Vergil.*

Friderici 3. *Regis Germ. ann.* 13. *à Coronatione Rom. Imp.* 1. Mahumetus ad Constantinopolitanam obsidionem se parat, *Laonic. lib.* 7. rebus tamen prius pacatis & compositis cum Principe Caramaniæ, quam Pamphiliam & Ciliciam olim dicebant. *Laonic.* Fridericus exiguo comitatu in Italiam venit, & 18. Martii Romæ corona Imperiali donatur à Nicolao 5. & cùm Alfonsum Regem inuisisset, regreditur in Germaniam. *Platin. Naucler. Bonfin.* qui narrat nunc ab Imperatore, Ladislaum Regem redditum Hungaris, ad huc adolescentem. Burdigalenses deficiunt ad Anglos 30. Octob: admisso in vrbem Talbotio, qui 5000 Anglorum ducebat, & circumiecta pleraque oppida, absente Franco exercitu recepit. *Æmil.* nunc diem clausisse dicitur Amadeus (primus Sabaudiæ Dux, & aliquando Pontifex) dum filius Ludouicus Dux secundus adhuc superesset.

1452 | 6 Nicolai 5. | 8 Constantini 12. Paleologi. | 30 Caroli 7. Victoris. | Indict. 15.

Annt Hispaniæ Regum.

Ollabente nunc penitus Orientis Imperio, en tibi in Græcorum Imperatorum locum subrogatam deinceps Hispaniarum Regum seriem: ab hoc nempe captæ Constantinopolis anno, qui est Ioannis Regis Hispani an. 46. *Est quidem hæc rerum humanarũ solemnis iam & toties spectata vicissitudo: sed in præsentia, cum insigni Diuinæ prouidentiæ argumento coniuncta: vt quo tempore Christiani nominis hostis iuratus, in Christianos vehementius exardescit, eodem excresceret præter solitum, Catholici Regis Imperium & potentia, quâ sæpe feliciterque repressos Turcarum conatus Christianus Orbis lætus audiuit.*

1453 | 7 Nicolai 5. | 46 Ioannis 2. Hisp. | 31 Caroli 7. Victoris. | Indict. 1.

Friderici 3 *Regis German. ann.* 14. *à Coronatione Romana Imp.* 2. In Constantino nunc Imperatore Orientis cessat Græcorum Imperium. *vide annum* 330, quo nobilissimæ Vrbis Constantinopolis dedicatio facta est à Constantino primo. Ergo post tot annos Mahumetus Constantinopolim obsessam expugnat, idque 29. Maii: ibi Cæsar, (*inquit Æmilius,*) quoad fortuna non inuidit, egregiè pugnauit, nec inultus periit. Historiam *narrant Laonic & alij iam citandi:* at *Onuphrius, & Scaliger de Emendatione,* dant annum 1452. minus quidem recte, vt apparet. Incidit enim hic casus in 29. Maii, & Feriam 3. ita *Martinus Crusius in Historia Patriarchica Barbarogræca,* Μαΐῳ εἰκοστῇ ἐννάτῃ, ἡμέρα Τρίτῃ. *Laonicus lib* 8 Ἀρεως δ' ἤ νῆ μέρα. idem *Theodorus Zigomolas, & Gennadius Scholaris, lib. de Primatu,* notarunt. Iam verò dies 29 Maii, erat Feria 3. in anno 1453. non autem in anno 1452. adde quod idem *Crusius* det annum 1453. In eandem nobiscum sententiam iuerũt recentiores Scriptores: *Genebrard. Vignerius,* & plures alii. Florentini, & Mediolanenses Renatum Andiouinum vocant in subsidium; qui equitatu ad 2000, comitatus, amicè accurrit, reditque breui in Galliam, Italis de pace inter se constituenda & subsequuta, deliberantibus. *Pandul. Æmil. & Florentinæ Historiæ Scriptores.* Pergit *Polydorus in Henrico* 6. describere tumultum Anglicanum, & qua ratione finis Francici belli, initium fuerit in Anglia ciuilis dis-

cordiæ, quæ 29. annis acerbè Angliam exagitauit. Rex Castellæ à Mauris bello lacessitus, occupat Gibraltarum vrbem, ad fretum Gaditanum sitam: olim Heraclea dicta est, aut etiam Calpe, *ex Timosthene apud Strabonem. lege rei gestæ Historiam apud Stephanum Garineum.* Bessarion Cardinalis, nunc quidem Patriarcha Constantinopolitanus à Nicolao renuntiatur. Sed apud Græcos Gennadius Scholarius, sedem, vt dixi, Mahumeto permittente, tenet. Græcique deinceps ad nostra vsque tempora dant suos patriarchas. De horum potestate lege Genebtardū in Nicolao 5. Nicolaus Papa optimè de literis meritus, bonarum artium & linguarum peritos fouet: quales plerique nunc è Græcia captaque Constantinopoli in Italiam venere. *Platin. Volater. l. 22. Genebrard. in Nicolao*; qui artem Typographicam, nunc tantum putat inuentam. Mathæus Palmerius Florentinus Chronicon Hieronymi protraxit ad an. 1449. conuictus posteà de Hæresi, exustusque est. *Trithem. de Scriptoribus.*

1454 | 8 Nicolao 5. | 47 Ioannis 2. | Indict. 2.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 15. *à Coronatione Rom. Imper.* 3. Gallicarum rerum Scriptores in annum præcedentem reiiciunt receptam iterum à Franco Rege Burdigalam, & supremum cum Anglo prælium, quando ad Castellionem in Petrocoriis 13 Iulii, positis castris, occubuit Ioannes Talbotius vna cum filio: recepta facilè Castellio vrbs, sed Burdigala grauiores conditiones admittere coacta est. *Æmil. Tillius.* nihil Anglo reliquum fuit, præter Calitium. Burdigalæ, duæ sunt extructæ arces, firmis munitæ præsidiis: earum alteram euerti iussit Henricus 4. res in An. Anglia tragicas ad hunc annum inter Eboracensem, & Lancastrensem Comites *narrat Polydorus in Henrico* 6. Vita excedēs Ioānes 2. Castellæ Rex (*vt narrat Cartagena*) successorem habuit Henricum filium vnicum, & huius nominis 4. Epirotæ & Macedones armantur in Demetrium Peloponesi Principem (frater is erat Constantini Imperatoris occisi) quòd pacem cum Turcis constituisset. *Laonic.* Demetrius Turcas in auxilium vocat.

32 Caroli 7. Victoriæ.

1455 | 1 Calisti 3. | 1 Henrici 4. | Indict. 3.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 16. *à Coronatione Rom. Imp.* 4. Opera optimi Pontificis Nicolai 5. pax constituta in Italia in annos 25. ea Florentjnos, Mediolanenses, Venetos, & Alfonsum Regem complectebatur. Soli excluſi Genuenses. *Pandulph. Platin.* breui post hæc vita cessit Nicolaus 9. Kal. April. ei in Pontificatu substituitur Alfonsus Borgia Hispanus, Valentinus, Cardinalis S. S. quatuor Coronat. creatus Romæ 6. Idus. April. dictus Calistus 3. *Onuph.* Glascoense Gymnasium in Scotia erectum, sopito belli intestini incendio inter Huntlæum, & Crafurdeum Comites. *Lesleus.* Ioannes Argyropilus Constantinopolitanus venit hoc tempore in Italiam.

33 Caroli 7. Victoriæ.

1456 | 2 Calisti 3. | 2 Henrici 4. | Indict. 4.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 17. *à Coronatione Rom. Imp.* 5. Galliarum Delphinus Ludouicus iterum à patre secedens, quòd non satis in honore sibi apud patrem esse videretur, ille bello illato rebus omnibus spoliatur: & ad Philippum Burgundionem confugiens, ab eo aliquandiu prudenter custoditus est. *Tillius, Annal.* Mahumetus Belgradum, seu Albam Regalem obsidet: Hunniades vrbem propugnat, mox 6. Augusti acie pugnatur, victi Turcæ, cæsis 40 millibus. vix euasit Mahumetus, grauiter in oculo sauciatus. apparatus bellicus Turcarum totus in Hungari potestatem venit. *Chron. Hungar. Naucler. Laonic. lib.* 8. ob hanc victoriam Calistus Transfigurationis Dominicæ Festum instituit, sed eodem anno Hunniades, Dux re militari clarissimus, propugnaculum hoc seculo Christiani Orbis, & Turcarum terror, diem clausit 10. Septemb. Cassani, seu Vssancassani Regnum Armeniæ Principis. in Persida nunc primùm dicitur sumpsisse initium,

34 Caroli 7. Victoriæ.

quod obseruauit ad hunc annum *Vignerius in sua Bibliotheca*: meminit quoque *Genebrard*.

1457 Indict. 5.	3 Calisti 3.	3 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 18. *à Coronatione Rom.* 6. In Anglia Dux Eboracensis ciuili prælio exercitum Regis fudit. *Polydorus in Henrico* 6. erant ad Fanum Albani posita castra. Æneas Syluius iam Apologiam edit pro Romanæ Ecclesiæ autoritate contra Pragmaticam Sanctionem.	35 Caroli 7. Victoris.
1458 Indict. 6.	4 Calisti 3.	4 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 19. *à Coronatione Rom. Imp.* 7. Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex excessit vita. *Naucler. Æneas Syl. in sua Europa. Bonf.* Hussitarum dolo Regem extinctum plures scribunt, oblato veneno. Genuenses varie vexati, dant se in fidem Caroli Franci Regis: à quo missus Ioannes Renati filius, vrbem munit aduersus Alfonsi Regis aduentantem classem: interim Alfonsus mense Iunio diem claudit, cùm designasset successorem in Sardinia, Beleiricis, & Arragoniæ Siciliæque Regnis, Ioannem fratrem suum; qui iam Nauarræ Rex erat. *Tarafa.* in Regno vero Neapolitano (non relicto, sed virtute parto) Ferdinandum filium nothum. *Æmil. Pandulph. ad hunc annum.* vbi Alfonsi genus, & vitam describit, virosque literatos recenset plures; quos Rex iste literatus, magnisque animi & corporis dotibus nobilitatus, colebat. Calistus, cum edixisset Regnum Neapolitanum ad iura Ecclesiæ rediisse, carere q; hærede legitimo, breui fatis cessit, 8. Idus Augusti: substituitur Aeneas Syluius Picolhomineus, Episcopus Senensis, Cardinalis S. Eustathii, dictus Pius 2. hic pace cum Ferdinando constituta, Beneuentum, & Taracinam (quas vrbes Alfonsus tenuerat) recepit; restituta etiam Spoletana vrbe: & Ferdinando Regnum confirmauit Neapolitanum. *Pandulph.* defuncto Francisco Foscaro Duci Veneto nonagenario, substituitur Petrus Malperus, seu Maripetrus. *Contarin. Sabel.* Mahumetus Peloponesum negantem tributa solita subegit, expugnata Corintho. Athenas mœnibus & arce nudauit.	36 Caroli 7. Victoris.
1459 Indict. 7.	1 Pij 2.	5 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 20. *à Coronatione Rom. Imp.* 8. Post Ladislai obitum, in Bohemia quidem Rex successit Georgius Poggebruchius, decreto Papæ & Imperatoris: in Hungaria vero eligitur Rex Mathias Coruinus, Iunior Huniades, filius Senioris Huniadæ. *Naucler. Aeneas Syl. Bonfin. Histor. Hungar.* Mahumeti exercitus missus in Albaniam, profligatur à Scandebergo. *Laonic.* Pius Papa, habito Mantuæ conuentu, agit de armandis Christianis Orbis Principibus in Turcas; sed hæc consilia disturbarunt dissensiones natæ inter Principes in Europa, quas sacris armis antiquiores habuere: præsertim cùm Ioannes Andouinus, Renati filius, à Genuensibus & Francia, accepta classe; Regnum Neapolitanum ingressus, iamque Prætor Genuensis constitutus, molestum Ferdinando faceseret negotium. *Naucler. Platin. Albertus Crant. & Pandulph.* qui hic finem suæ imponit Historiæ. Ludouicus Sabaudiæ Ducis filius, Comes Genuensis, euocatus in Cyprũ, Reginam ducit vxorem, ex Lusignana familia Galliæ oriundam: breui tamen à Sultano Aegypti pulsus, obiit in patria, Regnum occupante Iacobo, Episcopo Nicosiano notho, qui se Sultani Beneficiarium constituit. post eius obitum Veneti Cyprum acceperunt. *lege Paradin. c. 5. in Amadeo* 2.	37 Caroli 7. Victoris.
1460 Indict. 8.	2 Pij 2.	6 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. an.* 21. *à Coronatione Rom. Imp.* 9. Recrudescunt seditiones in Anglia, Rex capitur ab Eboracensi Duce, decretumque à Senatu, vt Eboracensis, Regni esset Rector, Rege superstite: sed Henrico vita functo, Regni hæreditas obueniret Eboracensi familiæ. *Polydor. in Henrico* 6. Regina, magni animi mulier, collecto exercitu, hostes vincit duobus præliis. cæsus in acie, Eboracensis cum filio, alii conspiratores, supplicio affecti.	38 Caroli 7. Victoris.

Rex libertatem recuperat: fuperat Edoardus, Eboracenſis Ducis filius alius, qui nouo prælio victum Henricum fugat in Scotiam: vbi humaniter exceptus, Scoto Regi Beruicum omni iure poſſidendum tradidit. *Polydor. lib. 23. in fine.* Inter hæc, Iacobus II. Scotiæ Rex in obſidione Roxburgenſi extinctus: diadema Regni accepit filius Iacobus ſub hoc nomine III. *Leſleus.*

1461 Indict. 9. | 3 Pij 2. | 7 Henrici 4. | *Friderici III. Regis Germ. ann. 22. à Coronatione Rom. Imp.* 10. Carolus VII. Galliarum Rex, debellatis hoſtibus tam difficili bello, merito noncupatus Victor, deceſſit 22 Iulij: Ludouicus filius nominis huius XI, Rex ſalutatus, ſacratuſque eſt. Hic, exauthoratis veteranis militibus, Ordinumque ductoribus, mox etiam Magiſtratus, munerumque functiones nouis hominibus demandauit: omnemque, *inquit Æmilius*, vitam ſic ſibi reddidit ſolicitam, adde etiam moleſtiarum plenam. *Enguerr. Gaguin. Tillius.* Hic annus eſt, quo poſt victos pulſoſque, vt commemoraui, Henricum 6, & filium, coronarur 29 Iunii Edoardus huius nominis 4. in Anglia, *Polydor.* Ferdinandus Neapolitanus, opem ferente Scandebergo Albaniæ ad Epirum Principe, Regnum recuperat, deficientibus ab Andouiano Italis. *Iouius, Pontan. Hiſtor. Neap.* In Demetrio Conſtantini fratre capto, ſubiugata penitus Peloponeſo, familia Palæologorum in Græcia finem accepit. *Hiſtor. Turcogræca.* Mahumetus, ducta in Pontum & Trapezuntem expeditione, Dauidem Trapezunt. Imperatorem priuat Imperio: finemque Regnum illud in Prouinciam redactum accepit. *Laonic. lib. 9.* | 39 Caroli 7. Victoris.

1462 Indict. 10. | 4 Pij 2. | 8 Henrici 4. | *Friderici 3 Regis German. anns. 23. à Coronatione Roman. Imp.* 11. Amadeus Dux Sabaudiæ tertius, Ducatum nunc tenet. *Paradin. in Amadeo 3.* Arragonenſes Proceres in Regem ſuum Ioannem rebellant, quòd filium Regni hæredem durius tractaret, quam deceret. Chriſtophorus Maurus, Dux Venetus renuntiatur. *Sabel.* Laonicus Chalcondylas Athenienſis, Turcicæ Hiſtoriæ, quam libris 10 complexus eſt, hoc anno finem impoſuit. Ludouicus Galliarum Rex per Legatos ad Pium miſſos, obſeruantiam Romanæ Eccleſiæ debitam, & Pragmaticæ Sanctionis abrogationem pollicetur. *Mathias Palmer. Chron. not at tamen Guaguinus libr.* 10, Senatum Pariſienſem adduci non potuiſſe, vt hanc Sanctionem improbaret. *Genebrard. in Pio* II. Congreſſus inter Franciæ & Caſtellæ Reges ad fontem Rabiæ. *Philipp. Commin.* | 1 Ludouici XI.

1463 Indict. 11. | 5 Pij 2. | 9 Henrici 4. | *Friderici 3. Regis German. ann. 24. à Coronatione Rom. Imp.* 12. Ruſcinonenſis Comitatus, (*Roſſillon*) à Tarraconenſi oppigneratus Francis anno præcedente, magnarum poſtea moleſtiarum extitit origo. *Tillius* narrat *Commineus ſub initium lib.* 3. in congreſſu illo ſuperioris anni ad Fontem Rabiæ, Aprili menſe, Ludouicum nominatum arbitrum, pro Caſtellano dixiſſe ſententiam: quod Arragonios offendit: exortum inde bellum diuturnum. Veneti, Hungaris confœderati, bellum aduerſus Turcas ſuſcipiunt, ob vrbem Argos in Peloponeſo Venetis ereptam. *Sabel. Enne. 6. lib. 8. decad. 3.* | 2 Ludouici XI.

1464 Indict. 12. | 6 Pij 2. | 10 Henrici 4. | *Friderici 3. Regis German. an. 25. à Coronatione Rom. Imp.* 13. Conſpirant Galliarum proceres in Regem. ex his primi fuere Britanniæ Comes, Caroleſius Philippi Burgundionis filius, & Borbonius Dux. *vide an. 1461. & Commineum*, qui hinc inchoat ſuam Hiſtoriam. huic bello nomen inditum (*Bonum publicum*). Carolo Biturigum Duci, Regis fratri perſuaſerunt, vt belli Princeps eſſet. *Æmil. Enguerr.* Ludouicus Rex Sfortiam Mediolanenſem ſibi conciliat, data illi Genuenſi arce, quam tenuere Mediolanenſes ad annum vſque 1478. *Leander, & Appendix ad Palmerium.* Obiit nunc Coſmus Mediceus Florentinus, prudentia & au- | 3 Ludouici XI.

toritate, Princeps inter ciues habitus; filium reliquit Petrum Mediceum. *Michael Brutus.* Mathias Hungariæ Rex, extorta tandē ab Imperatore corona Hungarica, quam ille retinebat, coronatur Budæ post victorias aliquot reportatas contra Turcas. Pius Papa, dum Anconæ classem & expeditionem parat in Turcas, diem clausit 14 Augusti. Electus Romæ 3. Kal. Septemb. Petrus Barbus Venetus, Cardinalis S. Marci, dictus Paulus 2. *Onuph.*

1465. Indict. 13 | 1 Pauli 2. | 11 Henrici 4. | 4 Ludouici XI

Friderici 3. *Regis Germ. ann.* 26 *à Coronatione Rom. Imp.* 14. In Gallia dignitate & statu deiecti, sequuntur factionem illam boni publici; pugnatum ad montem Lethericum, pene dubio Marte. Adfuit Regi Galeacius Sfortiæ Mediolanensis filius: tandem pax constituta, dicta Confluentina. Rex quæ petebantur concessit facile, postea disiunctos aduersarios redacturus in ordinem. *Æmil. Tillius. Commin.* Alfonsus, Henrici Castellæ Regis frater, bellum Regi indicit, fretus ope Procerum Regni. *Palmerii Appendix.* vbi recensetur Scanderbergi Albanorum Ducis victoria, hoc anno reportata insignis contra Turcas.

1466 Indict. 14. | 2 Pauli 2. | 12 Henrici 4. | 5 Ludouici XI.

Friderici 3. *Regis German. anno* 27. *à Coronatione Roman. Imp.* 15. Pontifex Georgium Poggebrachium Bohemiæ Regem, ob hæresim Hussitarum, quam profitebatur, damnatum priuat Regno. *Palmerius. Genebrard.* Regnum dedit Mathiæ Regi Hungariæ. Ludouicus Galliæ Rex Normanniæ ciuitatibus libere potitur, pulso fratre, qui nuper Britanniæ Dux salutatus est. sic Rex, in serendis suspicionibus inter boni publici professores, commodoque suo captando occupatus, pacem Cōfluentinam parúm sancte dicitur coluisse. *Commin. Æmil.* Franciscus Sfortia Mediolanensium Dux, huius prosapiæ primus, moriens Ducatum filio reliquit Galeacio. *Donatus Bossius.* Florentiæ certatum de honoris prærogatiua, inter Petrum Mediceum, & Lucam Parisium. *Palmer.* Mathias Hungariæ Rex, rebellantes Transyluaniæ & Moldauiæ Proceres domat. *Bonfin.* Ad hunc annum consignatur mors Scanderbergi, Epirotarum seu Albaniæ Principis, merito inuicti, qui ex omni certamine victor & sine vulnere recessit: nunquam in expeditione plures habere voluit quam duo equitum millia, & 3000 peditum. Turcarum terror vocitatus. *autor eius Historiæ.*

1467 Indict. 15 | 3 Pauli 2. | 13 Henrici 4. | 6 Ludouici XI

Friderici 3. *Regis German. an.* 28 *à Coronatione Rom. Imp.* 16. Brugis diem clausit Philippus Burgundio Flandriæ Comes, magnorum bellorum spectator & autor, mense Iulio. *Marchant. in Philippo isto.* successorem habuit filium Carolum, Comitem Carolesium, qui Bellicosus dictus est. *Marchant. Commin.* Carolus Leodio in fidem & deditionem accepto, Gandauum, ad res componendas, nunc properauit. *Commin.*

1468 Indict. 1. | 4 Pauli 2. | 14 Henrici 4. | 7 Ludouici XI.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 29. *à Coronatione Rom. Imp.* 17. Rex Galliarum Peronam venit exiguo comitatu, ad colloquium cum Carolo Carolesio Burgundiæ Duce: vbi audita Eburonum & Leodii à Carolo defectione (quo Rex miserat suos Legatos) parúm abfuit, quin Rex à Carolo detineretur: tamen constituta pax: fratri Regis data Campania, & Bria: mox Leodium sub Nouemb. expugnatum à Carolo, & incensum est. *Commin. in fin. lib.* 3. Licet Tarraconensium causa poterat videri transacta arbitrorum arbitrio, *vti commemoraui anno* 1464. Renatus tamen Lotharingus Ioannem Andiouinum filium mittit in Arragoniam, ad auita illius Regni iura repetenda: qui post egregia ibi edita facinora, pestilentia exorta decessit. *Æmil. & Garineus.* interim Henricus Rex Castellæ, post certamen initum aduersus fratrem, ad pacem à Pontifice reuocatur. Mathias Hungariæ Rex Geor-

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Reg. Franc
			gium Bohemium sententia Ecclesiæ iam damnatum, acie vincit. *Bonfin. Albert. Crant.* Vssancassanus Armeniæ & Mesopotamiæ dominatur, Persas & Assyrios victos, iam penè omnino subiugat. *Bonfin. decad. 4. lib. 2. Palmer.* ad hunc ferè annum Enguerrandus Monstreletus, Historiam suam Gallicam, inchoatam vbi desijt Frossardus, produxit: post quem deinceps suam dedit Historiam Philippus Commineus.	
1469 Indict. 2.	5 Pauli 2	15 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 30. *à Coronatione Rom. Imp.* 18 Ludouicus Rex in Gallia Ordinem Equitum S. Michaelis instituit: ornari voluit equites, imagine Sancti huius Archangeli, cacodæmonem è cœlo deturbantis. *Aubertus Miræ cap.* 11. *Gagnin. lib.* 10. *Genebrard.* diuersoria equis cursorijs primus in Gallia voluit esse dispositа. Senatum Gratianopolitanum constituit. Diuionensem in Burgundia restituit. Literarum osor, vetuit filium Latine scire, præter illud vnum: qui nescit dissimulare, nescit regnare. *Aemil. Genebrard. narrat Nauclerus*, Fridericum, quod voti religione teneretur, Romam modico comitatu veniisse. Matthias, 3. Maii coronatur Bohemiæ Rex, Georgio Pragam confugiente: rediens in Hungariã, Georgii filiũ ducit captiuum. *Bonfin Naucler.* Ludouicus Rex, vt fratrem à Burgundione seiungeret, ademptis illi Campania & Bria Prouinciis, Aquitaniam dedit, & Rupellam. *Philipp. Commin.* In Anglia Varuicensis Comes; cuius beneficio Edoardus IV Regnum est consecutus, iam rerum conditione mutata, pugnat aduersus Edoardum: vincit primum, demũ vincitur, pelliturque in Franciam. *Polydor. in Edoard.* 4. Apud Scotos Dominus Hamiltonius sororem Regis vxorem ducit; dictus tunc Araniæ Comes. Hinc Hamiltoniorum familia deinceps propagata est. *Lesleus in Iacobo* 3. Laurentius & Iulianus filii & hæredes, Petro Mediceo nunc defuncto succedunt. *Bonfin.*	8 Ludouici XI.
1470 Indict. 3.	6 Pauli 2.	16 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis German. ann.* 31. *à Coronatione Rom. Imper.* 19. Mira arte geruntur res in Gallia, inter Principes quatuor; Regem Ludouicum, eius frattem Aquitaniæ Ducem, Burgundionem Flandriæ Ducem, & eiusdem fratrem Ducem Minoris Britanniæ. captæ hinc inde receptæque vrbes. Sed natus hoc anno Regi Delphinus, Ducum animos debilitauit. Rex Fano Quintini & Ambianis potitus, vrbes Burgundioni prius cedere coactus, paulatim recuperat. *Chron. Ludouici. Æmilius, Tillius.* vbique dolus ad alterum capiendum, *inquit Æmilius*: & vt cautior in iis artibus, ita & felicior Rex. Ioanni mortuo in bello Arragonico, Nicolaus filius successit, Lotharingiamque tenuit. *Richardus Vassebur.* viuebat adhuc Renatus. Edoardus 4 Angliæ Rex pellitur Regno à Comite Varuicensi; qui copiis à Gallia acceptis, Hẽricum libertati & Regno restituit. *Polydor. Commin.* Turcæ exercitum Vssancassani profligant, & Carmaniam subiugant. S. Antonius, Florent. Archiepis. huc vsque produxit Historiam.	9 Ludouici XI.
1471 Indict. 4	7 Pauli 2.	17 Henrici 4.	*Friderici* 3. *Regis Germã. ann.* 32. *à Coronatione Rõ Imper.* 20. Georgius Poggebrachius in Bohemia morbo extinguitur, in Hæresi pertinax. Bohemi eligunt, & coronant in Rege Vladislaum, Cazimiri Poloniæ Regis filium. Mathias, relictis copiis, quæ Bohemico bello protrahendo sufficerent, cogitur domi exorto bello ciuili, redire in Hungariam. *Martin. Cromer. Bonfin.* Edoardus, qui ex Anglia fugerat ad Burgundionem sororis virum, accepto clam à Burgundione auxilio, redit in Angliam 6 mense. hostes vincit; occiso Comite Varuicensi. captus iterum Henricus: breuique postea occisus. *Polydorus, Philippus Commin.* quanta rerum humanarum, & magnarum opum in-	10 Ludouici XI

constantia? Henricus VI nuper gemino sceptro conspicuus, nunc paterno etiam diademate à suis priuatus, miserando casu perit in carcere. Christophoro Mauro Duci Veneto defuncto, suffectus est Nicolaus Tronus. accessit obitus Pauli Pontificis, *apud Onuphrium*, 8 Kalend. Augusti: electus Romæ 5 Idus Augusti Franciscus de Ruuere Franciscanus, Sauonensis, Ligur, Cardinalis Sanct. Petri ad Vincula, dictus Sixtus IV. huc vsque de Vitis Pontificum *Platina* scripsit. Veneti & Rhodij, Vssancassano aduersus Turcam communem hostem auxilium pollicentur, & classem adornant, quæ in Cyprum peruenit. *Sabel.* in Henrico IV Castellæ Rege, *Rodericus Sanctius* finit Historiam. Huius Henrici soror Elisabetha, nubit Ferdinando Arragonij Regis filio, qui dictus Catholicus est; & Castellæ Rex euadet iure vxoris post mortem Henrici. *Antonius Nebricens.* res gestas scripsit. De Izabella altera (hanc Ioannã aliqui vocant) quæ putabatur Henrici filia supposititia, *lege Franciscum Tarafam in Henrico IV.* Hæc quidem connubio iuncta fuit filio Lusitani Regis: vnde nata posteà bella aduersus Ferdinandum de Castellæ Regno. *Michael Ritius in fine suæ Historiæ.*

Friderici 3. *Regis German. ann.* 33. *à Coronatione Roman. Imperat.* 21. in Gallijs Rex, fratre nunc vita functo, recipit Aquitaniam: res componit pace constituta cum Duce Britanniæ. interim Burgundio vrbes expugnabat: sed ingruens hyems attulit inducias. *Philipp. Commin.* Sophronius Patriarcha Constantinopol. defunctus successorem habuit Simeonem. Iungunt se Veneti Ferdinando Neapolitano contra Turcas. *Palmerius.* Guinea 12 gradibus ab Æquatore semota Regio, in ora Africæ, ad mare Atlanticum, nunc à Lusitanis inuenta. *Osorius.*

Christi.	Pont.	Imp	Reg. Franc.
1472 Indict. 5.	1 Sixti 4.	18 Henrici 4	11 Ludouici 11.
1473 Indict. 6.	2 Sixti 4	19 Henrici 4	12 Ludouici 11.
1474 Indict. 7.	3 Sixti 4.	20 Henrici 4	13 Ludouici 11.

Friderici 3. *Regis German. an.* 34. *à Coronatione Rom. Imp.* 22. Certatur inter Francos & Arragonios de Perpiniano: (Ruscinonem veteres dixerunt:) arcem propugnant, & retinent Galli. *Anton. Nebricen. Lucius Marineus.* reliquum Regni occupat Arragonius. Post obitum (qui nunc contigit) Nicolai Ducis Lotharingiæ, nullis relictis liberis: Renati, (qui Regnum Siciliæ iure & armis petebat,) filia, hæres fuit, & vidua Vallemontani Comitis defuncti. ex quibus natus filius Renatus Lotharingiæ Principatum tenuit: vnde prognati, qui subsequuti sunt, Illustrissimæ familiæ Principes Lotharingi. *Richardus Vassebergen.* Obiit Dux Venetus Nicolaus Tronus: subrogatur Nicolaus Marcellus. *Sabel.* Mahumetus, expeditione ducta contra Vssancassanum, transmissoque Euphrate, Persarum 10000 occidit: magnis Persidi illatis detrimentis. *Ioan. Maria. Angi.* Sanctus Franciscus de Paula Calaber, initium dat Ordini Minimorum. confirmat Institutum Sextus IV. *Onuphrius & Genebrard.* Platina, antea coniectus in carcerem à Paulo II, nunc Vitas Pontificum dicat Sixto IV.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 35. *à Coronatione Rom. Imp.* 23. Burgundioni occupato in Geldriæ Ducatu recipiendo, Rex Galliæ tum Renatum Lotharingum, tum Helvetios nouos aduersarios parat, bellumque molestum. *Philipp. Commin.* Ad hunc annum consignatur obitus Iacobi nothi Cypri Regis. Filium habuit Posthumum, qui dictus est Iacobus 3, quique postea Venetorũ fauore Regnum tenuit. Petrus Mocenigus Dux Venetus electus post obitum Marcelli Ducis. *Sabel.* mortalitatem reliquit Henricus IV, Castellæ Rex, 11 Decemb. iam fratri Elisabethæ reconciliatus. *Nebricen. Lucius Marineus, Guicciardinus.* vult tamen *Guarineus*, Regem Testamentum pro filia condidisse, *de qua ann.* 1471. Bellum inter Hungaros & Polonos recrudescens, induciis

tandem pactis ſedatur *Bonfin. Martin. Cromer.* in Moldauia ingentem Turcarum cladem & occiſorum numerum *narant Bonfin. Palmer. & Martin. Cromer. lib.* 18. pulſo Simeone Patriarcha Conſtantinopolitano, Mahumetus accepta pecunia alium ſubſtituit. *Hiſtor. Turcogræca.* nec vlterius nos horum Patriarcharum Catalogum producimus: numerantur vſque ad ann. 1500, tres alii, Maximus, Niphon, & paſchomus. Galli Perpinianum nunc recuperant. *Nebricen.*

1475 | 4 Sixti 4. | 1 Ferdinãdi 5. eius nominis 2 Arragoniæ Regis | *Friderici* 3. *Regis German. ann.* 36. *à Coronatione Rom. Imp.* 24. Ludouicus Rex, exeunte induciarum die vltimo, cum Burgundione Flandro initarum; vnum exercitum immittit in Picardiam, alterum in Burgundiam. recuſabat Burgundio induciarum prorogationem, ſpe Anglici exercitus. Sed cum traieciſſet exercitus ex Anglia in Galliam, Rex Galliarum captata occaſione venit in colloquium cum Eduardo Anglo: inducię pactæ in 9 annos filiaque Edoardi deſponſata Delphino: quibus auditis Burgundio, 9 annorum inducias cum Ludouico ſuo nomine firmans, ducit exercitum in Lotharingiam, & ferè totam occupat. *Philipp. Commin. Naucler. Tillius.* Mediolani Ioannes Galeacius puer ſub tutela matris Dux renuntiatur, patre Galeacio à ſuis infeliciter occiſo. *Palmer.* Exortum bellum inter Ferdinandum, & Luſitanos: agitur de Regno Caſtellæ. Luſitanis aderant Marchio Villenatium, & Franci, qui in Comitatu Ruſcinonenſi erant. *Nebricen. lib.* 3. *vide anno* 1471. *&* 1474. *notat Paradinus*, hoc anno obiiſſe Amadeum Sabaudiæ tertium Ducem, & ſucceſſiſſe patri Philibertum, cum annum ageret ætatis 14. *narrat idem author*, bellum inter eum & Heluetios geſtum. Sixtus Iubilæum ad 25 annos reducit: & hoc ipſo anno Romæ celebratur. *Onuphrius, Genebrard. vide Extrauag. Quemadmodum. de Pœnitent. & remiſſ.* 6. | 14 Ludouici 11.

1476 | 5 Sixti IV. | 2 Ferdinãdi 5. | *Friderici* 3. *Regis German. ann.* 37. *à Coronatione Rom. Imper.* 25. Burgundiæ Dux, occupata iam tota Lotharingia, Heluetios inuadit: & bis victus, magnam in ſecundo conflictu (cui præerat Dux Lotharingus) cladẽ accepit, 22 Iunii. Lotharingus properè ad ſua reuerſus, facili negotio Lotharingiam recipit, *Phil. Cõ. & alij ſupra citati.* In Hiſpania Ferdinãdus Luſitanos acie vincit, Martii 1. hæc victoria, vna cũ Summi Pontificis Diplomate, Ferdinando attulit pacatum Caſtellæ Regnũ; communi illius & Elizabethæ vxoris nomine deinceps adminiſtratum. *Anton. Nebricen.* In Cypro obiit Iacobus puer, & quamuis ſcribant aliqui, Teſtamento Carlottæ, quæ iure Regina dicebatur, ius Regni datum eſſe Sabaudiæ Duci: tamen poſſeſſio Cypri deinceps Venetorum fuit: & quidem nomine Catharinæ Reginæ vſque ad annum 1485. poſtea verò nomine Reipublicæ per annos 90. velut iure iam quæſito, iis, quos illa Reſpublica profert, titulis. Hoc anno Andreas Vendraminus Dux Venetus nominatur, mortuo Mocenigo. *Sabel.* | 15 Ludouici 12.

1477 | 6 Sixti 4. | 3 Ferdinãdi 5. | *Friderici* 3. *Regis German. an.* 38. *à Coronatione Roman. Imp.* 26. Burgundio, nouo collecto exercitu, Mancium obſidet: qua vrbe expugnata, continens Imperium ab Oceano ad Lugdunenſem agrum habiturus erat. Renatus copijs Germanorum & Heluetiorum auctus, affuit. poſtridie Idus Ianuarij copiæ Burgundionis fuſæ. occiſus ipſe Burgundionum Dux vltimus: filia vnica Maria in tantas opes ſucceſſura, poſteà nupſit Friderici Imperatoris filio Maximiliano: tota Burgundia certis conditionibus Regi Ludouico deditionẽ fecit: in Belgas profectus Rex eſt: in cuius fidem rediere Quintiani, Deſideriani, Perona, Abeuilla, Monſtrolium, & Philippus Creperecors (vulgò *Creuecœur*) qui Atrebates tuebatur, Regis voluntati paruit, quod hi fines perſpicuo iure, *inquit* | 16 Ludouici 12.

Indict. 8. | Indict. 9. | Indict. 10.

Aemilius, morte Ducis ad Regem redibant. Creperecorde ad Regem transeunte, recepta etiam Bononia. Sic sanè vnico pene momento, vna ex potentissimis Europæ Dinastijs Burgundiana, in vnica Maria, multis nudata Prouincijs, ægrè se tuebatur. *Philippus Commin. Aemil. Tillius. Gaguin. lib.* 10. nunc cœpisse putatur Moscouitici Principis, excusso Tartarorum iugo, illud incrementum, ex quo se Magnum Moscouiæ Ducem scribebat. *Martin. Cromer. libro 29 de reb. Polon.* Vssancassanus Persarum Rex, Georgianorum Principem reddit Beneficiarium suum. *Ioan. Maria Angi* Angelus Cattus Neapolitanus, Astrologus & diuinator, qui Burgundionem paulò ante reliquit, Ludouico Regi sese offert.

1478 | 7 Sixti IV. | 4 Ferdinandi 5. | 17 Ludouici 11.
Indict. 11

Friderici 3. *Regis German. ann.* 39. *à Coronatione Rom. Imper.* 27. Arausiensis Princeps, cum promissa à Rege Ludouico non præstarentur, deficit ad hostes, inde turbatur Burgundia Citerior, & Dolanus Comitatus rebellat. *Æmil. Tillius.* Florentiæ, occiso à conspiratoribus Iuliano Mediceo, Laurentius eius frater ægrè euasit. *lege hanc Historiam apud Philipp. Commin. & Onuph.* Ludouicus Rex cum Florentinis, Venetis, & Mediolanensibus amicitiam fœdusque init. *Palmerius. Commin.* Veneti Ioannem Mocenigum Ducem creant, post Andream Vendraminum. *Sabel.* Ludouico Gonzagæ Mantuano Marchioni, succedit Fridericus filius. *Palmerius.* Vssancassanus Persarum Rex vita excessit. ex quatuor filiis, tandem Regnum tenuit Iacobus Datissa *Ioan. Maria Angin.* Prorogatur in dies Turcarum Imperium in Europæos, dum Christiani Principes inter se dissident. Longa satis inter Parochos, & Instituti Mendicantium Professores contentio sedata. *Extraug. de Treuga & pace c.* 2. *edita à Sixto. vide an.* 1321.

1479 | 8 Sixti IV | 5 Ferdinandi 5. | 18 Ludouici 11.
Indict. 12.

Friderici 3. *Regis Germ. an.* 40. *à Coronatione Rom. Imp.* 28. Heluetii nunc primum, consensu gentis, à Galliarum Rege stipendium accipiunt. sublatus Ordo Sagittariorum Francorum, quos Carolus VII. instituerat. *Naucler. in Chron. Genebrard.* Exeunte Induciarum die cum Flandria, Rex Galliæ in Morinis cum Maximiliano Austriæ Duce conflixit: Francorum peditum cædes edita: locum certaminis tenuit Maximilianus victor, *inquit Aemilius.*: pacem ab hac die expetiuit Ludouicus. *Philipp. Commin.* Florentini victi à Neapolitani Regis exercitu, ad pacis conditiones authore Laurentio Mediceo pertrahuntur. *Onuph. Sabel. Palmer.* Excepit hic annus obitum Ioannis Regis Arragoniæ, qui in ordine regum 24 est: Ferdinandus filius (*de quo ad annum.* 1474.) Regna, Arragonicum, & Castellanum, iam iure optimo vnita capessit, magnus Princeps, verè Catholicus dictus, & qui Hispanias Maurico domínatu prælatè liberabit. *Francis. Taraf. Steph. Garineus, & alij.* Eleonora, filia huius Ioannis Regis, matre Blancha Nauarræa) post obitum Gastonis mariti, Flussatium Comitis, Regnum Nauarræ retinere conatur. *lege Garineum l.* 18. *&* 28. pax constituta inter Polonum, & Hungarũ Reges, quâ datis aliquot Prouinciis Matthiæ, Vladislaus Bohemiam, & Electoris nomen retinuit: quæ tamen obuenirent Matthiæ, si Vladislao superstes maneret. Mathias statim ingentem Turcarum exercitũ, vastãtem Transyluaniæ Prouincias, strenuè profligauit. *Bõfin, decad.* 4. *l.* 6. Turca à 21 Iunii, vsque ad 17 Augusti, Rhodũ maximo apparatu conatuque obsidẽs, coactus est obsidionem soluere, cum eximia Equitum propugnatium laude: *Sabel. Bonfin.* hanc obsidionis Historiã *habet Ferronus Burdigalensis lib.* 6. *initio.* Ioannes Moscorum Princeps, subiugatis Russorum finitimis Principibus, Nouogradum Septentrionis celeberrimum Emporium Polonis extorsit, magnis inde opibus ditatus. *Cromer. lib.* 29. *de reb. Polõ.* Alexander Albaniæ Dux, Scotiæ Regis frater, è carcere fugit in Gal-

liam; vbi filiam Bononiæ Comitis accepit vxorem. *Leslæus.*

1480 | 9 Sixti 4 | 6 Ferdinãdi 5. | 19 Ludouici 11.
Indict. 13.

Friderici 3. *Regis German. ann.* 41. *à Coronatione Rom. Imp.* 29. Aucta Venetorum potentia, Italis formidolosa esse cœpit: quæ magna occasio fuit noui fœderis in 25 annos, inter reliquos Italiæ Principes: cui fœderi subscribunt Ferdinandus Neapol. Florentini, & Ioannes Galeacius Dux Mediolanensis. *Guicciardin.* Turcæ pulsi Rhodo, Hydruntum (Otranto) Calabriæ oppidum ad mare Ionium expugnant: trepidatum in Italia, & merito: sed Mahumeti morte, & Mathiæ Hungari ope effectum, vt inde pellerentur Turcæ *Sabel. Bonfin. Iouius. Fontanus.* Alfonsus Rex Lusitaniæ, pace constituta cum Rege Hispaniæ, diem clausit: regnat Ioannes, filius huius nominis 2. & in serie Regnum 13. obiit Eleonora, *de qua* 1479. superstite nepote Francisco Phœbo, qui Nauarram, velut hæres Regni legitimus petebat: quo pupillo apud Pretianos (*Bear*) absente, magnæ sunt excitatæ contentiones, ereptæque pupillo ciuitates. viuebant nunc Philippus Beroaldus, Alexander ab Alexandro, Marcilius Ficinus, Hermolaus Barbarus, Picus Mirandulanus, Baptista Fulgosius, Sabellicus, Gabriel Biel, Gaguinus, & Angelus, author Summæ Angelicæ.

1481 | 10 Sixti 4. | 7 Ferdinandi 5. | 20 Ludouici 11.
Indict. 14.

Friderici. 3. *Regis German. an.* 42. *a Coronatione Rom. Imper.* 30. Mahumetus, Turcarum Imperator huius nominis 2, moritur in Asia, mense Maio, apud Nicomediam, dictus apud suos Magnus: Baiazetus filius, natu minor, suffragiis plurium tenuit Imperium, victo pulsoque fratre in Ægyptum. *Naucler. Bonfin. Onuph. Paulus Iouius.* Ludouicus Sfortia tutelã primum nepotis Galeacij Ducis, deinde dominatum Mediolanensem occupat. *Philip. Commin.* hic Palmerius suæ ad Palmerinum Appendici finem imponit. Diem claudit Renatus Andium & Prouinciæ Comes, nũcupatus Rex Siciliæ, Neapol. Ierosol. & Arragoniæ: in nepotem Ludouicum Galliæ Regem transfert ius Regni Siculi, & in Carolum fratrem prouinciæ iura omnia. *Habet Aemilius sub finem,* Prouinciam suprema Renati Senioris voluntate ad Regem peruenisse, multa Iunioris Renati expostulatione. sanè Andiensium Ducum gentili stemmate deficiente, Francorum opibus accessit Prouincia: & ab eo tempore Regibus Franciæ permansit integra. In Scotia Ioannes Marriæ Comes, frater Regis, Maiestatis damnatus occiditur. *Leslæus.* In Gothia Christianus hoc nomine I. Daniæ Rex. post quem regnant Ioannes, (qui obiit an. 1513) & Christianus 2. qui aufugit an. 1523.

1482 | 11 Sixti 4 | 8 Ferdinãdi 5. | 21 Ludouici 11.
Indict. 15

Friderici 3. *Regis German. ann.* 43. *à Coronatione Rom. Imp.* 31. Maria Maximiliani vxor, Flandriæ ex patre Burgundione hæres, lapsa equo in venatione obiit 27. Martij, relictis liberis Philippo & Margarita. Philippus apud Gandauenses educatur. Margarita postea nupsit Regi Galliæ Carolo VIII. *Philippus Commin.* Doti Margaritę asscribuntur Attrebates, & Comitatus Burgundiæ *Aemil. Tillius, Annal.* In Italia pax versa in bellum. Veneti, quibus fauebat Pontifex, Ferrariæ Ducem armis petebant, ob loca aliquot iniustè, vt dicebant, occupata. Ferrarienses, Ferdinandi Neapolitani Regis gener, suis socerique armis hostes, sed ægre admodum repellebat. *Naucler. Onuph. Iouius.* Dux Albaniæ, *de quod ad an.* 1479, Anglo Regi se iungens, acceptis 40 hominum millibus, Scotiam inuadit: interea dum Rex Cochranei, & infimæ notæ hominum consiliis regitur, à proceribus regni in custodiam datur: pacèque cum Anglis constituta, Dux Albaniæ Regni curam accepit: sed Angli contra datam fidem Berwicum expugnant 23. Augusti. *Leslæus.* Hic annus initium dedit bello Maurico inter Ferdinandum Hispaniæ iam Regem, & Regem Granatensem. *Anton. Nebricen.* Granatensibus Mauris eo tem-

pore Rex præfuit Haly Habenhazen.

1483 | 12 Sixti 4. | 9 Ferdinãdi 5. | 12 Ludouici 11.

Friderici 3. *Regis German. an.* 44. *à Coronatione Roman. Imp.* 32. Ludouicus Galliæ Rex decessit 30 Augusti, in suburbanis Turonum hortis. A hemense simpulum afferri iussit, sed iam animã agenti allatum. Successit patri Carolus VIII. annum agens 13, Ambasiæ educatus. obiit Farnciscus Phœbus Regni Nauarræ hæres: à quo ad Catharinam sororem ius omne deuolutum est: cui tamen Bellmontianæ familiæ Proceres negotiũ facessebãt. *Steph. Garine.* Veneti à Pontifice iussi cessare à bello, pergunt tamen, pugnant, & cęduntur. *Sabel.* Regis Granatensis filius capitur ab Hispanis. *Anton. Nebricen. qui narrat* Canarias nunc occupatas ab iisdem. Edoardus IV. diem clausit 9 Aprilis. Richardus Cloceſtriæ Dux, frater huius Edoardi; Edoardi quarti filios occidi fecit 24 Maii; regnatque bienniũ tyrãnice. *Polid. Vergil.*

1484 | 13 Sixti. IV. | 10 Ferdinãdi 5. | 1 Caroli 8.

Friderici 3. *Regis German. an.* 45. *à Coronatione Roman. Imper.* 33. Cõstitutum in Gallia, ne Regni vllus esset Rector, sed Regis pueri tutela, sorori Annæ crederetur. Dissidium inde natum, indignante Aurelianensi Duce. *Philipp. Commin. Aemil.* Granatensis exercitus 6 Ianuarij ab Hispano profligatur, captaque vrbs Alora, olim Illuro nuncupata. *Anton. Nebricen.* Nauarræ Regnum incipit sensim occupari à Ferdinando Hispaniæ Rege, locatis per aliquot oppida præsidiis. Lusitani Æthiopiæ Regionem vltra Æquatorem (Regnum Congo nominant) hoc anno inuenerunt. *Osorius.* vita excessit Sixtus IV. die 12 Augusti: creatur Pontifex Innocentius VIII. eiusdem mensis 29. Genuensis Ligur, ante vocatus Ioannes Baptista Cybo, Cardinalis Sancti Laurẽtii in Lucina. *Onuph. Genebrard.*

1485 | 1 Innocentij 8. | 11 Ferdinãdi 5. | 2 Caroli 8.

Friderici 3. *Regis German. an.* 46. *à Coronatione Roman. Imper.* 34. Aurelianensis, ob non creditam sibi curam Regni, ægrè repulsam ferens, bellum meditatur: eo consilio Aureliam ipsum aduentantem ciues mœnibus excludunt. *vt narrant Æmil. Tillius, & alij.* hic tumultus insana militia dicta est, (*la folle guerre.*) In Anglia Richardus 3 crudelitate suis exosus esse cœperat. Henricus Richemondiæ Comes, qui iamdiu in Britannia Minore exulabat, collecto exercitu in Insulam transmisit, & Richardum sub signis occurrentem prælio vicit, interemit, Regnoque potitus est, dictus Henricus VII. *Polydor. Commin. Aemil.* conflictus iucidit in 22. Augusti. Marcus Barbaricus creatur Dux Venetus, post obitum Ioannis Mocenigi. *Sabell. scribit Bonfinius* expugnatam primo Iunii Viennam à Mathia Hungaro Rege, frustra renitẽte Friderico Imperatore. Stephanus Moldauiæ regulus, iusiurandum Casimiro Poloniæ Regi solemni ritu dedit, se cum vniuersa Moldauia in fide deinceps & clientela Casimiri & successorum eius Regum Poloniæ futurum.

1486 | 2 Innocentij 8. | 12 Ferdinandi 5. | 3 Caroli 8.

Friderici 3. *Regis German. an.* 47. *à Coronatione Roman. Imper.* 35. Maximilianus, volente patre Friderico & consensu Electorum, renuntiatur Rex Romanorum: cõronatus Aquisgrani 10. April. *Naucler. & alij.* Henricus VII. Angliæ Rex, extinguendi odii causa inter duas familias, Elizabetham Edoardi Regis filiam ducit vxorem *Polidor. Philipp. Commin.* sic nempe 29 annorum dissidium inter Eboracensem & Lanclastricam familias extinctum: quibus diuersi coloris Rosæ; Alba, & Rubra erant Insignia. *Polid. lib. 16. in fine.* Granatensis Regis filius, exorta seditione, fugit ad Ferdinandum Hispaniæ Regem. *Nebricen.*

1487 | 3 Innocentij 8. | 13 Ferdinãdi 5. | 4 Caroli 8.

Friderici 3. *Regis German. an.* 48. *à Coronatione Roman. Imper.* 36. Hoc anno Lusitani penetrârunt magis in Æthiopiam, vbi tunc Imperator fuisse narratur Alexander quidam, & vbi Principes se à Salomone progenitos iactitant, matre Sabæ Regina. *Damianus*

Goes. Ioannes Lascaris, ex Imperatoria Lascarinorũ familia originem ducens, missus est à Laurentio Mediceo in Græciam ad Baiazetum Turcarum Dominum; vt conquisitis libris optimis, Florentinam Bibliothecam hoc nouo Thesauro ditaret. florebãt quoque Angelus Politianus, Polydor. Vergil. Raphael Volateranus, Ioannes Maior, Baptista Mantuanus Poeta, Nauclerus, & Trithemius Abbas Benedictinus.

1488 | 4 Innocẽtij 8 | 14 Ferdinãdo 5. | Indict. 6

Friderici 3. *Regis German. an.* 49. *à Coronatione Rom. Imper.* 37. Pax inter Maximilianum & Flandros constituta. *Albert. Crant. lib.* 13. *c.* 12. *Chron. Saxon.* de Maximiliani detentione Brugensi, & bello *lege Marchant. in Maria Valesia.* Eodem anno res compositæ inter Fridericum Imperatorẽ, & Mathiam Hungariæ Regem. *Bonfin.* in Gallia expulsi Proceres à Britanniæ Duce, Carolũ Regem fautorem habuêre: vtrinque collectus exercitus: pugnatum in Britannia ad Fanum Albani, (S. *Aulbin*;) sub Tremolio Regis Præfecto, 5 Kalend. Augusti: victi Britanni: capti Dux Aurelianensis, & princeps Arausiensis. obiit Britanniæ Dux Idibus Decembris: Anna Ducis filia, hæres Britanniæ relicta. *Annal. Tillius, & Aemilius,* qui hic finem suæ Historiæ imponit, quam prosequitur *Ferronus Burdigalensis.* Genuenses coguntur se subdere Duci Mediolanensi: stetitque hic dominatus vsque ad annũ 1499. *Appendix ad Palmerium.* Iacobus 3. Scotiæ Rex à conspiratoribus occisus est, post pugnam ad Banokburnum apud Striuilingum: tamẽ in acie occubuisse volunt *P. Iouius, & Philipp. Commin. vide Leslæũ, & alios Scotiæ Historicos:* regnauit postea Iacobus IV. Innocentius ædificandi studiosus, villam Beluidere Pontificum vsui extruxit: liberos habuit, sed antequam Sacris initiaretur.

5 Caroli 8.

1489 | 5 Innocentij 8. | 15 Ferdinandi 5. | Indict. 7.

Friderici 3. *Regis Germaniæ. an.* 50. *à Coronatione Rom. Imp.* 38. Rex Galliæ, Margaritâ Maximiliani filia repudiata, Annam Britanniæ hæredem vxorem duxit, quæ per legatum iam fuerat Maximiliano desponsata: hinc excitato bello, Maximilianus Picardiã inuadit. *Ferron. Annales. Tillius, Philip. Cõmin.* Veneti Cyprum occupant, eamque Insulam tenuerunt deinceps donec à Turcis indè pellerentur. *narrant Bonfin. & alij,* Florentissimum nunc fuisse Hungariæ Regnum sub Mathia Rege, & ab eo nobilem instructam Budæ Bibliothecam, ex qua Polybii & Diodori fragmenta prodiisse dicuntur. Ioannes Standon fundat Lutetiæ Collegium Montis Acuti, vulgò Capetarum. *Genebrard.* scribunt aliqui Innocentium nunc Pontificem peremisisse Noruegis, vt posset Missa celebrari absque vino, seu, vt loquuntur Theologi; sub vna tantùm specie. suspecta omnino Historia hæc est, quam ex solo *Volaterano lib.* 7. *Geographiæ c. de Saxon.* accepit *Onuph. Chrõ.* 1490. præsertim cùm *Volateranus* secum pugnet, dum ait, sine vino permissum Calicem sacrificare. demum, est grauiorum Theologorum sententia, vtramque materiam debere ex diuino præcepto adesse, nec posse in eo dispensare Pontificem. Philiberto Duci Sabaudiæ successit Dux Carolus ordine quintus. *Paradin.* frater is erat Philiberti. Casimirus Poloniæ rex (Ioanne Alberto filio copiarum ductore) vinginti quinque Tartarorum millia, qui in Poloniam prædabundi excurrerant ad Saioranum cecidit. Et odem anno Sub hyemem in Russia nouem Tartarorum millia deleta sunt.

6 Caroli 8.

1490 | 6 Innocen. tij 8. | 16 Ferdinãdi 5. | Indict. 8.

Friderici 3. *Regis Germ. an.* 51. *à Coronatione Roman. Imper.* 39. A. Maximiliani militibus Attrebates capti, parumque abfuit, quin Ambianos expugnarent: tandem anno 1492, Maximilianus, recepto vnà cum filia Attrebatum Comitatu, pacem admisit cum Rege Galliæ. *Tillius Ferron.* Mathias Hungariæ Rex Viennæ in Austria

7 Caroli 8.

Austria vita cessit 5 April. Rex electus Vladislaus Bohemiæ Rex, Casimiri Regis Poloniæ filius, natu maximus; idque mẽse Maio: aliqui Iulium dant. Contra hunc Vladislaum Bohemiæ Vngariæque Regem parum feliciter pugnat germanus Ioannes Albertus de quo anno 1489. Seueriæ Dux à Polonis ad Moschos deficit. Interim Maximilianus Austriam totam recuperat: & ducto in Hungariam exercitu, Belgradum cepit. *Bonfin. decad. 4. lib. 9. & 10 & decad. 5 lib. 1.*

1491 | 7 Innocentij 8. | 17 Ferdinandi 5 | 8 Caroli 8.

Friderici 3. Regis German. an. 52. à Coronatione Roman. Imperat. 40. Ferdinandus Hispaniæ Rex obsidet Granatam Maurorum vrbem: 8. menses durauit ea obsidio. Maximilianus tandem pace constituta cum Vladislao Hungariæ Rege, easdem ambo probant conditiones, quas inter Fridericum & Machiam fir matas supra commemoraui an. 1479.

Indict. 9.

1492 | 8 Innocentij 8. | 18 Ferdinandi 5. | 9 Caroli 8.

Friderici 3. Regis German. ann. 53. à Coronatione Roman. Imperat. 41. Laurentius Mediceus vita cessit, relicto Petro filio & hærede. *Guicciardin.* Granata tandem ab Hispano Rege expugnatur, quam Rex triumphans ingressus dicitur 12 Ianuarij. *Histor. Hispan.* hunc finem habuit in Hispania Maurorum dominatus post multos annos ab eorum aduentu, quos ex hac Chronologia facile est colligere. Decessit ex hac vita Casimirus Poloniæ Rex mense Iunio: qui Ioannem Albertum filium Testamento hæredem instituit, præterito Vladislao natu maximo; qui iam Bohemiæ & Hungariæ Rex erat: ac tandem mense Augusto idem Albertus renuntiatur Rex. *Martin. Cromer.* hoc eodem anno pulsi sunt ex Hispania Iudæi Edicto Regio: & tunc primùm institutа Inquisitio, præsertim in Iudæos, aliosve ad Christiana Sacra ficté cõuersos. *Vasæus, Genebrard. Onuph.* quando etiam primùm inuentus est nouus ille Orbis, quem Occidentalem Indiam vocant; authore Christophoro Columbo, qui huic nauigationi initium dedit, 3 Augusti: & Canarias Atlãtici maris trãsgressus, attigit 11 Octobr. Insulas, quas indigitauit Hispaniolã, Ioannam, Elizabetham, &c. Romæ Innocentio, 8 Kal. Augusti defuncto, electus est Valentinus Hispanus, Roderieus Borgia, Cardinalis Portuensis, Vicecancellarius, & Decanus, dictus Alexander 6, creatus 3 Idus Augusti *Onuph.* Donatus Bossius Mediolanensis Chronico suo, quod ab Orbe condito produxit, nunc finem imponit.

Indict. 10.

1493 | 1 Alexandri 6. | 19 Ferdinandi 5. | 10 Caroli 8.

Friderici 3. Regis German. an. 54. à Coronatione Romam. Imper. 42 Regem Galliarum Carolum, iam Neapolitanum iter meditantem, impulerunt aliqui, vt Ruscionis & Perpiniani Comitatum Ferdinando Hispano redderet. *Tillius, & Ferronus*, qui conditiones restitutæ Prouinciæ habet. Fridericus annum ætatis attingens 78, Viennæ diem clausit 16 Augusti: Imperat Maximilianus Austriacus. Rex Carolus expeditionem parat, animum intẽdens ad Regnum Neapolitanum recuperandum: in quod à Seniore Renato, *vt supra commemoraui* (1481.) ius acceperat: proficiscens Petrum Borboniæ Ducem Regni constituit Rectorem. Catharina Nauarræ Regina, & Ioannes maritus coronãtur Pampelonæ, *vt refert Vignerius.* rediit mense Aprili Columbus in Hispaniam à nauigatione Noui Orbis: quæ sæpius repetita est, donec quæ nunc ab Hispanis possidentur in eo Orbe Prouinciæ, inuenirentur. Ad hunc annum consignatur Sũmi Pontificis datum Diploma; quo permisit, vt arbiter, Regibus Hispanię (designata à Polo ad Polũ linea, protracta quoad in globo se iterum contingeret) illarum Prouinciarum legitimam possessionem, quæ essent centũ leucis vltra Hesperidas Insulas, seu Promontorium, quod Caput Viride appellant. hunc limitem secabat protracta per Polos linea.

1494 | 2 Alexandri 6. | 20 Ferdinãdi 5. | 11 Caroli 8

Indict 12

Maximiliani 1, *Cæsaris an.* 1. Carolus Galliarum Rex cum exercitu Romam peruenit. Florentiæ Papiæ, & alibi in hoc itinere benignè satis exceptus. *Philipp. Commin.* Historiam *narrant Sabel. Ferronus, Petrus Bembus, P. Iouius, & Guicciardin.* Interim moritur Papiæ Ioannes Galeacius Dux Mediolanensis. Florentini Petrum Mediceum pellũt, quòd Carolo Regi arces Reipublicæ tradidisset: Ferdinandus Neapolitanus Rex, dum aduentat armatus in ipsum Carolus, fato cessit 25 Ianuarij. hæredem Regni habuit Alfonsum filium, approbatum iam à Summo Pontifice. *Iouius. Guicciardin.* sed Alfonsus hoc ipso tempore in Siciliam profectus, Monasticam vitam profitetur, breuique moritur: cùm prius Neapoli filium Ferdinandum reliquisset Regni hæredem. Orientalis Indiæ, & oræ Æthiopiæ iam Lusitanis quæsita possessio effecit, vt Pontifex concordiæ causa, nouâ linea figeret limites. hæc linea in Globo descripta, transit à Septentrione in Meridiem, declinans vltra Insulas illas, & Promontorium Capitis Viridis (ne Africæ oram Hispanus attingeret) ad 1080 milliaria versus Occidentem. occidua enim pars Hispanis, vti dixi, cesserat. Insulæ Capitis Viridis, Hesperides nominatæ, putantur olim illæ ab aliquibus, quas Antiquitas dixit Fortunatas, easque numero decem *recenset Munsterus.*

1495 | 3 Alexandri 6. | 21 Ferdinandi 5 | 12 Caroli 8.

Indict 13.

Maximiliani I. Cæsaris ann. 2. Carolus Rex, Romæ renuntiatus Imperator Constantinopolitanus, abiit inde 28 Ianuarij: Neapolim ingressus 22 Februarij, arces vrbis expugnatæ 24 Maij, recepto sic Regno Neapolitano. *Philippus Cõmin. lib. 2. de bello Neap. Ferron. Guicciar. Tillius.* perculit Italos hæc inopinata victoria fœdus ineunt Imperator, Hispaniæ Rex, Veneti, & Ludouicus Sfortia. fœderi fauebat Põtifex, quod erat tum in Turcarũ, Tyranũ, tũ de pace Italiæ tetinenda interpositum. decretum, vt Regis Caroli reditus prohiberetur, daturque opera, ne Italia ex hac victoria detrimentum caperet. ergo Rege redeunte pugnatur Fornouii ad Tarrum fluuium in Hetruria, Gallis nobilem victoriam reportantibus, vt Gallorum Historici citati narrant: quanquam alii tantùm dicant, Regem singulari quadam fortuna peruasisse. Rex mense Octobri peruenit in Galliam. in hac expeditione infaustus ille morbus innotuit, quem Galli Neapolitanum vocant. Ioannes 2, Lusitaniæ Rex veneno extinctus dicitur: successit in Regnum Emanuel, cognatione patruelis, mense circiter Octobri. *Osorius.* hic nauigationem Indicam egregiè promouit; cuius res gestas *Osorius* ab hoc anno scribere est aggressus. quo etiam *Bonfinius*, finem suæ imponit Historiæ Anno 1494. Parisiis erecta Domus Religiosa, prostitutis antea, sed pœnitentibus mulierculis. *Genebrard. in Alexandro. 6.* in Comitiis Vormatiensibus numerantur ciuitates Imperiales 89 addictę Imperio. *Opmerus.*

1496 | 4 Alexandri 6. | 22 Ferdinãdi 5. | 13 Caroli 8

Indict 14

Maximiliani I. *Cæsaris, an.* 3. Regresso in Galliam Carolo Rege, Neapolitani, aliique, noui fœderis nomine animati, deficiunt à Carolo ad Ferdinandum iuniorem Anfonsi filium: & Galli, mortuo Gilberto Duce à Montepensterio, redière in patriam. *Philipp. Commin. Tillius, Iouius.* venit eodem anno Maximilianus in Italiam, rogatus à Venetis & Mediolanensibus, aduersus Florentinos. sed cùm nullũ operæ prætium feciſſet, rediit in Germaniã. *Guicciardin.* in hoc rerum Neapolitanarum statu, equites in agro Ruscinonensi, & oppido, cui nomen est Salsum, incursiones faciebant in fines Galliæ Narbonensis. hoc oppidum (quod non longè Perpiniano abest) Præfectus Galliæ Narbonensis strenuè expugnauit. *meminit Commin. lib. 5. belli Neapol.* Iudæi pulsi hoc anno è Lusitania. *Osorius.* obiit Carolus Sabaudiæ Dux VI. successit Philippus Dux VII, filius Ludouici II, Ducis. *Palmerius.*

1497 Indict. 15 | 5 Alexandri 6. | 23 Ferdinandi 5. | 14 Caroli. 8.

Maximiliani 1. *Cæsaris, an* 4. Post incursiones aliquot in Angliæ regnum à Scotis factas, pax tandem constituta inter duos Reges, operâ Ferdinandi Hispaniarum Regis. *Lesleus in Iacobo IV.* Vasquesius Gama, acceptis ab Emanuele quatuor nauibus, soluit è portu Lusitanico 9 Iulij: & superato Promontorio Bonæ Spei, legit Orientalem oram Æthiopiæ: repertæ ibi Insulæ Mosambicum, & Melinda: inde delatus in Regnum Malabaricum, (Calecutum vocant;) ac tandem regressus, appulit in Lusitaniam, anno 1499. *Osorius, Duiaricus Tom.* 1. *cap.* 1. *in fine.* In ora Malabarica, ciuitas Regni præcipua est Calecutum, 11 grad. eleuat. versus polum Arcticum. *scribit Stephanus Garineus, lib.* 19. *Hist. Hispā.* nūc exortum bellum Mauricum ab Hispanis in Africa.

1498 Indict. 1 | 6 Alexandri 6. | 24 Ferdinandi 5. | 1 Ludouici 12.

Maximiliani 1. *Cæsaris, an.* 5. Carolus 8. Galliæ Rex, Ambasiæ repentina morte extinguitur 7 Aprilis, nullis relictis hæredibus. Ludouicus Aurelianensium, & Valesiorum Dux, Rhemis Kal. Iulii. inungitur Rex, huius nominis 12, defuncto Regi cognatione proximus, Pater populi dictus. hic cœpit dici Rex vtriusque Siciliæ, insuper Dux Mediolanensis, quòd à Valentina Mediolanensi originem traheret. & pace constitutâ cum Regibus Hispano Angloque, ac induciis cum Maximiliano, Ducatū Mediolanensem armis repetere decernit. *Ferron. Tillius, Annales.* Historiam suam claudit *Philippus Commineus* in morte Caroli. Hieronymus Sauanarola Florentinus, Dominicanus, Sacris à Pōtifice interdictus, igne perit. mortuo Philippo Sabaudiæ Duce, succedit Philibertus Dux 8 Philippi filius. *Paradinus.* post hunc Philibertum successit Carolus frater, Dux 9. ac demùm Rex Gallię, vt dicetur. *lege Paradin. de Ducibus capit.* 13. Turcarum supra 40 millia cum in Russiam regiam prædę causa venissent, niuibus præter omnem ibi consuetudinem ingruentibus algore obriguerunt penè omnes.

1499 Indict. 2. | 7 Alexandri 6. | 25 Ferdinandi 5. | 2 Ludouici 12.

Maximiliani 1. *Cæsaris, an.* 6. Ludouicus 12 repudiata Ioanna Ludouici 11 filia (quæ in Bituricensi Ducatu reliquum vitæ exegit) Annam defuncti Regis viduam, Britanniæ hæredem, accepit vxorem *Ferron. Tillius.* & misso in Italiam exercitu, receptisq; vicinis ciuitatibus, Mediolanum etiam vrbem arcemque deditione accepit, sub initium Septembris. Ludouicus Sfortia Dux, dictus Maurus, fugit primò in Germaniam: mox Turcas in auxilium vocat. Rex ipse aduenies, Venetis Cremonam restituit, Ducem Ferrariensem, & Florentinos iubet sua authoritate esse securos, Ioannem Iacobum Mediolani præfectum reliquit. huc vsque *Robertus Gaguinus* suam produxit Historiam. idem *narrant Ferro.* P. *Iouius, Guicciardin. Tillius.* Bellum hoc anno inter Maximilianum & Heluetios gestum, satis cruentum: pax tamē secuta finē bello dedit. *Naucler. Cuspinian. Persicæ Historiæ Scriptores notāt ad hunc annum,* initium Regum Sophi, in Ismaele ex Vssancassani filia genito: quæ Dynastia ad nostra vsque tempora perdurat: an verò nomen Sophi sumptum sit à Magis Persicis: an quòd lanam significet, quâ vtebantur in capite hi Reges, certant Scriptores. hic Ismael, nouam Mahumeticæ Legis interpretationem prætendens, se in Regnum insinuauit. Rex Galliæ Senatum Rothomagensem Scacarii loco instituit, Kal. Octobr. mox etiam Aquensem, & Burdigalensem, *Genebrard.*

1500 Indict. 3. | 8 Alexandri 6. | 26 Ferdinandi 5. | 3 Ludouicus 12.

Maximiliani 1. *Cæsaris, an.* 7. Deficiunt denuò Mediolanenses ad Sfortiam ex Germania reuocatum: sed missus iterum in Italiam è Gallia exercitus, omnia recepit illius Ducatus loca; captis etiam Sfortia Duce, Ascanio Cardinale fratre: qui in Gallias, & custodiam ducti sūt. *Ferron. Guicciardin. lib.* 4. *Tillius.* à Lusitano Rege destinantur in Orientalem Indiam mense Martio naues

13, duce Aluaro Caprale, qui tempestate iactatus, Brasiliam casu adinuenit: indè soluens, consueto iam itinere peruenit 13 Augusti Calecutum: quæ ciuitas, vt dixi, Malabarici Regni caput est. vbi ex iniuria illata, inchoatum à Lusitanis est bellum Malabaricum, quod 13 annis durauit. *Osorius, Maffeius lib. 2. initio.* Henricus Franciscanus Theologus, ad prædicandum Ethnicis Euangelium in hanc expeditionem destinatur, cum socijs aliquot. viuebat nunc Ioannes Franciscus Picus Mirandulanus, alterius Mirandulani frater. fuit hic annus Iubilæo insignis, & Caroli V Natiuitate Gandaui 24. Febr. ex Philippo & Ioanna, *de quibus ann.* 1501. Russia regia, bis hoc anno à Tartaris incredibili vastitate affecta.

CENTENARII DECIMI SEXTI INITIVM.

Regna. *ORiens toto ferè hoc Seculo Hotomannica bella sustinuit: nũc in Christianos, nunc etiã in Persas prolixè continuata. Italia nouis Ducibus aucta, Florentino, Ferrariensi, Vrbinate, & Parmensi. Neapolitanum Regnum, & Mediolanensis Ducatus, Hispanicæ ditionis esse incipiunt. Gallia, cessante externo bello, intestinis armis periculosè concutitur. manebat nunc integra Christianis reliqua Europa, ab his possideri solita; sed miris afflicta cladibus.*

Status Ecclesiæ. *NVtantibus calamitoso bello tot Europæ Regnis, mota eodem tempore in Ecclesiam, Lutheranorum, Caluinistarum, & Sectarum indè nascentium arma sunt, nil nisi deplorandam calamitatem per Gallias, Magnobritanniam, & Germaniam spirantia: vnde non tantùm Ecclesiæ; sed iustis etiam principibus vis alicubi illata est.*

Doctrina. *DOctrinæ capita, ad initium cuiusque Seculi, præclaris hactenus apertisque Patrum testimoniis, qui illorum temporum æquales fuerunt, comprobata: tam sunt à doctissimis huius postremi Seculi Scriptoribus ex professo defensa, vt aduersarios, iam numero valde imminutos, nil nisi Palinodiæ pudor, vel commodi spes aliqua, à conuersione ad Ecclesiam, tempore, quo hæc scribo, impedire videatur.*

Christi.	*Pont.*	*Hisp.*	*Reg. Franc*
1501 *Indict.* 9.	9 *Alexandri* 6.	27 *Ferdinandi* 5.	4 *Ludouici* 12.

MAximiliani I. *Cæsaris, an.* 8. Philippus Austriæ Archidux, Maximiliani filius, in Hispaniam iter faciens, vnà cum vxore Ioanna, Ferdinandi & Elizabethæ filia, excipitur Parisiis à Franco Rege honorificentissimè. *Tillius, Gaguin. Appendix.* Fridericus, mortuo Ferdinando fratris filio, Rege Neapolitano, ius Regni sibi vẽdicabat: verũ (vti cõuenit) inter duos Reges Francũ & Hispanũ, Regnũ diuisũ est. Albigniacus Præfectus Frãcico nomine, Gonsaluus Hispanico Regnũ illud partiuntur: abductus in Franciã est Fridericus; vbi in magno apud Regẽ honore sẽper fuit, obiitque anno 1505. *Guicciard. lib. 5. Paul. Iou. Ferr. Tillius.* Cæsar Borgia, Valẽtinus Dux, Alexandri Põtificis filius, cuius elogiũ fuisse dicitur: *Aut Cæsar, aut nihil,* magnis artibus aspirabat ad Italiæ Imperium: & hoc ipso anno captâ Fauentia, Florentinos, ad quas optabat,

impulit conditiones, *Guicciard.* Zachmales Zauolgenſium Tartarorum Imperator, inito cum Poloniæ Rege fœdere, Tauricanorum Scytharum Cæſarem profligauit. Mox tamen Tauricani reparato exercitu Zachmalem fugarunt, quem denique fugientem Palatinus Kiouiæ cepit. Suſcepta nunc expeditio à Francis, Hiſpanis, & Italis in Turcas: initio feliciter ceſſit: ſed ad Mitylenem Gallis clades illata, recedentibus (*vt Gallorum ſcribunt Hiſtorici*) Venetis, pacemque cum Turcis conſtituentibus. *Iouius. Sabel. Append. Gaguin. Tillius, & alij.* Auguſtino Duci Veneto ſubſtituitur Leonardus Lauretanus. *Nauclerus* huc vſque produxit Hiſtoriam: quo anno Baſilea, & Scafhuſia ad fœdus Heluetiorum tranſierunt. *Append. Naucler.* Ioannes Albertus Poloniæ Rex cedit fato: ſuccedit Alexãder Lituaniæ Dux. *Hiſtor. Polon.* Anneburgum apud Hermanduros condit Henricus Saxoniæ Dux.

1502 | 10 Alexandri 6. | 28 Ferdinãdi 5. | 5 Ludouici 12.

Maximiliani 1. *Cæſaris, ann.* 9. Ea, quam nunc attigi, partitio Neapolitani Regni, uerſa in diſſidium Principum eſt: in quo certamine Francis omnia hoc quidem anno felicius, quàm Hiſpanis ceſſêre: verùm ſequens annus habet expulſos Neapoli Francos, mortem Ludouici Armeniaci, Nemoroſi Ducis, & Albigniacum pecuniis ſubſidioque deſtitutum; quo demum ab hoſtibus capto, Hiſpanis ceſſit Neapolitanum Regnum. Dolo rem geſtam queruntur Franci Hiſtorici. Hiſtoriam *habet Guicciard. libro quinto.* interim Borgia Camerinum, & Vrbinates occupat. *Guicciard. Iouius.* Nouam Rex Luſitaniæ cleſſem, in tres partes diuiſam, deſtinat in Indiam: duas ducebant Vaſqueſius & Stephanus Gama, qui rediere anno ſequente: tertiam ductabant Alfonſus, & Franciſcus Albuquercius frater. hi appulerunt in Indiam anno 2503.

1503 Indict. 6. | 11 Alexandri 6. | 29 Ferdinandi 5. | 6 Ludouici 12.

Maximiliani 1. *Cæſaris an.* 10. Amiſſo Neapolitano Regno, ſuſcepta à Francis expeditio aduerſus Hiſpaniam: ſed dùm parum rectè Francica res à Ducibus geritur, ſequutæ ſunt induciæ. Alexander obiit Romæ 15 Kal. Septembris: tunc Italia Borgiam eiecit, iugum pleriſque iamdiu graue ſatis: ſuffectus Papa eſt Pius 3. Senenſis, Pij 2. ſororis filius, 10. Kal. Octobr. obiit 15. Kal. Nouembris: ſequutus eſt eum in Pontificatu Iulius 2. Sauonenſis, Ligur, Sixti 4. fratris filius, creatus Romæ Kal. Nouemb. Luſitani Trimumparam in Regnum Cocini reſtituunt, fugato Calecutano præſidio, arcemque Cocini ſibi ædificant: conſummatum opus eſt aduentu Alfonſi Albuquercij, qui poſteà Magni cognomen eſt conſecutus. *Oſor. Maffeius lib.* 2. Georgio Bauariæ Duci ſuccedit Rupertus. Iacobus Philippus Bergomenſis ordinis Herem. S. Auguſtini, Chronicon ſuum perduxit ad hunc vſque annum. Picardus hæreticus in Euchariſtiæ Sacramentum blaſphemus comburitur Pariſiis. ab hoc hæretici dicti Picardi. *Onuph.*

1504 Indict. 7. | 12 Iulij 2. | 30 Ferdinãdi 5. | 7 Ludouici 12.

Maximiliani 1. *Cæſaris, an.* 11. captâ nunc Caietâ, penitus Neapolitano Regno potiuntur Hiſpani, ſub Gonſaluo Ferdinando; qui, poſt 200 vrbes, & 70 oppida, Regi ſuo variis in Prouinciis acquiſita, & Magni cognomen adeptum, obiit anno 1515. hic nũc Borgiam in Hiſpaniam miſit cuſtodiendum. Herculi Ferrariæ Duci ſuccedit filius Anfonſus Eſtenſis. *Guicciard. lib.* 6. huc vſque producit Hiſtoriam *Sabellicus*: quam proſequutus eſt *Hedio.* diem claudit Elizabetha Hiſpaniæ Regina, adminiſtratio Regni manſit Ferdinando, & Philippo iure vxoris, quæ filia erat Elizabethæ, Regnique Caſtellanici hæres. *Guicciard. libro ſeptimo, Lucius Marinæus, & alij.* Maximilianus, pulſo Ruperto, magnam Bauariæ partem tenuit. *Hedio, Auentin.* Durat adhuc inter Danos & Sueccos bellum, quod *narrat Ioannes Magnus.* Calecutani Cocinum & Lu-

Anni Christi.	Anni nt.	Anni Imp.	
			sitanos semestri bello inuadunt: sed repulsi cum ingenti clade narrantur, nullo occiso Lusitano. *Osor.* Florent Budæus, Longolius Orator, Faber Stapulen. Philosophus; Auentinus; Cuspinianus, & Crantius Historici, Iodocus Badius, Georgius, & Rodolphus Agricola: Italia numerat Volateranum, Ricium, Baptistam Egnatium, Galeacium Capellam; Vallam, Sadoletum, & Petrum Bembum.
1505 Indict. 8.	2 Iulij 2.	31 Ferdinãdi V	*Maximiliani I. Cæsaris, an.* 12. Obiit hoc anno Rupertus Bauariæ, seu Baioariæ Dux nuncupatus: & pace tandem per amicos cum Imperatore constituta, Ruperti filius paternam ditionem magna satis ex parte tenuit. Ioãnes Basilij filius, Moscouiæ Dux, diem claudens, relinquit successorem filium Basilium, qui dictus est Basilius Ioannis. *Chron. polon.* In India primus Lusitanici nominis Prorex, hoc anno constituitur Franciscus Almeida. *Osor. Maffe. sub initium. lib.* 3.
1506 Indict. 9.	3 Iulij 2	32 Ferdinãdi 5.	*Maximiliani* I. *Cæsaris, ann.* 13. In Africa Regnum Congo, seu Manicongo, quod Australis latitudinis gradus duos habet, nunc fere Christiana Sacra recipit. *Genebrard. notat annum* 1503. Academia Francofurtensis, probante Iulio Pontifice, instituitur. *quod obseruat Munsterus.* Florent Ludouicus Viues, & Syluester Prierius Italus, Dominicanus. obiit Erasmus an. 1536. septuagenarius. viuebant nunc Petrus Galatinus, & Franciscus Ximenius, Episcopus Toletanus, qui exemplo Origenis Biblia Compluti curat edi variis linguis. Philippus hoc anno trajiciens in Hispaniam, accepta Regni administratione, amandat Ferdinandum socerum in Regnum Neapolitanum: sed breui moritur, relictis filijs Carolo V. & Ferdinando, qui posteà imperabunt. Iulius Papa, collecto exercitu Bononiam recipit, pulso Bentiuolo. *Guicciard. Append. Gaguin.* vita cessit Alexander Poloniæ Rex. Regnat Sigismundus primus, & frater, annis 41. quem Magnum dixerunt. *Martin. Cromer.* qui hic finit Historiam. Obseruat *Onuphrius* hoc anno confirmatum institutum Minimorum S. Francisci de Paula. Laurentius, Francisci Almeidæ filius, insignem eodem anno retulit victoriam, fusis Calecutanis: naues multæ depressæ: nouem maiores captæ. Barbarorum classis 200 naues numerabat: Lusitanica tantùm vndecim. *Maffeius lib. 3. Osor.* Bogdanus Valachiæ regulus quòd Elizabetha Regis Poloniæ soror eius coniugium abhorreret, Russiam inuasit & Poluciam prouinciã occupauit. Eodem anno Valachis hæc prouincia recuperata est. Tartarorum Præcopensium bis in Lituaniam irrumpentium, cæsa sunt viginti millia ad Clez cum Duce Michaele Glinscio.
1507 Indict. 10	4 Iulij. 2	33 Ferdinãdi 5.	*Maximiliani* I. *Cæsaris an.* 14. Deficiunt Genuenses, pulsis Gallis: verùm Ludouicus, collecto nouo exercitu, fusisq; prælio Genuensibus, vrbem ouans ingreditur: & restituta, quam ante defectionem habebant, administrationis forma, dimisit exercitum. *Guicciard. lib.* 7. *append Gaguin.* Ferdinandus Rex, pacato Regno Neapolitano, redit in Hispaniam, ducens secum Gonsaluum: in quo itinere prolixè & amicè egit Sauonæ cum Ludouico Galliarum Rege, *lege Guicciardin.* floret Andreas Alciatus Iurisconsultus. Sigismundus Poloniæ Rex coronatur.
1508 indict. 11.	5 Iulij. 2.	34 Ferdinãdi 5.	*Maximiliani I. Cæsaris, an.* 15. Narrat *Guicciardin. lib.* 7. expeditionẽ Maximiliani in Venetos, eius reditum in Germaniam, & tandem inducias inter eos pactas: verùm sequuta pax & confœderatio, 10 Decembr. inita Cameraci inter Papam, Imperatorem, & Regem Galliæ in detrimentũ Venetorum; *vti Guicciardin. Iouius, & Ferron. narrant.* Eodem constituti fœderis die, obiit Renatus Lotharingiæ Dux: ex quinque filiis, Antonius Duca-

Reg. Franc.

8 Ludouici 12.

9 Ludouici 12.

10 Ludouici 12.

11 Ludouici 12.

tum tenuit: Claudius, Dux Guisius euasit; Ioannes Cardinalis, dictus Lotharingus; Ludouicus, Comes Vallemontanus; & Franciscus numeratur natu minimus. Excepit hic annus, Lusitanorum in India grauem cladem, & acerbum Laurentii Almeidæ filii interitum, in pugna aduersus Calecutanos ad Cambaiam. rem *narrat Maffeius initio lib.* 4. Inter hæc Albuquercius, breui renuntiandus Indiæ Prætor, loca Armuziæ vicina vastat. *ibidem.* Armorici aliquot, & Normanni, Duce Dionysio Normanno, Canadam adinueniunt: quam Nouam dixerunt Franciam, Regionem piscatu celebrem.

1509 Indict. 12. | 6 Iulij 2. | 35 Ferdinãdi 5 | *Maximiliani I. Cæsaris, an.* 16. vti conuenerat Cameraci anno præcedente, ducta hoc anno expeditio in Venetos est. pugnatum ad Carauagium 15. Kalend. Iunii: victi Veneti: multati vrbibus varijs Brixiam, Bergomum, Cremam, & Cremonam Francus cepit, pars belli huius maxima, cladem hanc, Francorum Historici ingentem faciunt; in qua tamen enituit Senatus illustrissimi constantia & magnanimitas, qui ne rebus propè desperatis adduci potuit, vt Turcicas copias auxiliares admitteret. *Bembus, Iouius, Ferron. Tillius.* diem clausit Henricus Angliæ Rex VII. Regnat filius Henricus VIII. corona donatus 24. Iunii: Angliam rexit annis 38. *Polydorus libro vigesimo sexto, in fine: & initio libri vigesimi septimi.* Octoginta millia Moscorum quæ Basilius Moscorum Dux ad Lituaniam occupandam destinarat, fusa sunt à Polonis ad Borysthenem amnem, ductoribus Constantino Austrogio & Ioanne Suirzouio. Franciscus Almeida, Laurentii filii necem vlturus, producta in Barbaros classe, insignem reportat victoriam, Regemque Cambaiæ vectigalem Lusitano reddit. *Osor. lib.* 6. *Maffeius lib.* 4. mox Albuquercium renuntiat Prætorem, ex Regis Lusitani literis. | 12 Ludouici 12.

1510 Indict. 13. | 7 Iulij 2. | 36 Ferdinãdi 5. | *Maximiliani I. Cæsaris, an.* 17. Cameriacensi fœderi finem attulit hic annus, declinante Pontifice ad Venetos: quòd plerique timerent Italiæ (vt aliqui scribunt) à nimia externorum Principum potentia. sed dum Imperator, & Francus Rex persistunt in fœdere, vidit Italia hoc anno plures exercitus, hinc fœderatorum, illinc Pontificis, & Venetorum, non sine noua Venetorum clade. *Guicciard.* Franciscus Almeida, dum clarus victoriis regreditur in Europã, ad Caput Bonæ Spei, in Africæ ignoto littore obortа rixa, ab Æthiopibus interfectus, caruit sepulturæ honore. *Osor. Maffeius lib.* 4. Albuquercius Prætor Goam vrbem cepit; iam destinatam Imperii Lusitanici in Oriente sedem: idque 6. Kal. Decembr. *Maffeius lib.* 4. *in fine.* | 13 Ludouici 13.

1511 Indict. 14. | 8 Iulij 2. | 37 Ferdinãdi 5. | *Maximiliani I. Cæsaris, an.* 18. Dum Pontifex, Hispani, Veneti, & Heluetii (iam antea Maximiliano confœderati) obsistunt vario Marte Gallis, & Maximiliani Ducibus: agunt duo Principes magno conatu de conuocando Concilio, quod anno præcedente inchoatum in Gallia, nunc Pisis habetur, contra Iulium Pontificem. postea translatum Mediolanum, ac tandem Lugdunum, nullo exitu, *inquit Genebrardus,* interueniente Iulii morte. cæterum Pisanus Conuentus, sub eodem Iulio adhuc superstite, in Lateranensi Concilio improbatus fuit, sessione 2. & 3. Malaca vrbs, & Regni Malacensis (veteres forte Regionem hanc dixêre Auream Chersonensum) caput est, duos habens eleuationis Septentrionalis gradus. hanc Albuquercius hoc anno cepit. expeditionem *narrat Maffeius initio lib.* 5. | 14 Ludouici 14.

1512 Indict. 15. | 9 Iulij 2. | 38 Ferdinãdi 5. | *Maximiliani I. Cæsaris an.* 19. Habetur Generale Concilium Lateranense 5. & approbatum. finitum sub Leone decimo. actũ hic contra Pisanum conciliabulum, quod Cæsare & Rege Franco, Ludouico 12. authoribus, fuit vt dicebã, Pisis, inchoatũ ab aliquot | 15 Ludouici 15.

Cardinalibus,& nũc Mediolanũ,mox Lugdunũ,trãslatũ. *Onuph.* actum præterea in Lateranensi de moribus extat Tom. 5. Conciliorum. *Onuphrius* 1512. & 1517. experta nunc Italia est magnam rerum vicissitudinem: primùm victores Galli aduersus confœderatos, Rauennam captam destruunt: sed accedente Maximiliano ad confœderatos: & Anglo bellum mouente in Aquitaniam; magnam euenire necesse fuit Francicarum rerum inclinationem in Italia. ergo illi Mediolanum & Italiam, Hispanis atque Heluetiis relinquunt: Veneti suas recipiunt vrbes, Pontifex Bononiam, Romaniam, Parmam, & Placentiam. Ferrariensis sua quoque recepit, permittente tandem Pontifice. Florentini Medicææ familiæ se regendos iterum tradunt. *P. Iouius, Guicciard. Ferronus, Galeacius Capella, Hedio, Tillius.* Ferdinandus, qui Hispaniã adhuc regebat, (donec adolesceret Carolus quintus,) Angliæ copiis fretus, Nauarræ Regnum occupat, pulso Ioanne Alebreto. *Ferron. Tillius. Scribit Osorius,* Lusitanos hoc anno penetrasse ad Molucas Insulas: quæ numero quinque, (quarum vna Ternate) Malaca distant 3000 leucis versus Orientem, & ferè sub Æquatore. hæ Caryophilli dant copiam, & ferè solæ. Baiazetus Turcarum Imperator, cùm filium Selimum renuntiasset Imperatorem, clam propinato veneno interiit, dolo eiusdem Selimi. apud Sluzcum ductore Constantino Ostrogio tribus grauibus præliis Tartari fusi sunt, Sexdecim millia viui capti in potestatem venerunt. Anno deinde sequenti Tartari meliorem tentaturi fortunam reuerterunt in Podoliam. Contra quos Nicolaus Camenerius & Constantinus Ostrogiæ Dux expediti, vicies quater mille Tartaros ad internecionem deleuerunt.

1513 | 1 Leonis X. | 39 Ferdinãdi 5 | Indict. 1. | 16 Ludouici 12.

Maximiliani I. Cæsaris, an. 20. Pactis indutiis inter Galliæ & Hispaniæ Reges, ac Venetis iam Franco fauentibus, Ludouicus exercitum mittit duce Tremollio ad recuperandum Mediolanum. sed nouis Heluetiorum copiis succedentibus, fusus Gallorum exercitus 6. Iunii, cogitur iterum Italiam relinquere. *Bembus, Ferron. Capella, Iouius.* Angliæ Rex Henricus 8. immisso in Picardiæ fines exercitu, tandem Tornaco potitur: nec valde feliciter nauali prælio à Francis pugnatum contra Anglos est, ad oram Normanniæ. Interea Iacobus 4. Scotiæ Rex, iure fœderis Francici, magno collecto exercitu Angliam inuadit. pugnatum ad Flaudonium montem, cæsus Rex Iacobus, nobiles capti non pauci, aliquot desiderati. maiorem, si capita numeres, iacturam fecit Anglus, vt æquo penè Marte certatum aliqui scribant. de hac memorabili pugna *lege Hector. Boet. Lesleum, Buchan. & P. Iouium.* Regnum Scotiæ tenuit Iacobus hoc nomine 5. annum 1 & 6. menses natus. *Leslæus.* Nouus Calecutanus Rex Naubeadarin pacem cõstituit cum Lusitanis diuturnam. Selimus Baiazeti filius, fratrem victũ strangulat, & imperat Turcis. obiit Iulius 2. Romæ 9. Kalend. Martii, electus Pontifex Leo 10. Florentinus, ex Medicea familia, Laurentii filius, creatus 5. Idus Martii. sub hoc finitum Conciliũ Lateranense est, quod annis 5. durauit. *Onuph.* Sub huius anni finẽ, dum octaua sessio Lateranensis Concilii haberetur, adfuere Ludouici Regis è Francia Legati, (*vt narrat Guicciardinus,*) qui nomine Regis, conceptis verbis, reiecto Pisano Concilio, adhæserunt Lateranensi, sicque redintegrata pax est inter Pontificem, & Regem Galliæ Christianissimum.

1514 | 2 Leonis X. | 40 Ferdinãdi 5. | Indict. 2. | 17 Ludouici 13.

Maximiliani I. Cæsaris an. 21. Pax reconciliata inter duos Reges Franciæ, & Angliæ, firmataque connubio inter Mariam Angli Regis sororem, & Ludouicum Regem (excesserat enim è viuis Anna Regina 5. Idus Ianuarii). celebratæ nuptiæ ad Abeuillam

7 Idus Octobris, & proximis Kal. Ianuarii Rex Ludouicus fato cessit: tantas vnus annus aduexit rerum mutationes. tumultus Hungaricus ab illis, qui se Cruciatos nominantes, armabantur in Turcas, concitatus, magnam Hungariæ cladem intulit, & cædem etiam nobilium. *Iouius lib.* 13, Ioannes Daniæ Rex moritur: in Regnum succedit filius Christianus, huius nominis secundus, dictus Tyrannus. *Funcius.* Constantinus dux Ostrogiæ contra Moscos à Sigismundo Rege missus, eos ad Orsam ciuitatem Regiam assequutus, quadraginta ipsorum millia in acie ita strauit, vt vix duo virorum millia in suam potestatem redegerit.

1515 — 3 Leonis X. — 41 Ferdinãdi 5. — 1 Francisci 1. — Indict. 3.

Maximiliani I, *Cæsaris, an.* 22. Obiit Ludouicus hoc nomine 12, Galliarum Rex Kalend. Ianuarii, nullâ masculâ prole relictâ: ergo regnat Franciscus Valesius annorum 22. cui debebatur ex Lege Salica Regnum, mense Iulio. Mediolanum recuperaturus, exercitum misit in Italiam: pugnatum illustri prælio est ad Marignanum, 14 Septembr. fuso fugatoque Heluetiorum numeroso exercitu. ciuitas Mediolanum recepta, cum arce, & vicinis vrbibus. Pontifex, & Rex Bononiam conueniunt 10 Decembr. inter eos conuenit de Pragmatica Sanctione abolenda in Gallia: nominatio ad Sacerdotia, seu Beneficia, quæ antea erat penes Collegiatas, vt vocant, Ecclesias, in Regem deriuata. actum etiam de Annatis, cæterisque Capitulis in libellum illum relatis, quem Concordatum dixerunt. *Galeacius, Capella, Iouius, Ferron. Tillius.* Dux Borbonius pro Rege Mediolanum administrat. Abassinorũ Æthiopum Legatio illa insignis hoc anno contigit, missa à Dauide Rege ad Emanuelem Lusitaniæ Regem, cum sacrosanctæ Crucis fragmento. alia porrò Legatio ipsius Emanuelis fuit ad Leonem Pontificem, cui ex Indicis opibus expetenda munera per Legatos misit. quæ omnia *narrat Maffeus, lib.* 5. *sub finem.*

1516 — 4 Leonis X. — 1 Caroli 1. eius nominis 5. postea Imp. — 2 Francisci 1. — Indict. 4.

Maximiliani I. *Cæsaris, an.* 23. Diem claudit Ferdinandus Arragonius Hispaniæ Rex mense Februario, in Regna Castellæ, Arragoniæ, Siciliæ, & Neapolitanum successit Carolus, ex Ioanna Ferdinandi & Elizabethæ filia progenitus; nunc annorum 15. In Italia Franci expugnatam Veronam restituunt Venetis; & Maximiliani exercitus in Mediolanenses paratus, redit re infecta in Germaniam. *Iouius, Guicciard. Ferron.* Heluetii cum Franco Rege iterum conueniunt, pacta illis in annos singulos deinceps pensitanda pecunia. Vladislaus Hungariæ Rex Regnum reliquit filio Ludouico; quem post decennium Turcæ misere trucidarunt. *Ioãnes Sambac.* Algeri incolæ, Hispano vectigales, rebellant Duce Barbarossa: vbi breui se Regem dixit. *Iouius, & Leo lib.* 4. *Hist. African.* Victus ante biennium Sophi Persarum Princeps à Selimo Turca, nunc iterum ab eodem vincitur, memorabili clade Persis illata. *Iouius.* sic Selimus inferiore Syria, Damasco, & Hierosolymis potitus est. Obiisse nunc dicitur Baptista Mantuanus Carmelita.

1517 — 5 Leonis X. — 2 Caroli 1. eius nominis 5. postea Imp. — 3 Francisci 1. — Indict. 5.

Maximiliani I. *Cæsaris, ann.* 24. Pax Nouioduni firmata inter Galliæ Regem, & Carolum 5. connubio promisso, quod postea reiectum est. *Tillius, & Annal. Franc.* Carolus soluit è Flandria, traiecturus in Hispaniam. *Guicciard.* Selimus Turca 27 Ianuar. profligato Ægyptio Principe, potitur Cairo, & tota Ægypto. *Iouius.* finis imponitur Concilio Lateranensi 16 Martij. Martinus Lutherus, Monachus Augustinianus, futurus errorum huius seculi, & tot malorum, quæ vidimus, antesignanus: nunc cœpit contra Indulgentias, & memoriam beneficiorum Dei, homo nunquam sobrius, debacchari. quo etiam tempore, præter eos, quos anno 1504 & 1506 recensui, floruerunt propugnatores fidei: Ioannes Cochleus, Eckius, Ambrosius Catharinus, Caietanus Cardinalis, &

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Hispa.		Reg. Franc.
			Thomas Morus, Eques Anglus; qui mortem anno 1535. pro fide obijt, quòd nollet secundas nuptias Henrici VIII, vxore priore superstite approbare; antiquaque Ecclesiæ iura tueretur.	
1518 Indict. 6.	6 Leonis X.	3 Caroli 1.	*Maximiliani* I. *Cæsaris ann.* 25. Omnia hoc anno pacem spirabãt. compositis inter Christianos Principes rebus. hac pace bene vsus Pontifex, hortabatur omnes ad expeditionem in Turcam: cuius in dies excrescebat potentia. Sed nihil effectum. Medicea familia incrementum hoc anno accepit, data Magdalena Bononiensi Franca vxore, Laurentio Mediceo Pontificis nepoti. Dum queritur apud Pontificem Imperator de turbis, quas ciebat in Germania Lutherus, destinatur Cardinalis Caietanus, qui malo nascenti occurrat. Sed perire voluit iam in Hæresi homo pertinax; & qui iam ad inuidiam Pontifici concitandam (quod proprium Hæreticorum est) omnes rumorum ventos captabat.	4 Francisci 1.
1519 Indict. 7.	7 Leonis X.	4 Caroli 1. eius nomine 5. Cæsaris.	*Caroli* 5. *Cæsaris, ann.* 1. Maximilianus vita cessit in Germania 12. Ianuar. Princeps bello clarus, & à Christiana pietate plurimum laudatus. Electus est Imperator Carolus Hispaniæ Rex, 28 Iunii: licet Treuerensis Francum Ægem suffragio suo dixisset Imperatorem. Ferdinando Caroli fratri cessit tota ditio Austriacæ familiæ in Germania. hic finem suæ imponit Historiæ Ioannes Cuspinianus. Obiit Laurentius Dux Mediceus, relicta vnica filia Catharina, quæ postea Franciæ Regina fuit. Huc vsque tantùm propagata est à Cosmo (qui huius Principatus iecit fundamenta) mascula proles. Alexander Medices euasit primus Dux. *vide ann.* 1536. nec statim tamen, nec facilè, Cæsarianas partes secutus, Cæsaris gener, & Hetruriæ Princeps est dictus. *lege Iouium de Viris illust. in hoc Alexandro.* moritur Selimus Turcarum Imperator, relicto Solimanno Imperii hærede, quod tenuit annis 47. Ferdinandus Magellanus, acceptis à Carolo 5. quinque nauibus, Molucas Insulas nouo itinere quærens, primus fretum Magellanicum inuenit, cùm Hispali soluisset 10 Augusti. quo vita functo, socii ad Molucas peruenerunt: tantumque duæ naues, per Caput Bonæ Spei Hispaniam iterum tenere potuerunt. *Maffeus lib.* 8. *initio.* Albertus equitum B. Mariæ Teutonicorum in Prussia Magister, cùm secundis aliquot prælijs a Sigismundo rege male multatus fuisset, neque expectatæ ex Germania auxiliares copiæ apparerent, Regis clementiæ se submisit. Dimidiamque Prussiæ Ducatus partem, iure feudi possidendam a regis beneficentia impetrauit.	5 Francisci 1.
1520 Indict. 8.	8 Leonis X.	5 Caroli	*Caroli* 5. *Cæsaris, an.* 2. Nihil habuit hic annus, quod memoria dignum sit, præter excurrentem Indictionem, quæ octaua est. & Principum annos, ex præterita descriptione satis notos. Imperii & Hispaniæ idem nunc quidem Princeps est, eundem tamen annum non habent hæc Regna communem. de noua hæresi hæc habe. Zuinglius canonicus Tigurinus, Lutheranus, damnatum Berengarii de Eucharistia impium dogma reuocauit ab inferis, adiutore Oecolampadio Apostata monacho. excitauit ea res inther Lutherum & Zuinglium, feralem inquit Onuphrius discordiam. Ex Lutherana Lærna vt scribit idem author prodiit etiã hoc anno Anabaptistarum secta, quodam Nicolao Stochio Lutherano autore. quam postea auxit Thomas Muncerus seu Mõtzerus eriam Lutheranus, de quo ad an. 1527. viuebant nunc Iodocus, Clichtoneus, faber Stapulensis, & Siluester prierias magister sacri Palatii. hic primus scripsit contra Lutherum.	6 Francisci 1.
1521 Indict. 9.	9 Leonis X.	6 Caroli	*Caroli* 5. *Cæsaris, an.* 3. Excepit hic annus obitum Emanuelis Lusitani Regis, cùm sex & viginti annos regnasset: successor Ioannes huius nominis 3, annos natus 20, Regni gubernacula accepit. vtrique Principi debitum Encomium dedit *Maffeus lib.* 8. *Histor. Indicæ.* quibus, præter alia penè innumera, studium Christia	7 Francisci 1.

næ Religionis semper fuit antiquissimum. Vita eodem anno cessit Leo X, mense Decembri, qui ab anno 1518, Lutherum ad meliora vrgere cœperat. *Onuphr.* vacat Sedes mensem integrum: successit Adrianus VI, natus Traiecti inferioris Germaniæ vrbe. hic cùm Cæsaraugustæ in Hispania Prorex esset, absens eligitur; Romæ coronatus anno insequente. Septembrem mensem *notat Onuphrius*. A Turcis capitur Belgradum, Christianorum propugnaculum in Hungaria, olim Taurunum dicebatur, inferioris Pannoniæ vrbs ad confluentia Saui in Danubium sita. Exarsit inter Carolum V. & Francum Regem bellum, hoc primùm anno: & interim dum Carolus Picardiam armatus intrat; in Italia Cæsariani, Sfortia Duce, alijsque in suam sententiam pertractis, effecerũt vt Franci Mediolano pellerentur. Carolus cogitur se in Flandriam recipere. Durauit hoc funestissimum inter claros Principes bellum annis 38. Masoriam in Campania propugnat contra Cæsarianos Anna Monmorantius, Hisdinum in agro Morinensi Belgico expugnant Franci, Duce Borbonio.

1522 | Indict. 10. | 1 Adriani 6 | 7 Caroli t. eius nominis 5. postea Imp. | 8 Francisci 1.

Caroli V. Cæsaris, ann. 4. Christiani, seu Christierni Regis Daniæ (quem *scribit Genebrardus* defecisse ab Ecclesia) infelicem nunc exitum notârunt plures Scriptores. Galli Fontarabiam in confinio Hispaniæ vrbem captam muniunt: Andreas Foxius Lesparoum à Franco Rege missus, qui Nauarram Henrico Alebreto restitui armis curaret, negotium à Rege commissum acriter promouens, Pampelonem etiam Hispanis eripuit, *vt narrat Ferronus*. In vrbis arce expugnanda, Ignatius Loyoleæ familiæ natu minimus, grauiter læsus vulnus accepit, quod & illi salutis initium fuit, & Societatis Iesu fundandæ (quæ ipsum parentem agnouit) diuinitus data occasio: nempe exacto iam anno, ex quo Pontifex Lutherum execratus, renuntiauit esse Hæreticum. Neruii, qui Tornacenses dicuntur, aquarum inundatione prohibente Francicum subsidium, subiiciunt seditioni Flandricæ. *Tillius, Ferron.* Rhodus Insula à Solimanno, post 8 mensium obsidionem capitur. *Onuph. in Chron.* Habitus principum Imperii conuentus Vormatiensis. adfuit data fide publica Lutherus. Sed rediit inde re infecta blasphemus in Saxoniam & à Carolo Imperatore proscribitur. *Onuph.*

1523 | Indict. 11. | 2 Adrian. 6 | 8 Caroli 1. eius nominis 5. postea Imp. | 9 Francisci 1.

Caroli 5. *Cæsaris, ann.* 5. Maclouæus, ductor latronum insignis, supplicio Parisiis afficitur. *Tillius.* ab Anglorum exercitu vexatur Picardia. Borbonius Dux deficit ad Carolum Cæsarem, cum aliquot Galliæ nobilibus. Angli, Flandri, & Germani in Franciam passim armantur. tentauit Rex obsidione Mediolanum, sed propugnante Borbonio, nihil effectum. Moritur Pontifex Adrianus 18 Kalend. Octob. successit Clemens 7, Florentinus, ex Medicea familia, S. R. E. Cancellarius a Leone X factus. In Dania Christiano secundo successit Rex Fridericus huius nominis primus. Habita disputatio Tigurina de sacrosancto missæ sacrificio inter Ioannem Fabrum doctorem catholicum postea Viennensem Episcopum; & Zuinglium ac Oecolampadium. Lutherani librum edunt quem 100 grauaminũ inscripserunt. *Onuph.* Interim Laurentius Campegius Cardinalis, legatus sedis Apostolicæ curat reformari in Germania solutos Clericorum mores, editis anno insequenti, constitutionum 35 capitibus.

1524 | indict. 12. | 1 Clementis 7 | 9 Caroli 1. | 10 Francisci 1.

Caroli 5. *Cæsaris, ann* 6 Cœpit hoc anno Zuinglius Tiguri, (post bellum Ecclesiæ cum Luthero indictum) reuocare ab inferis Berengarii Hæresim, socio sibi adiuncto Oecolampadio. adfuit Luthero iam ab anno illo Lipsicæ disputationis 1518, Carolstadius. *Surius in sua Histor. Genebrard. & alij.* Legationem ad Clementem 7, à Dauide Æthiopiæ Imperatore, quâ ille obsequium Sedi A-

postolicæ,& venerationem detulit,*narrant ad hunc annum Iouius, & Genebrardus*: quam alii in posteriora tempora reiiciunt. *lege Maffeum in Historia Indica,& Duiaricum Tom.2,Histor.Indicæ lib.3. cap.*14. Initium accepit Ordo Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant,autore Ioanne Petro Carapha, qui postea dictus est Pontifex Paulus 4.*Onuphrius*. Anabaptistæ incredibiles in Magistratum & Clerum motus,specie libertatis Euangelicæ, in Germania concitant.*Onuph.*1525. Borbonius, Cæsariani Ductor exercitus,Massiliam obsidet: aduolat Rex Francus: soluta obsidio.Rex Borbonium abeuntem insequutus,Lombardiæ partem maximam,& Mediolanum recipit:sed dum Papiam obsidet Cæsarianus exercitus,soluere cogitur obsidionem:grauique commisso prælio,25 Februar.Rex capitur.desiderati ex Francica nobilitate plures:in his Franciscus Lotharingiæ Dux, Tremollius, & alii.vrbes recuperat Hispanus.

1525 | 2 Clemētis 7 | 10 Caroli 1. eius nomi. nis 5. Cæsaris. | 11 Francisci 1.
Indict.15.

Caroli 5 *Cæsaris ann.*7.Rex Galliarum Franciscus suis nauibus ex Italia in Hispaniam traiicit:actumque,cum Rex ex morbo conualuisset, de pace cum Cæsare, conditiones Francis graues visæ,quas *recenset Ferron.lib.*8.*non longe à principio:* sed vt tempora illa postulabant,tunc quidem ferendæ. acta res est Madriti 14 Ianuar.Rex duobus filiis natu maioribus datis obsidibus, redit in Galliam 10 Martii:vbi habitis Regni Comitiis decretum est,non posse admitti tam iniquas pacis conditiones: placere solui pro redemptione Regis numeratam pecuniam: rogari denique Cæsarem,vt Leonoram sororem iam Regi ex pacis conditionibus desponsatam,vt conuenerat, mittat in Galliam.*hæc aliaque Franc.* Annales. Represssum nunc Rusticanum in Germania bellum, quod superiori Germaniæ pene vastitatem attulit.*Sur. in Histor. Genebrard.in Clemente* 7. Lutheri Secta diuisa in Zuinglianos, (qui Tropum in verbis Eucharisticis finxerunt:)in Sectatores Carolstadii Vitembergensis Archidiaconi,qui voce (Hoc) Christum in Cœna sedentem demonstrari excogitarunt:& Lutheranos, quibus simul cum pane Corpus Christi admittendum visum est.natæ etiam postea plusquam 60 Sectæ.sic sanè,qui ab Ecclesia deficientes,Fidei regulam semel deserunt,quot capita habent, tot sententias & errores comminiscuntur. Atrox agrestium Anabaptistarum seditio per Germaniam à Lutheranis excitatur. Sed tandem oppressa est coniuratio.

1526 | 3 Clemētis 7 | 11 Caroli 1. | 12 Francisci 1.
Indict.14

Caroli 5,*Cæsaris,ann.*8.Notant Scriptores hoc anno, Ludouici Regis Hungariæ fusum exercitum à Turcis, Regem ipsum acie occisum,& expugnatam Budam. Ferdinandus Austriæ Archidux,vtrumque Regnum: Bohemiam, & Hungariam consequitur,ob Annæ Ludouici Regis sororis coniugium. *Tillius, Genebrard.* Sigismundus Poloniæ Rex Dantisci punit Hæreticos. Carolstadius Hæreticus,primus Sacerdotum huius Seculi vxorem duxit;& Lutherus hoc anno Monialem.*Genebrard.Sleidan. lib.* 5 *Surius Histor*,tandem Carolstadium Lutherus pelli curat è Saxonia;& probrosis libellis inimicitias exercet cum Zuinglio. *authores citati,& Onuphrius.*Elizabetha Lusitani Regis soror Carolo 5. desponsatur.*Tillius.*Spirenses conuentus in Germania de religionis rebus habetur;&Badensis disputatio inter catholicos & sacramentarios.

1527 | 4 Clemētis 7 | 12 Caroli 1. | 13 Francisci 1.
Indict.15.

Caroli 5.*Cæsaris,ann.*9. Borbonius, ductor Cæsariani exercitus in Italia,Florentiam Franco Regi fauentem inuadere parat. cōfœderati Pontifex,Veneti,aliique Itali armati obsistunt,præcluso itinere. Borbonius, conuerso agmine 5 Maii Romam inuadit, occisus,dum primus muros conscendit: capta tamen,& direpta vrbs à Cæsarianis:in custodiam abductus Pontifex, authoribus

Principe Aurisiaco,& Neapolitano Prorege.grandi se pecuniæ solutione redemit. *Onuphr. Iouius. Ferronus. Tilius.* Nascitur in Hispania Philippus Caroli quinti filius. Ianus Lascaris,& Budæus Græca litteratura Galliã illustrãt:quibus etiã authoribus, Rex Frãciscus Bibliothecã(*inquit Genebrardus*)Fõtanabliã,seu Aquebelleã instruxit. Anabaptistarũ Hæresis vigere incipit. *Sleidan.lib.6.* dicti etiã Montzeritæ,à Thoma Montzero ipsorũ progenitore.hi præter alia in Dei Filium,& legitimum coniugium adinuenta mendacia, affirmant paruulorum Baptismum nullius esse valoris: quos proinde iterum baptizantes,nomen acceperunt. Henricus 8 Angliæ Rex vxorem suam,Cæsaris materteram,repudiat, factum Pontifice & Theologis valde improbantibus.superinducta Anna Bulleyne,ex qua postea nata est Elizabetha.hoc malorum in Anglia & Hæreseos initium,*narrat Polydorus, in fine suæ Historiæ.* fœdus inter hunc Regem & Francum renouatur,atque vtriusque nomine bellum Cæsari indicitur.*Tillius.*

1528 | 5 *Clemẽtis 7* | 13 *Caroli* I. | 14 *Francisci* I.

Indict. 1.

Caroli 5. *Cæsaris ann.* 10. Habitum nunc Senonense Concilium Prouinciale aduersus Hæreses, & de moribus. *Genebrard.* Scotiæ Regno fuit his annis,nunc pax,nunc bellum cum Anglo, prout confœderati Regni Francici res postulabant:sed perincommodè sub Rege hactenus puero,qui vix iam 16 annum superabat. Venerat in Scotiam anno 1514 Dux Albanius, è Gallia reuocatus: sed dũ Regnum pro Rege administrat,sequutũ cum Regina dissidium:itẽ Humei,(qui post capite plexus est,) & Reginæ fuga in Angliã anno ferè 1516.nec defuere alii in Regno tumultus eodem anno.Gubernator Albanus iterum in Galliã traiiciens, innouãdi fœderis gratia,non rediit ante annũ 1521.quo interuallo redeunte Regina Henrici sorore ex Anglia,Regnum ab aliquot designatis Principibus viris administratũ,satis turbulentũ rerũ statũ habuit: accessitque his malis mentio diuortii inter Reginam, & Angusiũ, quẽ rediens Gubernator exulare iussit in Gallia.Tres soles Tiguri visi.Geneuenses ex Catholicis euadunt Zuingliani. Bernensis Zuinglianorum habita disputatio.Concilium prouinciale Senonense contra Lutheri errores, & de morum emendatione. *Onuphr.* Tulit annus 1522 renouatum,hortante Rege Franco, bellum cum Anglis: donec Gubernator Regni,cura sponte abdicata,anno 1523,Franciam tenuit, Regina Regni administrationem suscipiente.rediit tunc in Scotiam Angusius,sequutusque grauis & diuturnus tumultus inter Reginam& Angusium.nec caruit res præliis.tandem Rex hoc,qui nunc agitur,Christi anno, & ætatis suæ 16,Regni gubernacula in se recipit,Angusio Maiestatis damnato fugiente in Angliam.*ita Scotiæ Historiæ Scriptores.* habuit eo tempore Regnum illud inter alios Episcopos, Gauinum Dumbar Aberdonensem, electum anno 1518, & Iacobum Betonium Santandrianum anno 1522. Bellum inter Francum & Cæsarem redintegratum, exceperunt inducias aliquot mensium; miserat Rex exercitum,qui Pontificem libertati restitueret, & qui Neapolim aliquandiu tenuit obsessam: sed peste oborta nihil effectum.*Annal.Franc.* Ioannes comes Tarnouius ad reprimendam Molschorum insolentiam profectus Staradubum munitionem celebertimam euertit,cæsis quindecim Præsidianorum millibus. Qui quoniam ad ipsam hyemem,obsidionem extraxerunt; vltra Tarnouius victor progredi non potuit.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Hispa.		Reg. Franc.
1529 Indict. 2.	6 Clemētis 7	14 Caroli 1. eius. nominis 5.	Caroli 5, Cæsaris, *ann.* 11. Ad annum præcedentem *refert Genebrardus* exitum disputationis cuiusdam apud Bernates Heluetios, quando tum ibi, tum apud Geneuenses, & vicinos Pagos, euersis Aris, deturbatisque Imaginibus, audacia Nouatorum erupit in insaniam, *vide Historiam Surii, & Sleidan. lib.* 6. Tandem 5 Augusti inter Principes pax constituta Cameraci, eò conuenientibus Margarita: Cæsaris amita, & Francisci Regis matre Ludouica, persoluta redemptio est Franci Regis, remissa à Cæsare Burgundiæ petitio, Regii liberi redditi à Cæsarianis: ducta etiam in Galliam Eleonora Cæsaris soror, iam Regi desponsata, *vt notaui ad annum* 1525. quibus peractis; Principes per totum Christianum Orbem discessere ab armis. *Ferron. Tillius.* Eodem anno natum spiræ Protestantium nomen, *scribunt Surius in Historia, Sleidanus lib.* 6. *& Genebrard, in Clemente* 7 à protestandi voce, & consuetudine. Basileæ & Argentinæ religio catholica abiicitur, & inducitur, Zuinglianismus. *Onuph.*	15 Francisci 1.
1530 Indict. 3.	7 Clemētis 7	15 Caroli 1,	Caroli 5 Cæsaris *ann.* 12. *à Coronatione Imp.* 1. Carolus Bononiæ die, qui S. Mathiæ sacer est, Imperiali Corona à Pontifice donatur. *Iouius, Ferron. Tillius.* Comitia Imper. Augustana habentur præsente Carolo Imperatore. hic Lutherani iam potestantes nuncupati, suam Fidei edunt professionem à Melanchone compositam. Cæsari in conuentu oblata & reiecta est. *Onuph.* ea mirum quoties deinde mutata: & tamen tanti adhuc apud eos, vt *Ioannes Lasco Epistola ad Poloniæ Regem*, profiteatur malle se Pauli, quam de Lutheri doctrina dubitare. ô insanum caput! cõtra vero Zuingliani in vrbibus suis Argentorato, Constantia, Memminga, & Lindanio, Confessionem longe diuersam addunt; posteris Nouatoribus relicto exemplo, vt rixæ plurimæ & totidem pugnantes sensus sint apud eos de rebus diuinis. *Sleidan. lib.* 7. *Sur. Histor. Genebrard,* fœdus Smacaldicum primum inter protestantium principes & ciuitates initum. Florentia ab exercitu Imperatoris vi fameque expugnatur, *inquit post alios idem Genebrardus,* aucta hoc anno Parisiensis Academia insigni liberalitate Francisci Regis, destinato nouis Professoribus honorario. in his Franciscus Vatablus linguæ Hebraicæ, Petrus Danesius Parisiensis (postea Vaurensis Episcopus) Græcæ, ac demum Orontius Fineus Mathematicis rebus docendis præficiuntur. *Ferron. Tillius Genebrard.* Margarita Flandriæ Gubernatrix, Caroli Imperatoris amita, vita cessit.	16 Francisci 1.
1531 Indict. 4.	8 Clemētis 7	16 Caroli 1,	Caroli 5. Cæsaris, *ann.* 13. *à Coronatione Imper.* 2. Heluetiis noua Zuinglii Hæresis bellum dedit, & antiquum fœdus inter eos violauit: quod antea constans 13 Pagis; in duas partes scissum est, Catholicos, & Hæreticos. in hoc bello occumbens Zuinglius, Bullingerum nunc accipit successorem: Oecolampadius à Dæmone, vel ab vxore cæsus, Osualdum Myconium. *Sur. Hist. Genebrard.* Obiere nunc fere Ludouica Francisci Regis mater, Maximilianus Sfortia Parisiis, & Princeps Aurisiacus tormento bellico extinctus. Ioannes Comes Tarnouius quatuor equitum Polonorum millia recensuit. Et contra Petrum Moldauiæ regulum, qui Pocuniam Polonici regni prouinciam inuadebat, profectus hostilem fudit exercitum & fugientem Petrum breui cepit, datoque, iterum iureiurando regi Poloniæ subiecit.	17 Francisci 1,
1532 Indict. 5	9 Clemētis 7	17 Caroli 1.	Caroli 5. Cæsaris, *ann.* 14. *à Coronatione Imper.* 3. Iniusta nobilium vis, alienas possessiones inuadentium castigata in Gallia, Conuentu Iuridico extra ordinem indicto, qui initium habuit anno superiore, Gallicè *les grands iours. Tillius.* Duo Reges Galliæ & Angliæ, primùm Bononiæ in Gallia, mox Calirii renouant fœ-	18 Francisci 1.

dera. *Tillius, Lesłæus, Hector. Scot.* Post diuortium Angli Regis cum iusta vxore Catharina, (quæ obiit 1535.) & ascitam contra ius fasque Annam Bulleyniam, (quæ Regis ipsius gladio postea periit,) sequuta anno 1534, ex iis initiis Religionis etiam iniuria. qui enim Ecclesiæ doctrinam, Theologos, & Pontificem in Catharinæ repudio repugnare sibi videbat; Lutheri (quem ante scripto impugnauit) oraculũ in hoc sequutus, Pontificis Romani nomen memoriamque omnem tolli iussit; ac se Caput Ecclesiæ postea ann. 1534 nominari: Ecclesiasticos exilio multatos bonis exuit: rem hanc Tragicam *narrant Polydorus extremo lib. 27. Lesłæus Historiæ Scot. in Iacobo 5. Genebrad. Tillius, & alii passim.* à quo tempore, Lutheri nomen in Anglia à plerisque Sanctum (si diis placet) haberi cœptum est. Pontifex Regem publico anathemate Ecclesiastico execratur. Solimannum Turcam (qui Viennam Austriæ obsidebat) fugat Carolus V. cæsis Turcarum 24000. *Tillius.* Florebat Hector Boetius, Scriptor Historiæ Scoticæ, & Academiæ Aberdonen. insignis primusque moderator. Pontifex Scotos sollicitat vt veram auitamque fidem retineant. *Leslæus citatus.* Michael Seruetus Hispanus, & Ioan. Campanus Germanus, ex Lutheranis blasphemi in sanctiss. trinitatem agnoscuntur.

1533 | 10 Clemẽtis 7 | 18 Caroli 1. | 19 Francisci 1.

Indict. 6.

Caroli 5. *Cæsaris, an.* 15. *à Coronatione Imper.* 4. Mense Octobri Galliarum Rex & Pontifex Massiliæ conueniunt: captum consilium de reprimenda Hæresi. Catharina Medicea Pontificis neptis desponsetur Henrico Valesio, Regis filio secundo. Legionarii per septem Regni partes in Galliis exemplo Romanorum constituti. *Tillius.* In Scotiæ publicis Comitiis latæ in Hæreticos Leges, firmataque auita erga Romanum Pontificem obseruantia: institutus quoque Senatus Edinburgensis, quem mox Summus Pontifex sua autoritate firmauit. *Leslæus in Iacobo* 5. quamuis *Buchananus* refert ad annum 1532. in Dania post obitum Friderici succedit Christianus 3. Anabaptistæ duce Bernardo, Monasteriũ Vestphaliæ vrbem maximam occupant, & regnum instituunt. Sed anno 1535 expugnata vrbe à Francisco Valdeco Episcopo cæsi sunt Hæretici. *Onuph.*

1534 | 11 Clemẽtis 7 | 19 Caroli 1. | 20 Francisci 1.

Indict. 7.

Caroli 5. *Cæsaris, ann.* 16. *à Coronatione Imp.* 5. Obiit sub finem anni Clemẽs Papa 7. Kalend. Octob. subrogatur 3. Idus Octob. Paulus 3. antea dictus Alexander, ex Illustrissima Farnesiorum familia, Cardinalis Ostiensis, & Decanus. Ænobarbus, vulgo Barbarossa é Turcis pirata, nunc planè Regnum Tuneti occupat in Africa. *Genebrard.* Henricus 8. hoc tandem anno palam, ab Ecclesia deficiens, Caput Ecclesiæ haberi voluit: quo dnomen illi post decennium cum vita cessauit. *Iouius, Genebrard. Onuph. & alii citati.* Thomam Morum Epistolarum Magistrum, & Roffensem Episcopum, viros optimos, anni sequentis 1. Iulii securi percussit, quòd antiqua Sacrorum iura tuerentur. Insinuabat se quoque Hæresis hoc anno in Gallias: in quam seuerè edixit Rex Franciscus. *Onuph.* aliquot Lutherani viui exusti. *Tillius.* Solimannus Turcarum Imperator, cum ingengi suorum clade vincitur, fugaturque à Sophi Persarum principe. Huc vsque Historiam protraxit suam Franciscus Guiciardinus. Alfonso Ferratiæ Duci succedit Hercules secundus.

1535 | 1 Pauli 3. | 20 Caroli 1. | 21 Francisci 1.

Indict. 8.

Caroli 5. *Cæsaris, ann.* 17. *à Coronatione Imp.* 6. Guleta Tuneti arx munitissima, deinde Tunetum enpugnantur in Africa à Carolo V, pulso Barbarossa, & cæso Turcarum magno numero. Aprili mense Romam Africæ Victor triumphans regreditur. *Paradinus.* Rotæ supplicium in Gallia nunc primum decernitur in latro-

nes. *Tillius. Genebrard* Rex Galliarum armatur in Italiam. Exercitus in hoc itinere Sabaudiam Regi subiicit; Taurinum, aliaque oppida expugnat, velut iure successionis Regi debitas Prouincias, pulso Carolo Duce 9. *Paradin.* Franciscus Galliarum Delphinus Lugduni veneno periit: sumptum de scelerato venefico graue, nec tamen satis condignum supplicium. Redintegrato inter Carolum & Francum Regem bello, Marchio Salusianus à Rege ad Cæsarem deficit. Carolus exercitum Africæ domitorem, Aquas Sextias, non longe à Massilia ducit. Huic Regius exercitus occurrens, præcluso vlteriore aditu commeatum impedit, crebraque velitatione ita incommodauit, vt Cæsarianus exercitus, morbo etiam dysenteriæ vexatus, in Italiam, & Cæsar ipse in Hispaniam redierint. *Tillius, Genebrard. Paradin. c. 13. & 14.* Nunc in Galliam venit Scotiæ Rex Iacobus quintus, Regem Franciscum videndi cupidus: connubio Magdalenam Regis filiam accipit. nuptiis, quæ plenæ erant dignitatis & concordiæ peractis, Rex in Scotiam rediit. *Leslæus.*

1536 | 2 Pauli 3. | 21 Caroli I. | *Caroli* 5. *Cæsaris, ann.* 18. *à Coronatione Imp.* 7. Dux Florentinus Alexander Medices, Caroli Cæsaris gener, à Laurentio propinquo suo per noctem & nefas occiditur: successit Cosmus Medices Dux 2. Hunc laudatum principem, & Laurentii percussoris hostem, ad Hetrusci Imperii potentiam, nesciens prouexit Laurentius, *inquit Iouius in Alexandro.* In Scotia Regis vxor Magdalena Franci Regis filia, tabe interiit. *Tillius, Leslæus &c.* In Gallia Præses Gentilis Italus, peculatus reus, in publico patibulo vitam finit. In Morinis apud Belgas, Rex Francus Hisdinum deditione capit. Cæsariani Fanum Pauli vicinum expugnant, Monstrolium deditione accipiunt, & vtrumque incendunt. demum Morino vrbe, Gallicè (*Therouenne,*) quam obsidebant, relicta, inducias in 10 menses accipiunt. In agro quoque Taurinatium, & Pedemontano pugnatum est. Franci ductore Delphino, Segusio & Montcalerio potiuntur, Cæsarianis sese vltra Padum recipientibus, hæc quidem in hunc annum *Tillius: Paradinus* in sequentem reiecit, *c.* 16 & 17. secutæ aliquot mensium induciæ. moritur Basileæ Erasmus Roterodamus, | 22 Francisci I.

Indict. 9.

1537 | 3 Pauli 3. | 22 Caroli I. | *Caroli* 5. *Cæsaris, ann.* 19. *à Coronatione Imp.* 8. Apud Niciam in Prouincia, Pontifex, Imperator, & Galliarum Rex, locis tamen seiuncti, de pace diu multùmque differunt. & cum nulla posset constitui, induciæ in decennium admissæ sunt. Redeunte in Italiam Pontifice, duo reliqui Principes in mutuum venerunt conspectũ ad Fossas Marianas, (*Aiguemorte,*) & post aliqua de Regnis suis vtrinque agitata, amicè digressi sũt. *Tillius, Paradin.* Hoc anno turris bellica Parisiis ad portam S. Anthonii, fulmine ad imum discussa est; & vi pulueris tormentarii, qui in magna ibi copia asseruabatur, saxa in vrbis ædes varias disiecta, magnas edidere ruinas. *Tillius.* In Scotia nobiles aliquot, qui Regi necem machinari credebantur, supplicio affecti. In his Domina de Glammes, Angusii soror igne, Dauid Lyonius maritus laqueo, & Ioannes Forbesius capite plexus periere. *Leslæus.* Rex filios suos nothos opulẽtis Monasterijs ditauit. *idem. Paulus* 3, concilium generale tollendarum hæreseon causa, Mantuæ primum, mox Vicetiæ, ac demũ Tridenti indixit. meminit *Onuph.* Lutherani principes Smalcaldiæ de suis sectis deliberant. & iterum anno 1540, Pomerano & Melanchthone ducibus, de vniendis sectis Lutherana & Zuingliana. | 23 Francisci I.

Indict. 10.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Hispa.		Reg. Franc.
1538 Indict. 11.	4 Pauli 3.	23 Caroli t. eiu. nomi-nis 5.	Caroli 5. Cæsaris, an. 20. à Coronatione Imp. 9. In Scotia Rex Mariam, Guisii Ducis filiam, & Longauallei Ducis viduam, ducit vxorem: peracta res est Legatione in Franciam Dauidis Bethoni, quem non ita pridem in numerum Purpuratorum Patrum retulerat Paulus 3. Rex Francus de litibus forensibus compendio breuiterque decidendis Legem tulit optimam: quam male obseruatam queritur *Tillius*. Idem edixit anno sequente, vt Decreta deinceps non Latinè, sed Gallice fierent. *Genebrard*. Anglus Rex extincta gladio Anna Bulleynia, vxorem ducit Ioannam Ioannis Seymer Equitis filiam, ex qua Edoardum 6. hoc ipso Christi anno suscepit. mater biduo post partum expirauit, *Polydor*. qui hic claudit Historiam.	14 Francisci 1.
1539 Indict. 12.	5 Pauli 3.	24 Caroli 1. eius nominis 5.	Caroli 5. Cæsaris ann. 21 à Coronatione Imp. 10. Gandauenses in Cæsarem, & Mariam Cæsaris sororem, quæ Belgium regebat Cæsarienses, seditiosi; à Franco Rege, ad quem deficere volebant, reiecti. *Tillius*. nunc Cæsar, accepta Regis fide, per Gallias in Flãdriam transiens; amicè, & magno apparatu per Galliæ ciuitates exceptus est. Rex Scotiæ suos domat Insulanos: filius ei Iacobus dictus nascitur, alter quoque anno sequenti: sed vtrumque eodẽ anno mors abstulit. interim Monachi aliquot Apostatæ, aliique pœnam Hæreseos igne luunt. *Lesleus*. Henricus Angliæ Rex, Ordinum Regni habito Conuentu, pleraque interponit de Religione Decreta, veritati consentientia, de Eucharistia, Pœnitentiæ Sacramento, Votis, Cælibatu, & similibus: sed antiquata post 8 annos ab Edoardo filio. *Sur. Histor. Sleidan lib. 12. Genebrard*. Moritur Georgius Saxoniæ dux, catholicæ religionis amantissimus, & acerrimus Lutheri hostis, anno insequenti conuentus Vormatiẽsis de religione habetur. *Onuph*.	25 Francisci 1.
1540 Indict. 13.	6 Pauli 3.	25 Caroli 1.	Caroli 5. Cæsaris ann. 22. à Coronatione Imp. 11. Cæsar Gandauenses castigat, imponitque vrbi arcem munitam. *Tillius*. Vayuodæ Regis Hungariæ mortem excepit Hungaricarum rerum inclinatio. Georgius Monachus tutor datus Vayuodæ filio, Hungariam, quæ patri parebat, coegit quidem iurare in verba filii, sed Ferdinandus Cæsaris frater Budam obsidione cingit: Turcarum exercitus, Ferdinandi fuso exercitu potitur Buda, & Vayuodæ filium relegat in Transyluaniam. Anglus, nunc primum Hiberniæ Regem se scribit, antea Hiberniæ Dominus tantum vocatus. idem Princeps quarto coniugio Mariam Cleuensis Ducis sororem ducit vxorem. eâ mox repudiata, quintam Anglici sanguinis superinductam, & adulterii ream post aliquod tempus capite mulctauit. in Scotia Iacobus Hamiltonius, Regi à consiliis, intimusque, capite plectitur. Ioannes Borthuicus, militum Præfectus, ob Hæresis crimen damnatus, fuga euadit. *Lesleus*. Iam excurrebat annus 16, ab Ignatii Loyolei ad sanctioris vitæ studium conuersione. quod omne tempus Manresæ, Romæ, Venetiis, & Hierosolymis, vsque ad annum 1525 transegit, in cœlestis vitæ iaciendis fũdamentis. ab eo verò tempore Barcinone, Compluti, & Parisiis decennio integro litteris dans operam, Philosophiæ, ac Theologiæ studia feliciter peregit, laureâ etiam Philosophica donatus. reliquum quadriennium, vsque ad hunc Christi annum 1540, iuuandis proximis, sociis quos iam antea collegerat informandis, & futuri Instituti meditationi datum est. tandem hoc ipso anno excurrente, à Paulo 3, Pontifice Maximo, approbotum Societatis huius & nomen, & Institutum est: ac tum ab eodem Pontifice, anno 1544, tum ab aliis deinceps Pontificibus sæpius confirmatum, quanta vnquam cautione vllus alius in Ecclesia Dei ordo, legitur institutus, & receptus.	26 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris ann. 23. à Coronatione Imp. 12. Dux Cleuensis (quem Geldrenses post Ducis sui mortem pro Duce sibi assciuerant) reiectus anno 1540, à Cæsare; adit nunc Galliæ Regem, initoque fœdere, promittitur illi in vxorem Margarita, Regis & Reginæ Nauarræ filia vnica. *Tillius.* Ratisbonæ habita Cæsariana Comitia; controuersia de Religione reiecta ad futurum Concilium Tridentinum; bellum decretum in Turcas: sed exercitus Germanorum ad recuperandum Budam missus, Ducum socordia profligatur. Cæsaris in Africæ Argeriam classis missa sub Autumni finem, naufragio cladem accepit magnam. huic tamen cladi sequentem aliqui dant annum. In Gallia Poyetus Cancellarius, corruptelæ & compilationum reus, bonis Fisco adiudicatis, in carcerem missus est. Montelonius Cancellarium agit, antea in Parisiensi Senatu Præses. Anglus Rex Scoticis nauibus 28 iniustè captis, nouo bello Scotico initium dedit: sed irruentes in Scotiam Angli 9 Kal. Septemb. ad Haldonrigum victi profligatique sunt, Huntleo Comite Duce. *Lesl æus* Xauerius Societatis Iesu primus in Indiam mittitur à Pontifice, & Ioanne Lusitaniæ Rege huius nominis 3, soluit Olisopone 7 Aprilis. *Masse. sub initium lib. 12.*

1541 | 7 Pauli 3. | 26 Carol. 1. | Indict. 14. | 27 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris, ann. 24. à Coronatione Imp. 13. Ob violatos Galliarum Regis anno 1541 Legatos, exarsit nunc luctuosum bellum Regi cum Cæsare. Cleuenses ad 20 millia armati, iungunt se copiis Francicis, quas ductabat Longiuallius; & Flandris Cæsarianis dãna inferũt Cæsariani Cleuẽsẽ ditionẽ fœdè vastãt. Rex Perpinianũ, in Hispaniæ confinio, vexat, obsidetque: expugnari tamen vrbs nõ potuit, à multis Hispanis defẽsa, & aquarũ inũdatione munita. Bellum inter Anglum & Scotum Reges terra marique geritur: emissæ in Anglos cohortes aliquot ad locum, cui nomen est Solouamos. Nobiles Scoti indignati, Oliuerio Sincleri o inferioris ordinis homini, belli imperium esse commissum, voluntaria deditione in potestatem Anglorum venere. Rex acerbo dolore correptus, deteriora etiam de reliquis suspicatus, morbum contrahit. breuique diem claudit, cum paulo ante nata ei esset filia Maria, postea Galliarum Delphino Francisco 2 nupta. *Lesl.eus.* hæc mortuo patre filia vnica, 7 dies nata, regnare cœpit 14 Decembris. Comes Arrancæ, Reginæ tutor, Regnique Gubernator electus. Concilio generali Tridenti indicto, Cardinales tres, Ioan. Moronus, Pet. Paulus Parisius, & Reginaldus Polus delegantur à Paulo 3. sed nouis exortis bellis re infecta abierunt. Huc vsque qui Eusebii Chronicon suppleuerunt.

1542 | 8 Pauli 3. | 27 Carol. 1. | Indict. 15. | 28 Francisci 1.

Caroli 5. Cæsaris ann. 25. à Coronatione Imp. 14. Cæsariani à Cleuensibus quidem victi, at Cæsar ex Hispania aduenies, collectis Germanicis copiis, Duram Cleuensium expugnat, & Ducem ad veniam petendam compellit, receptis etiam præcipuis Cleuensium vrbibus. Rex Francus in Hannoniam progressus, Landricum capit ac munit. eodem anno á classe Turcica, Ænobarbo duce, Nicia capta præter arcem, direptaque est. Angli in agro Bononiensi cædes effecere maximas. in Scotia agebant Angliæ Legati, vt Maria Regina Edoardo Valliæ Principi vxor daretur. eò propendebant nobiles illi, qui tunc ex Anglicana custodia redierc: tandemque Lenoxius Comes, qui Regni administrationem petebat, pulsus à Gubernatore, deficit ad Anglos. Regina Striuilingi coronatur, & custoditur, sed dum pugna protrahitur inter Gubernatorem & Lenoxium, Cardinalis Betonius, Anglorum conatibus contrarius, in carcerem coniicitur. cœpitque tunc Monachus quidam, à Dominicanorum Instituto Apostata, libere inuehi in res Sacras, eaque pro concione effutire, quæ breui gradũ

1543 | 9 Pauli 3. | 28 Carol. 1. | Indict. 1 | 29 Francisci 1.

fecerunt ad Religionis inclinationem. *Leslæus.* Ioannes Eckius, & Albertus Pighius hoc anno obiere. *Genebrard.* Hermannus Archiepiscopus Colonienſis in Lutheranam lapſus Hereſin, et in errore pertinax, priuatur tandem ſacerdotio, anno 1546 à Paulo 3.

1544 | 10 Pauli 3. | 29 Caroli 1. | 30 Francisci 1.

Indict. 2.

Caroli 5. Cæſaris ann. 26. à Coronatione Imper. 15. Cæſar Regem Galliæ curat in Spiræ Comitiis hoſtem Imperii pronũtiari: mox iuncto cum Anglis conatu, irrumpit in Gallias. Lucemburgum deditione accipit: & dum Campaniam ingreſſus, obuia aliquot oppida deditione accipit, trepidatum Pariſiis eſt. Eodem tamen anno Anglus, qui captã Bononia vaſtabat vicina loca, repulſus in Angliam eſt. Inter Alpes ad Carignianum 14 Aprilis altera Paſchatis Feria, Franciſcus Anguineus Alpium Prorex, memorabilem refert victoriam, fuſis Cæſarianorum 20 millibus. demum Cæſar Cathalauni pacis conditiones admiſit; quibus nouo hoc bello ablata reſtituebantur omnia: ac mox in Flandriam ſe recepit die Martii 14. pacta conuenta *habet Marchantius, lib. 14. c. de bello Gallico.* Societatis IESV Inſtitutum à Paulo 3 iterum approbatur, ſublata numeri definitione. In Scotia, proſcripto à tribus Ordinibus Lenoxio, frater eius in Gallia Ioannes Stuartus Aubigneus traditur carceri. Poſt varias ab Anglis iactatas bellorum minas, hoc anno in limitanea regione à Scotis vincuntur ad Ancramum. *Leslæus.* Zuingliana hæreſis propagata ad Flandros à quodam Petro Brullio Gallo, Argentina dimiſſo.

1545 | 11 Pauli 3. | 30 Caroli 1. | 31 Francisci 1.

Indict 3.

Caroli 5. Cæſaris ann. 27 à Coronatione Imper. 16. Francica claſſis, trecentis nauibus inſtructa, Britannici maris Imperio potitur, Anglos in Inſulam cogit, Bononiam, erecta ex aduerſo arce, cingit: tandem Anglus, pace conſtituta, Bononiam Britannis Armoricis tradit, reddendam Franco Regi, ſi ipſe ſtatuto die pactam pecuniam Anglo numerabit. Carolus Imperator ad reprimendos in Germania Hæreticos armatur, fuſoque rebellium exercitu, in quo 60 armatorum millia numerabantur, Saxoniæ Dux capitur, Vitembergenſis bonis omnibus exuitur, potitur breui Cæſar tota fere Germania. *Genebrard. Tillius, Onuphrius anno 1546. Surius Hiſtor.* Venerant hoc tempore in Scotiam Gallorum quinque naues, duce Georgio Mongomerio, in ſubſidium aduerſus Anglos. Certè Anglorum ibi factione creſcente, & ſerpente latius in dies Hæreſi inteſtinis etiam tumultibus Regnũ hoc exagitabatur. Inchoatum tandem eſt, miſſis eò Cardinalibus, Tridentinum Concilium, finiendum an. 1563. Pontificibus Paulo 3. Iulio 3. & Pio 4. vltimum Generale & Oecumenicum. *Onuph. Genebrard.* extant Auguſtiſſimi huius Concilii Acta omnia.

1546 | 12 Pauli 3. | 31 Caroli 1. | 32 Francisci 1.

Indict. 4.

Caroli 5. Cæſaris ann. 28. à Coronatione Imp. 17. Cæſar hoc & ſequenti anno debellat Germaniæ Proteſtantes. *Surius, Genebrard.* Lutherani, & Zuingliani in ſe mutuo conuerſi, importuniſſimum odium ſcripto exercent. Obiere Pariſiis Franciſcus Vatablus, & Iacobus Tuſanus Regii Profeſſores. Vatabli nomine conditam Bibliorum verſionem, (quam Vatablus non agnouit,) Geneuenſibus, & Roberto Stephano *tribuit Genebrardus.* Lutherus hæreſiarcha morte pene repentina extinguitur, *Onuph.* Hactenus Paulus Iouius Hiſtoricus. Colloquium Francofordienſe inter Catholicos & Lutheranos.

EN tibi Lector deinceps, res & nostrâ memoriâ gestas, & quæ proindè citatis Auctoribus magnopere non egent. Sed molestiarum, & periculi plenas facilè vides. Δῦναι γὰρ γραφῆ (vt Græcus ille Scriptor de se dicebat) νυνὶ καὶ τὰ λείποντα, ἅ μοι λυσιτελὲς, ἀδ' ἔυκαιρον κέκριται. Vrget tamen instituti ratio, quæ promissum operis finem, vt fidem ipsa liberet suam, à me postulat. Pareo: sed ea lege, vt res in omnium conspectu gestas, certasque narrare sit satis; nullâ in alterutram partem styli propensione, nulli (quod hinc consequens est) nascente animorũ iusta offensione. criminetur qui volet res gestas: non meæ sunt: eas candide narranti, nemo irasci potest.

1547 Indict. 5. | 13 Pauli 3. | 32 Caroli 5. eius nominis 5. Imp. | 1 Henrici 3.

Caroli 5. Cæsaris ann. 29. à Coronatione Imperat. 18. Clauserunt diem sub huius anni initium duo magni Principes; Anglus, Kalẽd. Feb. Francus pridie Kal. Aprilis: sed quam dispari excessu? Edixerat quidem Henricus Angliæ Rex anno 1539 pleraque aduersus falsa Lutheri dogmata. verum qui se Caput Ecclesiæ in illo Londinensi Concilio constituit, eoque nomine Sacerdotiorum fructus ac decimas *vt narrat Polydorus* vsurpauit, itá q; demũ vixit: eum irato adhuc numine è vita abiisse facile credunt mortales. Contra vero Galliarum Rex Franciscus, post res memorãdas domi forisque gestas, pacato Regno, sanctissimis Ecclesiæ receptis Sacramentis, Christianissimus Princeps, cœlo terrisque gratus, sancto fine quieuit. Regnat Henricus eo nomine 2. annum agens 28. Anglo Regi succedit Edoardus octo annorum puer: datus ei tutor, & Regni administrator Seymerus, Hartfordię Comes, & auunculus; sub quo proximus annus Religioni ac auitæ fidei luctuosus erit: quo etiam, illa quæ pater Hẽricus in Lutheranã Hæresim edixerat, antiquata *narrat Genebrard.* In Scotia iam 3 Kal. Iunii, anni 1546, Cardinalis Betonius, Regni Cancellarius, in arce Santandriana, à conspiratoribus hæreticis percussus occubuit: in percussoribus numerantur Normannus Leslæus, Grangius Eques, Kircaldius, cum aliis paucis. sicarios *vocat in sua Historia Leslæus Episcopus:* quos patronos nactus Knoxus, Caluinistarum Minister, egregie postea Sacerdotum sitiuit sanguinem. Castrum non nisi hoc anno 1547, aduentu Francicarum triremiũ sexdecim, Strotio Duce, deditione receptum est. Percussores constricti vinculis in Galliam abducti. Dosellius à nouo Franciæ Rege, confirmandi antiqui fœderis gratia missus in Scotiam, aliquandiu in eo Regno hæsit. eodem anno 5. Nonas Septembris, dubio Marte pugnãt Scoti aduersus Anglos ad Inuerescã: & proximo die ad Pinx in Cluch, iusta totaque acie certatur: sed dum Scoti, partâ pene victoria, solutis ordinibus fugientes Anglos insequuntur, hostes redintegrato prælio, victoriam fecere suam, memoranda Scotorum edita strage. desiderati plurimi. capti nobiles aliquot: in his Huntleus Comes, Regni Cancellarius: qui fide data soluendæ redemptionis plurimos dimitti curauit. Humeum castrum ab Anglis occupatum, Dudleo datur custodiendum. amissa quoque, Brughtei castrum, & Hadingtonum in Laudonia oppidum. Francorum imploratur auxilium, quod afflictis Scotiæ rebus non defuit. Franciscus Borgia, Gandiensis in Hispania Dux, rebus mortalibus valere iussis, Societatis IESV instituto se addicit. concilium Tridentinum Bononiam translatum notat Onuph.

154 | 14 Pauli 3. | 33 Caroli 1. | 2 Henrici 2.

Indict. 6.

Caroli 5. Cæsaris ann. 30. à Coronatione Imp. 19. Rex Francus Lugduni hoc anno cum Regina exceptus, insigni apparatu & triumpho. Lutetiæ Iudicum Consessum constituit extra ordinem, qui Hæreticorum cognita causa eosdem seuere puniat. Anthonius Dux Borbonius Ioannam Dalbret Regis & Reginæ Nauarræ filiam vnicam, sibi locatam connubio accipit. quo tempore Aquitanica seditio ob salinarium vectigal in Regem excitata, reprimitur à Montmorantio Equitum Magistro. Burdigalæ capite mulctati seditionis authores, arma ciuibus adempta, abdicatus Senatus, & præter alia dirutæ ædes publicæ, campanæ tormentis sacris ac prophanis extractæ, bellicis tormentis conflandis destinantur. Gallorum classis à Rege in Scotiam destinata, appulit 16 Iunii, Desseo Duce. sic stetit res Scotica; & qua leuiter pugnando, qua obsidendo Hadingtonum oppidum, repressus Anglorũ impetus non parum est. Inter hæc Regina per triremes in Galliam, omnium Ordinum consensu missa, Delphino locanda in matrimonium: appulit feliciter, euitatis Anglorum in ea nauigatione insidijs. habentur hoc anno Ausburgense, & Treuerense Concilia, de Fide & moribus. *extant Tom. 5. Concilior. Surius. Histor.* vbi etiam de Augustanis Comitijs à Cæsare habitis. A Theologis quibusdam editus liber, qui INTERIM, inscribebatur. modum continebat quo in negotio religionis per imperium, vsque ad generalis Concilij definitionem viuendum esset. Fuit hæc interreligio (seu Interim) publicata à Carolo S. Augustæ Vindelicorum in comitiis. Lutherani Pellicanus, Pet. Martyr, Bulingerius, Musculus Brentius, item Bucerus & Osiander nouæ hæresis de iustificatione fabricator, spargunt sua venenata dogmata. In Polonia moritur rex Sigismundus primus.

1549 | 15 Pauli 3. | 34 Caroli 1. | 3 Henrici 2.

Indict. 7.

Caroli 5. Cæsaris ann. 31. à Coronatione Imp. 20. Habita hoc anno Concilia Colonien se, & Moguntinum, *Tom. 5 Concil.* Philippus iam Hispaniarum Rex, ex Hispania per Italiam & Germaniam venit in Flandriam ad Carolum Patrem Imperatorem: & Maximilianus Iunior in Hispaniam Prorex mittitur. In Gallia Catharina Medicea Regina apud S. Dionysium coronatur mense Iunio, & posteà amplissimo triumpho, primum Rex, deinde Regina Parisiis excepti sunt. Sumptum de Veruini Domino seuere supplicium, ob mala fide, vt videbatur, nauatam operam in propugnanda aduersus Anglos Bononia. agitari cœpit Anglia intestinis tumultibus, & bellum præter expectationem inter Francum & Anglos susceptum: in quo Galliarum Duces Bononiam vicinaque loca recuperant. Anglicani dissidii intestini causam, post alios, dat *Tillius*, violatam Religionem auitam. Apud Scotos Angli in Fifa victi: sed Deidonum ab Anglo milite capitur eodẽ tempore, igneque vastatur. Comes Huntleus, deceptis in Anglia custodibus, noctu in Scotiam, dispositis equis euolat: dumque vario Marte vtraque gens decertat, D. Termius è Gallia cum nouis copiis oportunè Scotis venit subsidio. Desseus, erepto Anglis Inche Kethi Insula, bellique Præfectura Termio relictâ, redit in Galliam. Successit Anglicanarum rerum tunc magna inclinatio. Hadingtonio cedunt Angli: Brughtæum castrum deditione Scoti recipiunt: tenuitque res Scotica pristinum suum statum proximo anno: qui etiam attulit pacem inter Francum, Anglum, & Scotos constitutam: tuncque reuersis in continentem Gallis, Scotia externo milite cœpit carere. Romæ vita cessit Paulus 3 Pontifex, 4 Idus Nouembris: vacauit Sedes menses tres. Obiit eodem anno Andreas Alciatus Papiæ. Martinus Cromerus libris 30, Historiam rerum Polonicarum huc vsque produxit, ab anno Christi 550. Xauerius Iaponiam ingreditur, primus

ibi præco Euangelij. Ioachimus Perionius Benedictinus Theologus, Aristotelem nunc primus dedit Scholis Philosophorum, Latinè & Ciceronianè loquentem quem sequutus posteà est alia versione Iacobus Carpentarius. Senatus Burdihalensis restituitur, post abdicationem anni 1548.

1550 | 1 Iulij 3. | 35 Caroli 1. | 4 Henrici 2
Indict. 8.

Caroli 5. *Cæsaris ann.* 32. *à Coronatione Imp.* 21. Pontifex electus Ioānes Maria Arretinus, natus Romæ in Parionis regione, dictus Iulius 3. ex Episcopo Prænestino, & presbytero Cardinale S. Vitalis, creatus 7. Idus Febr. Cognitio Hæreseos in Gallia à Iudicibus ciuilibus ad Ecclesiasticos reuocata: & cautum, ne Senatores, Antistitum Ecclesiasticorum agant Vicarios. Claudius Lotharingus primus Dux Guisius, Burgundiæ Prorex, & Par Franciæ moritur. quo tempore Rex à Rothomagensibus ingenti apparatu Regio exceptus est. Cæsarina classis, Archipyratā Draghutium, qui Mediterraneum mare latrociniis infestabat, persecuta, fugat in Africam; & vrbem, quæ etiam Africa dicebatur, obsidione cinctam capit, ac diripit, ineunte Septembri mense. Regina Iacobi quinti vidua, soluens è Scotia, venit in Galliam, & excipitur Rothomagi honorifice à Galliarum Rege. Conuentus procerum Imperij habitus Augustæ Vindelicorum. Huc vsq; qui Sabellici historiam suppleuit. annus est Iobileus, & 10 vt notat Onuph. sed de contracto sæpius Iobileo vide, indicem verbo, *Iubileus*.

1551 | 2 Iulij 3. | 36 Caroli 1. | 5 Henrici 2.
Indict. 9.

Caroli 5. *Cæsaris ann.* 33 *à Coronatione Imper.* 22 In Italia inspiratū Parmense bellum exortum. Petro Aloisio Farnesio, qui Placentiam & Parmam à Paulo 3, possidendas acceperat, cæso à coniuratis: Octauius filius, dum paternum ius tueri nititur, à Cæsarianis prohibetur. ergo Parma mense Iulio à Gonzaga Mediolanensi Præfecto obsidetur. adfuit in hoc bello Henricus Galliarum Rex Octauio Duci contra Gonzagam. Cæsariani Dandelotum in Insubria captiuum velut hostem abducunt. Brissacus apud Pedemontanos Prorex, oppida aliquot, iubente Rege, expugnat. Dum inter hos Principes redintegratur bellum, Regina Scotiæ vidua per Angliam (Londini magna beneuolentiæ significatione excepta ab Edoardo) redit in Scotiam, Regni administrationem susceptura ad an. 1551. Moschus in Tartaros Cazanēses relictis Polonis signa conuertit, quibus oppugnandis postquā septennium impendisset; hoc demum anno metropoli ipsorum Cazana nuncupata, & arce potitus est. Concilium Tridentinum iterum reuocatur Tridenti. Legatus Sedis Apost. præest Marcellus Crescentius Cardinalis. anno insequenti ob bella dissoluitur.

1552 | 3 Iulij. 3 | 37 Caroli 1. | 6 Henrici 2.
Indict. 10.

Caroli 5. *Cæsaris. ann.* 34. *à Coronatione Imp.* 23. Quanto odio certatum sit hoc demum anno, & deinceps inter Lutheranos & Zuinglianos, & quod nunquam potuit posteà extingui, *narrat Genebrard. in Iulio* 3. Rex Heniicus (an eo prætextu, *quem narrat Genebrardus,*) magni ductor exercitus, Tullum, Verodunum, & Mediomatricum vrbem, tres Episcoporum Sedes Imperio subtraxit, misso Lotharingiæ Duce, nouem annorum puero in Gallias, cui Regis filia in matrimonium promittitur. Cæsar, Metim Mediomatricum vrbem mense Octobri obsidet. eam obsidionē mense proximo *Genebrardus, alii* Ianuario, cum vim hyemis non sustineret exercitus, solutam scribunt. Cæsar in Belgium se recepit. Hoc anno in Scotia penè tota, occupatum habuit Regni Gubernatorem, Iusticiarium iter, vt vocant, seu animaduersio in fontes, ex Reginæ & nobilium consensu, in omnibus Prouinciis per Iuridicos Conuentus. actum de Regni administratione in Reginam viduam transferenda, vti Francus Rex optare se affirma-

bat. Hamiltonio Proregi res initio visa est ingrata: tandem tamen Imperio se abdicat: additæ conditiones, vt Hamiltonius Castellorotij, seu Castelheraudiæ ad Viennam fluuiũ Dux esset, à tutelæ rationibus deinceps immunis, & Britannodanum; (*Dũbritonium* vocant,) castrum penes Hamiltonium maneret. Diem clausit Franciscus Xauerius in Sinarum finibus 4 Nonas Decembr. cum per annos 11, magnis clarus miraculis, plurimos mortales ad Christianam Fidem conuertisset in Orbe altero, vltra & citra Æquatorem. corpus defunctum viua calce opertum, integrum miraculose manet. *Torsellin. in eius vita.*

1553 | 4 Iulij 3. | 38 Caroli 1. | 7 Henrici 2.
Indict. 11.

Caroli 5. *Cæsaris an.* 35. *à Coronatione Imper.* 24. Cæsariani in Morinis Terouanum Quinctili mense expugnant, & mox Hesdinum. Edoardus 6, Angliæ Rex adolescens diem claudit 6 Iulij: Maria filia Regis Henrici 8. natu maxima, Regio diademate insignita: Duces Northumbrius, & Suffolcius, aliique factionis in Principem ductores, Lõdini capite plectuntur: pulsis etiam Nouatoribus, Catholicam Religionem magna ex parte suæ Angliæ ipsa restituit; desponsata Caroli Imperatoris filio Philippo.

1554 | 5 Iulij 3. | 39 Caroli 1. | 8 Henrici 2.
Indict. 12.

Caroli 5. *Cæsaris ann.* 36. *à Coronatione Imper.* 25. Galliarum Rex, per mediam Hannoniam incedens, omnia ferro & cæde vastat, & Bincium, Mariæ Reginæ delicias occupat: Villã Regiam Folembrium, operosum opus euertit, Rentinum in Artesiæ finibus obsidione cingit. ibi aduentu Cæsaris soluta obsidio; & acriter vtrinque pugnatum. quã pugnam cum nox diremisset, Rex postridie, accepto nuntio male à suis pugnatum in Hetruria, profligatis per Cæsarianos; dato receptui signo, copias Monstrolium traduxit. Mense Augusto. P. Strozza, patriæ suæ Hetruriæ libertatem, ut ipse iactabat, vendicare studens, & ad eam rem à Senensibus in Ducem electus, Gallorum copias à Rege, sub quo aliquandiu stipendia meruerat, impetrat. Contra, ex Insubribus, & à Neapoli, Cæsariani pro Florentino Duce stabant: his fauet victoria, fuso equitatu Gallico post primum telorum iactum. post hæc Brissacus Taurinatium arcem Hibernam, Duriæ amni (quæ tandem Pado miscetur) impositam occupat. quâ expugnatâ, patebat Gallis Italia. Lætus hic & sequens annus fuit Angliæ Orthodoxis: quando futuri Regis, Reginę, & Cardinalis Poli autoritate, Anglia tota, sublato Schismate, Ecclesiæ reconciliata est. *Surius Hist. Genebrard.* Subacto Cazanensium Tartarorum regno, de quo 1551, Moschus ad Astracanenses Tartaros conuersus, nunc Astracanum metropolim occupat; Citracham olim dictã, celebre orientalibus mercibus emporium supra Volgam fluuium sitam (veteribus Rham nuncupatum) quinquaginta septem ostiis in mare Caspium sese exonerantem

1555 | 1 Marcelli 2 | 40 Caroli 1. | 9 Henrici 2.
Indict. 13.

Caroli V. Cæsaris ann. 37. *à Coronatione Imper.* 26: Obiit hoc anno Iulius 3. Romæ 10 Kalend. Aprilis. electus Marcellus 2 Politianus, Tuscus, ex Presbytero Cardinali S. Crucis in Hierusalẽ, creatus Romæ 5 Idus Aprilis. Obiit magnæ expectationis Pontifex, Kalẽ. Maii: substitutus post dies 22, Paulus 4, Neapolitanus, antea dictus Ioãnes Petrus Carafa, Matalumæ Comitis filius, ex Cardinali Ostiensi, & sacri Senatus Decano creatus Romæ 10 Kal. Iunii. Vita cessit eodem anno Henricus Nauarræ Rex: succedit Vendomius gener, in eam Regni partem, quam non occupauerat Ferdinandus anno 1512. In Italia Galli Casalem vrbem, Mãtuanæ iurisdictionis Pado impendentem, Brissaco Duce occupant. Dux Albanus à Philippo Hispaniæ Rege in Italiam missus, Vlpianum Gallorum obsidione extenuatum reficit ac munit. eadem æstate ad Angustias Oceani Britannici, Cæsariani cum Gallis memorabili sanè pugna nauali depugnarunt. hinc Belgæ (qui

ex Hiſpania redibant) Myoparones 22, Batauos mercibus onuſtos ducebant: illinc Galli Actuarias Celoces 19, & Caroſpia 6, in hoſtem mercibus potituri impulerunt. fuit vtriſque exitiale prælium. quod deſcribit ad hunc annum *Freigius*. Prætoria nauis Gallica depreſſa: ſex incendio deflagrârunt; & ex Belgicis Liburnicis totidem. Gallorum cædes, quam hoſtium maior fuit. In Anglia 8 Kal. Auguſti inter Philippum & Mariã in ciuitate Vintonienſi celebratæ nuptiæ. Hoc eodem an. Carolus Cæſar, maximis Imperatoribus æquandus, & Religionis aſſertor inſignis; Ferdinando fratri Imperii Diadema, Philippo filio vnico reliqua Regna concedens, in ſacram ſolitudinem apud Hiſpanos Vitæ Religioſæ ſtudio incenſus ſeceſſit. Guillelmus à prato, Auerni Epiſcopus, tria PP. Societatis Ieſu dotata erexit Collegia: & quidem Pariſienſe, non niſi anno 1564: Biliomenſe, & Mauriacenſe, citius ſuas Scholas aperuerunt. Eodem anno grauia paſſi Cæſar-auguſtæ, ſponte inde recedunt. ſed breui honorificentiſſimè reuocantur. *Maffeus, & Ribaden. in vita B. Ignatii.* Viennæ in Auſtria, Nouum Teſtamentum, lingua & charactere Syriacis, nunc primum editum, iuſſu & liberalitate Ferdinandi Imperatoris. quod tamẽ opus, quidã Tremellius (*vt ait Genebrardus*) ex Iudæo factus Capharnaita & Sacramẽtarius Geneuę, inſigni peruerſitate corrupit. Turcæ Corſicam nũc depopulantur. conuentus principum Auguſtanus habetur ob religionis negotium. anno inſequenti male periit Dauid Georgius Mortalium nequiſſimus, qui Chriſti religionem tentauit è medio tollere. & eodem anno Sleidanus hiſtoriæ ſcriptor mendaciſſimus.

1 Pauli 4

1556 Indict. 14. — 1 Pauli 4 — 1 Philippi 2. — 10 Henrici 2.

Ferdinandi Cæſaris ann. 1. Hic primus nobis erit Philippi annus, quo poſt patris abdicationem ſolus regnat, compoſitus cum primo Ferdinandi Imperantis anno, induciis quinquennalibus inter Cæſarem & Galliarum Regem conſtitutis. Ingens Cometa Martio menſe arſit diebus pene 12. in 8 Libræ gradu notatus: quod ſydus conſpiciens Carolus V, *His, ait, indiciis me mea fata vocant.* Iam tandem Caluinus, de fori rabula, *inquit Genebrardus*, cœpit repente prodire Theologus. In Scotia habita triũ Ordinũ Comitia. ibi Grangius, vnus ex Bethonii Cardinalis percuſſoribus, aliique, commendatione Franci Regis, bonis reſtituti. Conſilio Doſellii rogatio de tributo inſtituendo reiecta. Regina in Septentrionali Scotia Iudiciarios Conuentus habet. Diem clauſit feliciſſimè Romæ vltimo Iulii B. Ignatius Societatis IESV fundator: poſt quem Generalis Præpoſitus ſubrogatur Iacobus Laynes.

1557 Indict. 15. — 2 Pauli 4. — 2 Philippi 2. — 11 Henrici 2.

Ferdinandi Cæſaris an. 2. Galliarum Rex, Mediolanenſe & Neapolitanum bellum meditans, nouo fœdere Pontificem & Ferrariæ Ducem ſibi conciliat: & bellum in Philippum Hiſpaniæ Regem redintegrat, miſſo cum duabus Legionibus Guiſio, qui infeſtaret Italiam: capta ibi à Guiſio aliquot oppida: feliciorem ſucceſſũ Albanus Dux impediuit. Galli in Arteſiam excurrentes, Catuacorum vrbem (hodie Duacum eſt) tentant, ſed fruſtra. Auguſtam Veromanduorum (Sanquintinum vocant) obſident Philippiani. accurrunt ſubſidio Gallorum cohortes, & magno numero è prima nobilitate viri. arte vtrinque certatum, mox armis; ſed minus feliciter à Gallis, qui ſolutis incuria militum ordinibus, fuſi ſunt, cæſis multis, captiſque Magiſtro equitum, aliiſque; tanta ſanè clade, quantam à capto ad Ticinum Franciſco Rege, non accepit Galliarum Regnum. Reuocauit hic caſus ex Italia Guiſium, & magnum Philippo nouo Regi nomen peperit; gradumque feciſſet ad maxima, ſi victoria Auſtriaci, vt poterant, vti ſciuiſſent. ſtabant enim in Veromanduis cum Philippo

44. armatorum

44 armatorum millia sub lectissimis Ducibus. vrbs obsessa cum tota Veromanduorum Prouincia venit in Philippi potestatem 27 Augusti. Bellum iam Regina Angliæ, illius etiam Regni nomine, Franco denuntiauit. Guisius ergo reuersus, ad Calitij obsidionem mittitur. interim Scoti Anglos ex altera Regni parte inuadunt, Ducibus Humeo, & Huntleo, cum summa potestate creatis. Habebat nunc Scotia ex nobilibus plures, qui Reginam viduam, & Gallos inuidiosè criminabantur. hi velo Religionis captantes seditionis occasionem, Lutheranos Ministros è Germania hoc anno accersunt. Pax in Liuonia firmata, inter Archiepiscopum Rigensem, & Sigismundum Poloniæ Regem. Vormatiense colloquium habetur inter Catholicos & Lutheranos. Martinus Bucerus in Anglia exustus.

1558 3 Paul. 4. 3 Philippi 2 — 12 Henrici 2.

Indict. 1.

Ferdinandi Cæsaris ann. 3. In Gallia Guisius Calitium expugnãs, arcem, quæ secundùm mare sita est, 33 bellicis concuti iubet tormẽtis: iusta irruptioni ruina vnius diei spatio facta est: noctu post recessum maritimi æstus succedunt Galli muris, irrumpunt, Anglis stationem deserentibus. captâ arce, Dux ad vrbẽ expugnandam conuersus, Anglos ad deditionẽ compulit. recepta post 210 circiter annos vrbs ea est à Gallis, 8 Ianuarij. quam proinde Angli ab anno 1347, in sua possessionẽ tenuerant. Dum Guisius postea Dinodurum obsidet, P. Stroza glande ictus occubuit. Expugnata breui varia loca, Anglis eo anno Gallia tota excedentibus. Franciscus, filiorum Henrici Regis natu maximus, Galliarũ Delphinus, Mariam Scotiæ Reginã ducit in matrimonium, magnifico regioq; apparatu. hæ nuptiæ, sancita Lege, gẽtes hactenus fœderatas, iam in vnum velut corpus *(quod narrat Leslæus)* iunxerũt. In Scotia Paulus Meffenius pistor, & alius nescio quis sartor, ex Carmelitano Ordine Apostata, Caluinianæ nouitatis præcones, quà publicè, quà priuatim, sua passim disseminant: & factiosos, quib. nihil nisi coniuratio cordi erat, hoc nouæ Religionis titulo ita armabant: vt breui, nec principum authoritas, nec Religionis veræ maiestas, integra esset apud Scotos. accessit ad hanc publicam calamitatem, aucta Iacobi nothi potẽtia: qui Ecclesiasticam vitam pertæsus, ex priore Santandriano euasit post paucos annos Morauiensis Comes, & insignis Catholicorum hominum persecutor. In Gallia dum Termius Flandriam infestat, sequutũ est prælium ad Grauelingum in Pleumosijs. in qua pugna, insueto planè casu, victoria Gallis erepta est: dum enim acie certatur, decem bellicæ Anglorum naues, quæ tunc fortè præteruehebãtur, conspecto ex vndis conflictu, proximum pugnæ littus tenẽt; Gallici exercitus alas & latera tormentis bellicis ita vexârunt; vt ingens ex hac Gallorum clade, Philippo accesserit victoria; capto etiam Termio ab hostibus. nec interim cessauit Anglicana classis Armoricas, quas potuit, vrbes vastare. Vita excessit 15 Decembr. Maria Angliæ Regina Carholica, magnis ornata virtutibus fœmina: eodemque die Polus Cardinalis fato cessit. magna deinceps in Anglia rerum perturbatio, & Religionis euersio subsequuta. Substituta Angliæ Regina Elizabetha, Henrici 8 ex Anna Boleynia superstes filia, sed anni sequentis die 15 Ianuarii, destinati eodem anno 1558 è Scotia in Galliam Legati, qui omnium Ordinum consensu, Delphinum Scotiæ corona insigniri curarent. hi fuere Iacobus S. Andreæ Prior, & Argadius Comes: quibus cùm longè aliud cordi esset, procrastinando profectionem impediuêre. Obierunt Parisiis Franciscus Picardus Theologus, & Andreas Tiraquellus, Senator Parisiensis Iurisconsultissimus, & anno sequente Duarenus Biturigibus. Tertium

Tartarorum regnum Nogaium nuncupatatū cū domuisset Moschus; ad Liuoniam animum adiecit. & prima expeditione Derpatum & Naruam nobiles vrbes expugnauit.

1559 — 4 Pauli 4. — 4 Philippi 2 — I Francisci 2.

Indict. 2.

Ferdinandi Cæsaris, an. 4. apud Danos Christiano 3 succedit Rex Fredericus 2. In Anglia mutatione Principis, Religio mutari cœpit; exortaque persecutio, Zuinglianismo & Caluinismo aditum, à piis antea Principibus obstructum, patefecit. Carolus Lotharingus Claudiam, filiarum Henrici Regis alteram, Lutetiæ, connubio accipit. tandem optata diu pax inter duos Reges potentissimos, Gallum & Hispanum, constituta est. eam Cambresiam vocant: Izabella, filiarum Henrici natu maxima Hispano; & Margarita eiusdem Regis Regis soror, Sabaudiæ Principi desponsatæ. per hanc pacem, in arce Cambresia 3 Nonas Aprilis initam, priores paternæque transactiones ratæ sunt habitæ: & Emanuel Philibertus suę Sabaudiæ ac Pedemontio (vnde annos 24 mansit exclusus) restituitur. Cum Hispano nuptiæ per Albanum pronubum mense Iunio celebratæ. at ipse Henricus (quæ humanæ sortis inconstantia est) in nuptialibus ludis, equestrique certamine immatura morte Parisijs occubuit; lanceæ fractæ parte in cerebrum per oculum, à Mongomerio adactâ. regnat Franciscus 2, Rhemis 15 Kalend. Octobris inauguratus, annum ætatis agens circiter 15. vxorem, Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Reginam Parisijs publicè renuntiari curat, non sine Elizabethæ in Anglia nouæ Reginæ offensione. Ioanni 3 Lusitaniæ Regi vita functo succedit Sebastianus. obiit eodem anno Romæ Paulus 4. Pontifex, 15 Kalend. Septembr. vacat Sedes menses 4. electus Pius 4, Romæ 7 Kalend. Ianuarij, Mediolanensis, ex Medicea familia, antea nuncupatus Ioannes Angelus Medicis, Cardinalis S. Priscæ, Simoniacorum hostis. In Scotia Knoxus, Villoxus, & Meffenus perduellionis (*vt scribit Leslæus*) damnati, fauorem nacti nobilium quorundam, primi classicum cecinêre, dato Perthiæ signo ad primam in eo Regno Templorum subuersionem. diruta in ea vrbe præclara etiam Monasteria. idem à Iacobo Santandriano Priore & Argadio Comite (qui iam palàm in Reginam profitebantur rebellionem) Santandriopoli factitatum est; præclara quidem quinti Euangelii, quod hi Mundo obtrudebant, initia; sed, proh quàm dispatia ueteri, veræque maiorum pietati, quam Scotia ab annis iam mille & amplius sanctissimè, vt Annales testantur, & constantissimè coluit. Herculi Ferrariæ duci succedit Alfonsus 2.

1560 — 1 Pij 4. — 5 Philippi 2. — 2 Francisci 2.

Indict. 3.

Ferdinandi Cæsaris, ann. 5. En tibi Lector annum rebellionis in veros legitimosque Principes plenissimum; qualem nempe sperare potuisses in Scotia, in Germania, in Gallia, à noui dogmatis coniuratis auctoribus. Apud Scotos Regina vidua miris petita iniuriis à Sectariis confœderatis; nunc aciē iustruit apud Cuperum; nunc ad loca confugit munitioria; nunc etiam pacis conditiones à Sectariis petit. Venit hoc tempore Pelleueus Nuncius Apostolicus (postea Cardinalis) in Scotiam, qui quantum in tanta rerum perturbatione fieri potuit, cumulatè præstitit. interea pugnatur ad Leythum sępe, multumque; adsunt è Gallia nouæ copiæ. Sectarii cum Angliæ Regina Elizabetha fœdus ineunt: sollicitati etiam Germani. adest fœderatis Anglorum exercitus Graio Duce. pugnatur æquo penè Marte. mox Angli Leythum obsident. Regina in castro Edinburgensi hærebat, vbi die 10 Iunii diem clausit. tunc primùm Sectarii Episcopos è Sedibus suis deturbant, occupatis (quod maximè optabant) Sacerdotiorum reditibus. tandem, Legato è Gallia missio, actum de pace inter tria Regna: conuenitque, vt tam Angli, quam Galli Sco-

tia quàm primùm excederent; Scotiæ Regnum à 12. è nobilitate regertur; quorum septem Regina Franci Regis vxor, reliqui à Proceribus Regni nominarentur. additum porrò *scribit Lesleus*, vt Galliarum Rex, Scotiæ, Angliæue Regem se deinceps non diceret. de Religione actum nihil est. has fimârunt conditiones Comitia Edimburgi habita. Iam Gallia, sua etiam non caruit calamitate, à Nouatoribus illata. prima in Regem, Regnumque coniuratio facta narratur hoc anno Lugduni. Renaudius Dux electus. Dies 15 Martii sociis coniuratis statuitur, quo Amboſam venirent, vbi Rex hærebat: detecta tamen conspiratione, capti aliqui, supplicioque affecti. Renaudius in pugna prope vrbem periit. mox Condæus Princeps, Nauarræ Regis frater, in Amboſianæ conspirationis suspicionem vocatus, datur in custodiam. dum eius causa examinatur, Rex nonis Decembris apostemate ad aurem nato extinguitur: succeſſit Carolus IX, annos tantùm 10 natus. Regina mater rerum potiri cœpit. hanc Amboſianam seditionem, aliasque postea sequutas.; *Genebrardus scribit* natas ex Geneuensi Conciliabulo, authoribus Caluino & Beza, de Galliarum Rege, Regina, optimisque proceribus ad certum diem per insidias de medio tollendis. idemque *habet in sua Hiſtoria Surius*. tunc in Gallia Nouatores dici cœperunt Huguenoti à Turſij vrbis porta, quæ Regis Hugonis appellatur, & ad quam conuenticula sua celebrant. Magdeburgenses Miniſtri, Duce Mathia Illyrico, suas Mundo centurias nunc diuulgant, fabulis refertas, & ad Summos Pontifices in inuidiam vocandos, compoſitas. Huc vsque Chronicon Rouæri Pontani Carmelitæ. Caluino & Pet. Martyre cæcis ducibus emergunt in Gallia Huguenoti. | B C D

1561 | 2 Pij 5. | 6 Philippi 2 | Indict. 4. | I Caroli 9.

Ferdinandi Cæſaris, an. 6. In Gallia nominati Octumuiri, quorũ cõsilio Regis pueritia regeretur. postea 7 alii additi. Regina principẽ in hoc Senatu locũ tutorio nomine tenebat, mox exiit 17 Iã. Edictũ, quo permiſſũ fuit Nouatorib. Euãgelicis suos agere Conuentus, suæque Religionis negotia exercere; sed extra vrbiũ mœnia, & donec aliter à Rege decerneretur; seu vsque ad Tridedtini Concilii definitionẽ. Hoc Edictum Iãuarienſe postea appellatũ est. Cõdæus Princeps liber è custodia dimiſſus, pro quo frater Nauaræus Rex spõsor factus est. institutũ quoq; Colloquiũ Poſſiacum inter Catholicos, & Nouatores mẽse Seprẽbri. conseſſũ describit *Freigius in Carolo* IX. sed nihil in hoc Conuentu, quod operæpretiũ esset, peractũ est. Catholicos cõsenſiſſe cum Miniſtris, Lauatheri purũ putum mendaciũ est. illud certum, hoc anno in Germania atque alibi, inter Zuinglianos, Lutheranos. & Caluiniſtas (obortis etiam nouis Sectis) tot nata diſſidia, vt diſcordiis penè suis consumerentur. Regina Scotię, è Gallia Calitio soluens, in Regnum nunc rediit mense Auguſto. in hoc sex dierum nauigatione, caligine velut nube tectâ, hoſtes, qui in insidiis erant, feliciter euitauit: mox habito nobilium Conuentu (cui nullus interfuit Eccleſiaſticus) sancitum, ne quis, quod ad Religionem attinet, quicquam innouaret, sed is rerum ſtatus maneret, quem tenebat Scotia in hoc Reginę primo aduentu. Post hæc Sectarij Iacobo Duce omnia occupare cœperunt. Turnonense in Gallia Collegium erectum anno 1542. & Vniuersitatis titulo donatum anno 1552. tandem hoc anno à fundatore Franciſco Turnonio, Cardinalium Decano, datum cum pleno Vniuersitatis iure PP. Societatis IESV. Albertus Lasli Polonus Iacobum Heraclidem, Sami Despotam in Moldauiam introduxit. Alexandrum eius regionis principem virum crudelem fudit,

& Despotam in regnum amplissimum reposuit.

1562 | 3 Pij 4. | 7 Philippi 2 | Indict. 5. | 2 Caroli 9.

Ferdinandi Cæsaris an. 7. Præcipuæ in Gallia vrbes, Lugdunum, Valentia, Tolosa, Aurelia, aliæque hoc anno tentatæ, & partim etiam occupatæ fuêre; iam Condæo principe Euangelicorum ductore, Aureliæ (*vt Gallorum habent Historiæ*) renuntiato. In hoc ciuili bello, Rex Nauarrę Rothomagum obsidens occiditur: succesſit ad vrbem Druydum pugna, 19. Decembris, inter Condæum, & Regium exercitum. captus in primo impetu Magister equitum, dictus Conestablius: quem scribunt Ducem exercitus; in altero à Guisianis Condæus ipse. in hoc conflictu ab hora 10 ad noctem producto, victoria à Catholicis stetit. Scotorum res hoc etiam anno deploratæ fuerunt. Iacobus Reginæ nothus frater, Morauiæ Comes renuntiatus, eâ vsus potentia est & Caluinistarum fauore, ad Religionis iniuriam & nobilium cædē. Arraneus, & Bothuellius Comites dati in custodiā. Sutherlādiæ Comes proscriptus. Hūtleus Comes occisus: 5. Kal. Nouēb. & vno inſuperfiliorū cæso, alter natu maximus carceri mācipatur. quæ omnia his artibus, eâq, vi peracta sunt, vt Regina (quā tandē etiā Regni solio nothus excurbauit) his malis mederi non posset, In Italia Ordo Militaris S. Stephani institutus, sub Regula S. Benedicti, à Cosmo Medicæo, Florentiæ & Senarum Duce secundo. approbatur à Pio IV. *Onuphr. Miræus.* his ex instituto incumbit oram Italiæ maritimam, à Turcarum incursionibus securam reddere. à S. Stephano Papa & Martyre inditum nomen. gestant pro Insigni Crucem rubram. Pisis domicilium hábent; ad cælibem vitam minimé adstricti. Inchoatum inter Fridericum Daniæ, & Erricum Sueciæ Reges bellum. Liuonia Moschouiticis armis oppressa, poscit à Sigismundo Rege summa cum deditione auxilia. Concilium Tridentinum tertio reuocatum, Legato Ioanne Morono Episcopo Prænestino cum aliis 6 Cardinalibus. & anno insequenti absoluitur & confirmatur.

1563 | 4 Pij 4. | 8 Philippi 2. | Indict. 6. | 3 Caroli 9.

Ferdinandi Cæsaris ann. 8, Franciscus Guisius, post pugnam ad Druydum vrbem confectam: dum Aureliam obsidet, proditorie à Poltroto (quem Beza, *inquit Genebrardus*, submiserat) glande, 18 Februarii percussus interiit: post 6 dies supplicium condignum de percussore sumptum Parisiis. Rex ciuitates quasdam alias, ab aduersariis occupatas iam ante receperat. in his, Lugdunensis, Blesensis, Bituriges, & Pictauium. quando enituit Marescalli Santandriani virtus, qui magno Catholicorum mœrore in acie ad Druydum vrbem captus, breui posteà cæsus narratur. dimissi è custodia hinc inde Condæus, & Conestablius; paxque constituta in Galliis mense Martio, non diu duratura. bellum duodecimo Iulii aduersus Anglos susceptum, qui Portum Gratiæ occupauerant, & exeunte Iulio à Gallis receptus est. Rex 16 Augusti (aliqui Septembrem notant) suæ tutelæ factus, Regnum cœpit administrare. Finis nunc tandem sacro Concilio Tridentino impositus est. Germaniæ inter Nouatores continuatas Tragœdias. *narrat Genebrardus*, Moschouiæ Dux Polocensē in Russia alba Ducatum Poloniæ Regi eripuit. pleraque anno insequenti habita concilia Prouincialia in Hispania & Italia, ex generalis concilii Tridentini præscripto.

1564 | 5 Pij 4. | 9 Philippi 2. | Indict. 7. | 4 Caroli 9.

Ferdinandi Cæsaris an. 9. Inter Galliarum Regem Carolum, & Elizabetham Angliæ Reginam, pax promulgata 23 Aprilis. arx vrbi Lugdunensi imposita. Scotiæ Regina Lenoxio Duci Henrico Stuarto nubit. vita excedit Ferdinandus Cæsar Viennæ 7 Kal. Augusti, sui desiderio apud omnes relicto: succedit Maximi-

lianus 2. ex Ferdinando & Anna Hungariæ Regina filius. *Onuph.* Horrendis morbis extinctum Caluinũ *testatur ipse Beza: vide Genebrardum in Chron.* felicior Staphili obitus: qui Lutherum malè à Dæmone exceptum *(vt scribit Apol. 2.)* deserens, nunc Catholico ritu diem clausit. Nicolaus Radiuilius Dux ad recuperandum Polociæ ducatum Missus Moschis ad Vlam fluuium pugnæ copiam facientibus triginta eorum millia cecidit.

1565 | 6 Pÿ 4. | 10 Philippi 2 | 5 Caroli 9.

Indict. 8.

Maximiliani 2. Cæsaris an. 1. Dat hic annus Melitæ Insulæ à Turcis obsidionẽ 15 Kal. Ianuar. inchoatam, soluta ea est ineunte Nouembri, audito aduentu Proregis Siciliæ. occubuerunt Turcarum 23000 millia. ex Rhodiis Equitibus 313 reliqui 187 magna ex parte vulnerati grauiter. Magnam Indorum nunc ad Fidem conuersionem narrant Indicæ Historiæ. Adrianus Turnebus, professor Regius, diem obiit Parisiis. In Anglia Puritanorũ Secta exoritur. hi ab omni vetere & ritu, & vestitu Ecclesiasticis abhorrentes, purè se à Catholicis segregant, vt ne Reginæ quidẽ suæ, quam Caput Ecclesiæ dixerunt, aliud imperanti velint obedire. *Sander.* Fato cessit Pius 4. mense Decembri: electus Pius 5 Romæ 7. Idus Ianuarii: Pontifex natus ad Christianæ Reipublicæ magnum incrementum, si longiore eum vita Deus donasset. hic natione Lombardus Insuber, Ordinis Dominicanorum, antea dictus Michael Gislerius, & Alexandrinus Cardinalis. Sex Concilia Mediolanensia *extant Tom. 5. Concil.* habita annis, 1565 1569. 1573 1576. 1579. & 1582: à Carolo Borromæo, Archiepisco. po, quem Paulus V, anno 1610 retulit ipsis Kal. Nouembr. in Sanctorum numerum. Obiit Laynes Romæ 19 Ianuarii, secundus in Societate IESV Præpositus Generalis: subrogatur 2. Iulii Franciscus Borgia. antea Gandiæ Dux. vide vtriusque vitæ scriptores.

1566 | 1 Pÿ 5. | 11 Philippi 2 | 6 Caroli 9.

Indict. 9.

Maximiliani 2. Cæsaris, an. 2. Hoc ineunte anno creatus, vt dixi, Pius V. Fœdus Sacrum in Turcas meditatur, cui nomen dederunt Hispani, veneti, Italiæ Proceres, & Melitenses; plerisque etiam aliis in hanc societatem Sacri Belli inuitatis. reliqua ab eo gesta paucis *Genebrardus* prestrinxit ad hunc annum. Solimannus, Turcarum Princeps, in Hungaria, ante Sigeti expugnationem moritur in castris: Selimus filius Turcicum capessit Imperium vsque ad annum 1574. quas nunc in Scotia dedit Tragœdias Iacobus nothus Morauiæ Comes, in Reginam & Catholicos, *narrat satis Genebrardus.* Palatinus Russiæ Tartaros à Tocaiensi oppugnatione ex Hungaria redeuntes fugauit.

1567 | 2 Pÿ 5. | 12 Philippi 2 | 7 Caroli 9.

Indict. 10.

Maximiliani 2 Cæsaris, an. 3. dedit hoc anno Flandria suos tumultus, à noui dogmatis authoribus excitatos: quos notatis etiam rerum gestarum diebus, *Genebrardus* Lectori exhibuit. Mẽse Augusto, in Belgium venit Albanus Dux, à Rege Hispano Prorex substitutus Duciss Parmensi, quæ iam supra annos 7 prouincias illas pacifice administrauerat. Gallia à 5 ferè annis vtcunque pacata, nouis nunc bellorum facibus cœpit inflammari. ab Huguenotis 18 Septembris itum est ad arma. Condæus Regẽ ad Meldas vrbem intercipere conatus, spe frustratur, Heluetiis strenuè se hosti obiectantibus, dum Rex, noctu elapsus Lutetiam tenuit. Condæus, castris ad Dionisii Fanum positis, Lutetiam obsidet 10 Nouembris. pugnatum ad Lutetiam inter Regios, & Condæanos. Cæsus Anna Monmorancius, Regius Conestablius. victoria tamen à Rege stetit, in fugam conuerso cum suis Admiralio. qui inde digressi (ne victi viderentur) Carnutum obsident. *Histor. Franc.* Henricus Regis frater, exeunte ferè Nouembri, totius militiæ renuntiatur Præfectus. Casimirus, Palatinus Comes Rheni, magni ductor exercitus, in Gallias

subsidio Huguenotis aduenit: captæ vtrinque, receptæque vrbes plures.

1568 — 3 Pij 5. — 13 Philippi 2. — Indict. 11. — 8 Caroli 9.

Maximiliani 2. *Cæsaris*, *an.* 4. In Flandria Dux Albanus, Egmontanum Comitem, Hornensem, alioſque Fœderatorum Principes ſecuri percutit, idem Dux non longè à Gruninga, vno atque altero conflictu 8500 hoſtium millia occidit, ſignis 13, & tormentis bellicis 25 potitus. Totidem iterum hoſtes ab eodem cæſi narrantur exeunte Septembri menſe. itáque Belgio toti tũc quidem pacem reſtituit. Magnobritannia, in vtroque Regno res Tragicas hoc tempore habuit, deflendas potius, quàm ſcripto repetendas. in Gallia, dum Condæus, & Caſimirus Carnutum fruſtra obſident, pax 13 Martij conſtituitur, dicta Carnutenſis: ſed mox interrupta, dum Condæus, exſtructis, vt ferunt, inſidiis vix euadens, bellum redintegrat. Monantius Aureliam quidem obſidione liberat: ſed menſe Octobri eius copiæ in Pictonibus à Monpenſerio & Briſaco fuſæ ſunt. quo tempore obiit in Hiſpania Elizabetha Regis vxor, ſoror Caroli Galliarum Regis. Turcis Mecham ad mare Rubrum eripiunt Saraceni.

1569 — 4 Pij 5. — 14 Philippi 2. — Indict. 12. — 9 Caroli 9.

Maximiliani 2. *Cæſaris*, *ann.* 5. In Gallia hoc anno bis iuſtâ acie certatum eſt. primùm quidem duodecimo Martij pugnâ Iarnacenſi apud Xantones. hic Regius exercitus, ductore magno Principe Henrico Regis fratre, feliciter ad Iarnacum traiecto flumine, nolentes Condæanos compulit ad conflictum. in eo certamine fuſis fugatiſque Huguenotis, cæſus eſt Condæus equo deiectus: Princeps nobiliore tumulo longè digniſſimus, excipiendusque, ſi eum Admiralij Colinei conſilia præpoſtera in hunc acerbum caſum non præcipitaſſent. poſt hanc pugnam periit Dãdelotus Thalaſſiarchi huius frater. adſunt è Germania Caluinianis auxiliares copiæ. ab his capta vrbs Charitas: eodemque anno Caſtelheraudia: obſideturque ab Admiralio Pictauium: ſed dum Guiſius vrbem propugnat, & Regis frater 7 Septembris Caſtelheraudiam obſidet, coactus eſt Admiralius Pictauienſem obſidionem ſoluere: ventumque eſt 3 Octobris ad alteram huius anni pugnam Monconturianam; ex qua cæſis iterũ Caluinianis, nobilis victoria regiis; & Caluiniſtis magna rerum inclinatio nata eſt. victi, ſe in Vaſconiam & Septimaniam recipiũt. Nemausũ, & aliquot oppida expugnant. Rex Fano S. Angeli potitur. adfuêre Regi in hoc certamine aliquot equitum & peditum millia, miſſa à Summo Pontifice. quo anno idem Pontifex Coſmum Medicæum, Hetruriæ Ducem Magnum renuntiat. In Scotia, Regina è cuſtodia, qua tenebatur à Caluinianis, euadit: at in Angliam fugiens, violato omni hoſpitij iure, arctiore cuſtodiâ ad obitum vſque detinetur. Albertus Marchio Brandeburgicus inueſtituram ducatus Pruſſiæ tanquam feudatarius ſolemni ceremonia à Rege Sigiſmundo accepit. Iiſdem fere menſibus, nouendecim Moſchorum millia ſub iugum miſſa. Sex millia Tartarorũ capta. Septembri vero menſe duodecim Tartarorum millia occidione deleta

1570 — 5 Pij 5. — 15 Philippi 2. — Indict. 13. — 10 Caroli 9.

Maximiliani 2. *Cæſaris*, *ann.* 6. Carolo Regi 26. Nouẽbr. iuncta connubio eſt Elizabetha Auſtriaca, Maximiliani filia. Turcæ Venetis Cyprum eripiunt. Pacis Edictum in Gallia promulgatur. Italiam vexat terrę motus, qui Ferrariæ vaſtas edidit ruinas. Obiit Franciſcus Balduinus Iuriſcõſultus, Caluini Hæreſim, qua aliquãdo imbutus fuit, ſanctè deteſtãs. Apud Scotos Iacobus nothus Morauiæ Comes, præcipuus ac penè primus in eo Regno Religionis Orthodoxæ impugnator; vixdũ, Regina Regno pulsa gubernacula ſolus tractare cœpit, cùm à ſuæ Sectæ homine, poſtea tamen Catholico; percuſſus animam efflauit: poſteris relin-

quens exemplum, parum esse humano consilio ad magnas opes aspirare; nisi etiam diuina ope protegente præstetur securitas. Similis pene casus eos, qui in hac Regni administratione eum sequuti sunt, excepit. Ignatius Azebedo, & socii 38, è Societ. Iesu, dum Indiam petunt, trucidantur à Iacobo Soria Hæretico pirata; & proximo anno, eiusdem Societ. alii à Ioanne Cadouiltano Hæretico cæsi in causa fidei sunt. Hoc anno ob duas discrepantes Theologorum de concepta virgine Maria sententias; Pius 5 edixit, (quod antea fecerat Sixtus 4) ne partes dissentientes alterutram erroris insimularent.

1571 | 6 Pij V. | 16 Philippi 2 | 11 Caroli 9.

Indict. 14.

Maximiliani 2. *Cæsaris, ann.* 7. Insignitur hic annus nobili charactere, reportatæ victoriæ nauali amplissimæ 7 Octobr. à confœderatis Christianis contra Turcas, Duce Ioanne Austriaco Caroli 5 notho, iuxta Naupactum Achaiæ vrbem, vulgò Lepanto. huius certaminis locus aliquantulum declinat ab Actio Promontorio, versus Corinthum. captæ Turcarum triremes 180. incensæ 20, depressæ totidem. tribus horis, quibus pugnatum est, cæsa Turcarum 25 millia. in his Magnus Bassa. Christiani recuperati ad 20 millia. Pius Pontifex triumphum Marco Antonio Columnæ, Præfecto Pontificiæ classis decreuit Romæ amplissimum. extat Mureti, præclari Oratoris Galli, ad Pontificem de hac Victoria Panegyricus. Claudius Spemceus Theologus moritur Parisiis 4, Octob. Henricus Dux Guisius matrimonio accipit Annam Cleuensem, Ducis Niuernensis filiam. Ioannes Austriacus Tuneti Regnum legitimo Regi restituit, pulso hoste, & Regi Hispano Regem ipsum reddit confœderatum.

1572 | 7 Pij V. | 17 Philippi 2. | 12 Caroli 9.

Indict. 15.

Maximiliani 2. *Cæsaris, an.* 8. Classis Turcica restaurata, Italiam versus vela facit: iterumque Confœderatorum classis Duce Austriaco Turcas in fugam agit. Veneti, rupto Christiano fœdere, pacem cum Turcis constituunt, causam in tarda Hispanorum auxilia coniicientes, Eodem an. infeliciter pugnarunt Turcæ contra Moscos ad Tanaim. *Notat Genebrard. in Pio* 5, nunc Angliæ Reginam anathemate notatam, nominatimque proscriptam à Summo Pontifice *Pio* 5. quem *scribit*. *Onuph.* diem clausisse hoc eodem anno, 1. Maii, subrogato Gregorio 13, qui ante dictus est Hugo Cardinalis S. Sixti, patria Bononiensis, è nobili Boncompagniorum familia: electus 13 Maii, 13 annos exegit in Pontificatu. Margarita Valesia, Caroli Regis soror, 18 Aug. datur in vxorem Henrico Borbonio Nauarræ Regi, quem variis bellorum laboribus perfunctum, nobilitatumque victoriis, manent post aliquot annos, insignis ad Orthodoxam Religionem conuersio, & Christianissimum Gallorum Imperium. Regina Nauarræ Ioanna Dalbret, eiusdem Regis mater, obiit Parisiis 10 Iunii. Accidit 22 Aug. vt Admiralius Colineus Parisiis glande sauciaretur. proximo die Dominico, qui fuit 24 eius mensis, S. Bartholomæo sacer, occiditur cum aliis multis. fuga euasit Mongomerius, qui in suburbiis diuersorium elegerat. Edicto Regio 26 Aug. Caluinistis interdicti omnes Conuentus: demum 4 Dec. Rupellanis Rex bellū denuntiat, misso in eos Bironio. interim hæserant in Lupara Nauarræ Rex, & Condæus. in Anglia Northumbriæ Dux capite plectitur. Obiit Romæ Francisc. Borg. 3 Soc. Iesu Præpositus Generalis 30 Sept. successit Euerardus Mercurianus. diem clausit Sigismundus 2, in Polonia rex.

1 Gregorij 13

1573 | 2 Gregorij 13 | 18 Philippi 2. | 13 Caroli 9.

Indict. 1.

Maximiliani 2. *Cæsar. an.* 9. Henricus, Caroli Regis Galliarum frater Parisiis 10. Ian. ad Rupellanam obsidionem proficiscitur. occisus in hac obsidione 3 Martii Dux Daumalius: sed Sigismundo Poloniæ Rege terris erepto, & Henrico in Poloniæ Regem electione subrogato, die 9 mensis Maii: Rex Carolus 24 Iu-

nii pacem Regno edicit, excluſa tamen Sancerra, quam deditione poſtea recepit 10 Aug. menſe vero Octobri Henricus in Polonia regnaturus, Galliis exceſſit. in Lotharingia, liberalitate Caroli Lotharingiæ Cardinalis, Muſſipontana Vniuerſitas erecta, vocatis eò PP. Soc. Ieſu. Acceſſere poſtea Medicinæ & Iuriſprudentiæ profeſſores. Maximilianus Mantuæ Principi concedit, vt Monsferratus, antea tantum Marchionatus, nunc Ducatus titulo ornaretur. idem Imperator, Pannoniæ Regnum in filium Rodolphum reſignat. Erneſtus Bauarus, Alberti filius, apud Hildeſienſes Epiſcopus renuntiatur: poſtea ad Leodienſem, & Colonienſem Cathedram euocandus.

1574 | 3 Gregorij 13 | 19 Philippi 2. | 14 Caroli 9. | Indict. 2

Maximiliani 2 *Cæſaris, ann.* 10. Diem clauſit 30 Maii Galliarum Rex Carolus, longiore vita digniſſimus Princeps: matri conceſſa Interregni authoritas. Mongomerius Gomes à Matignono captus, percutitur ſecuri Pariſiis. Condæus in Germaniam Regno excedit. in Delphinatu, & Occitania Narbonenſis Galliæ tumultus præcipui. Henricus Rex hoc nomine 3, è Polonia in Galliam & Lugdunum venit 21 Sept. inde Auenionem: vbi præſente adhuc Rege, & bella in Caluiniſtas promouente, obiit Carolus Lotharingus Cardinalis 26 Dec. religione, doctrina, & prudentia Princeps conſpicuus. in Belgio inter Albanum & Orangium Duces crebris præliis, & vario Marte certatur. In Africa Tunetum, & arcem Turcæ recipiunt, Duce Baſſa Sinane. moritur Selimus Turcarum Imperator 5 Dec. Sultanus Murates paternum tenuit Regnum, à cæde 4 fratrum exorſus Imperium. apud Italos diem clauſit Coſmus Medices Florentiæ Dux: in Ducatum ſuccedit Franciſcus filius. Palatinus Valachiæ inuito Hērico 3 Galliæ Poloniæque rege, coactis copiis ducenta Turcarū, Moldauorum, Tartarorūque millia ad Moldauam fluuium cecidit, duce copiarum Suerzouio Polono. ſed perfidia Ciarneuecii Valachi ipſe Turcis proditus decollatur.

1575 | 4 Gregorij 13 | 20 Philippi 2. | 1 Henrici 3. | Indict. 3.

Maximiliani 2. *Cæſar. an.* 11. Henricus Rex Gall. Rhemis 15. Feb. inunctus, poſtea vxorem ducit Ludouicā Lotharingam, Nicolai Vallemontani Comitis filiam. Petrachora, aliaque nonnulla oppida à Caluiniſtis occupata. Mille quingēti Germani qui irrūpebant in Galliam, fugati profligatique à Guiſio; cui vulnus non leue in facie tunc inflictum. Quartum hoc in Gallia vocat ciuile bellum *Genebrardus*, harum rerum ſpectator; quando initam ſcribit Caluiniſtarum ſocietatem cum quibuſdam in eodem regno Catholicis. Apud Germanos Lutherani, qui Vvitembergæ & Roſtochii erant, à Catholicis Doctoribus nouitatis nomine damnati, confutatique quòd nullam Præſulum ſucceſſionem proferre, aut Eccleſiæ ſuæ originem certis argumentis demonſtrare poſſent, Auguſtanam Confeſſionem Ieremiæ Conſtantinopolitano Patriarchæ, vt in communionem illius Eccleſiæ admitterentur, obtulerunt: at reiecti illi à Patriarcha, triplici etiam ſcripto hæc Confeſsio ab eodem confutata eſt. extat de hac re liber editus an. 1571. Belgæ, qui ſub Orangio confœderati militabant, virium ſuarum infirmitatem expēdentes, Reginæ Angliæ implorato auxilio, Belgicarum nationum dominium Feudali titulo ei deferunt. interim Regii Zelandiam premunt cædibus & obſidione varia. Ruſſiam populantur Turcæ. Et Podoliam, Tauricani Scythæ; quos tamen inſecuti Poloni, media parte exercitus priuarunt ad Boryſthenem. Parnoniā Liuonię vrbem Moſcus capit. In Polonia, habita de nouo Rege creando Comitia, diſſentiunt Proceres. Stephanus Battorius, nobilis Hungarus, Tranſyluanięque Princeps, Maximilianū iā

à quibusdam electum anteuertens, Regno & Reginâ Anna Sigismundi sorore potitur. sub hæc, Rodolphus Maximiliani filius, Pragæ 22. Sept. Rex Romanorum renuntiatur. In Africæ Regnis, Fessa & Marocho, exoritur bellum ciuile, Lusitanis tandem etiam funestum.

1576 | 5 Gregorij 13 | 21 Philippi 2. | 2 Henrici 3.
Indict. 4.

Maximiliani 2. *Cæsaris, ann.* 12. In Italia fuit hic annus Genuensibus tumultuosus, exorta de modo eligendi Magistratus seditione. Ioannes Aurea, acceptis aliquot triremibus, pro altera parte armatur: sed iubente Summo Pontifice, odia tandem depositis armis, sedata sunt. quo tempore Hispani milites, non solutis stipendiis, periculosè tumultuantur in Belgio; & Regiæ Prouinciæ magna ex parte ab Hispano deficere cœperunt. Philippus Hispaniæ Rex, abdicato Albano, Ioannem Austriacum Belgio Gubernatorem præficit. In Gallia Conuentus Blesensis habetur, ibi reuocatum pacis Edictum: cuius memini ad an. 1570. & vrbes aliquot ab iis, qui à Caluinistis stabant, occupatæ. Iam Henricus Nauarræ Rex, ad ea loca in Galliis, vbi Condæus hærebat, deflexerat. Isidorum in Aruernia à Francisco Regis fratre, & Prorege deletur. Fato concessit Maximilianus Imperator anno Imperii 12. relinquens dignam optimo Imperatore memoriam: imperat filius Rodolphus, in Comitiis Attobrigensibus renuntiatus Imperator. mox inducias ad 8 annos cum Turcis prorogauit.

1577 | 6 Gregorij 13 | 22 Philippi 2. | 3 Henrici 3 A
Indict. 5.

Rodolphi 2. *Cæsaris, ann.* 1. Res Belgicæ huius anni Hispanis in lubrico fuere. Austriacus, summa vsus comitate, arces aliquot deserit, semotis præsidiis; Hispanos amandat in Italiam, pacemque edicit. Contra Belgæ, licet initio his rebus contenti, tamen ad suspicionem faciles, facilem Orangio aurem præbent, Mathiã Austriæ Archiducem, Cæsaris fratrem, qui præsit Prouinciis aduocant, ab Angliæ Regina oblata auxilia auidè recipiunt; itumque iterum vtrinque ad arma est, euocatis ex Italia Hispanis. In Gallia, post aliquot hostilia tentata, sextum pacis Edictum promulgatur, exeunte Septembri. multa hoc anno Venetam vrbem terruere; classis Turcica, quæ trecentarum Triremium Constantinopoli parabatur, pestis grauis, Palatii incendium, & Ducis obitus. is est Aloysius Mocenigus, rebus gestis clarus: successit Sebastianus Venerius, ad Naupactum cum Austriaco victoria reportata illustris. Stephanus Poloniæ Rex Dantiscum, Septentrionis vnicum & nobile emporium obsidet, deditioneque capit, grauibus pacis conditionibus vrbi rebelli impositis. Gedanenses qui maxime electionem Metropolitani probarunt; quòd insolentius Stephano Regi respondissent, & portorium consuetaque vectigalia temerè detrectarent: Stephanus rex misso contra eos Sboromo, Aulici equitatus præfecto compescuit, cæsis eorum quatuordecim millibus, ad Bydgostiam arcem. Cometa magnarum calamitatum prænuntius, & insolitæ magnitudinis apparet 3 Idus Nouembr. inter Cancri Tropicum & Circulum Arcticum. Franciscus Dragus, nunc ex Anglia soluens, cùm nostri & alterius Orbis maria omnia lustrasset, Angliam tenuit ann. 1580. ex quinque nauibus sola ei superfuit redeunti Prætoria.

1578 | 7 Gregorij 13 | 23 Philippi 2. | 4 Henrici 3. A
Indict. 6.

Rodolphi 2. *Cæsaris. ann.* 2. Funestauit hunc annum deplorandus casus optimi principis, Lusitaniæ Regis, Sebastiani. Muleus Mahometus, Regno pulsus à patruo suo Abdemelecho, Sebastianum vocat in subsidium, spondens dotem fore quicquid in Numidia acquireret. Rex quingentarum nauium classe, qua flos Regni Lusitanici, & robur vehebatur, 9 Iulii Tingim appellit: castra ad Alcazarem ponit: certatur: morbo exinctus in ipsa acie Abdemelechus: sed Barbaris magna arte mortem celantibus, protrahitur pugna. Lusitani non sustinentes equitatum Barbarorum, fusi

fugatique sunt: cæsi duo Reges, aliique plurimi. superfuit Sebastiano hæc gloria, fudisse vitam pro Christianæ Religionis incremento. Henricus Cardinalis defuncti Regis patruus, Emanuelis filius, quinque gubernatores designat, qui tantisper Regno præessent, dum de successorum iure deliberatur. Ioannes Potrona ductor Cosacorum vir magnanimus, & admirabili corporis fortitudine præditus; quod libertate militiæ Polonicæ & dominio regni Poloniæ abusus fuerat, Leopoli iussu regis capite plexus est.

In Belgio nobilis clades Rebellibus inflicta à Regio exercitu, cui duo præclarissimi Duces Ioannes Austriacus, & Alexander Farnesius Parmæ Dux præfuerunt. in ordinum exercitu cæsa 10 millia: capti permulti. Ad hanc victoriã sequuta est multarum urbium deditio: sed in Batauis Orangius Amsterdamum nobile emporium deditione accepit. Antuerpia Religiosi ab Ordinibus electi, quòd in ipsorum verba aduersus Regiam Maiestatem iurare recusassent. sæuitum in Catholicos est ab Vltraiectensibus, & Gandensibus. Casimirus à Gandauensibus, è Germania, & Alençonius è Galliia à Valonibus vocantur, & adsunt: sicque vænale prostabat Belgium. Interim moritur Illustrissimus Princeps Austriacus, relinquens Farnesio Regiæ potestatis Imperium. Anglicana Persecutio in Catholicos, nunc Martyres dedit illustres: vbi post opprobria, carceres, & vincula: læsæ Maiestatis crimen habitum est, professione Catholicum agere. Comes Bothuellus Scotus, apud Danos in carcere moritur. Parisiis pontis lapidei inter Augustinianos & Luparam iacta fundamenta.

1579 | 8 Gregorij 13 | 24 Philippi 2. | 5 Henrici 3.
Indict. 7.

Rodolphi 2. *Cæsaris, an.* 3. Henricus Galliarum Rex Ordinem Equitum sancti Spiritus, Parisiis in Basilica Augustinianorum Eremitarum instituit: cui Rex ipse Regali trabea indutus solenne initium dedit. Apud Belgas, Parmensis arcem Karpẽsem, oppidis omnibus trans Mosam receptis, recuperat, & Ordinum equitatum omnem prosternit. Traiectum 29 Iunii expugnat, trucidatis plurimis. Egmondanus Comes, & Kennebergius Regi reconciliantur. Farnesius externos dimittens, cœpit Belgico milite esse contentus. Angliæ Regina seuerè in Sacerdotes, Religiosos, & Seminariorum in Vrbe, alibique alumnos edicit: verùm tantæ reginæ, vel eorum potius, qui illi à consiliis erant, seueritas: & Angliæ nomen dedit inusitatæ crudelitatis; & pios vitos ac Principes magis ad dotanda seminaria impellebat. Venetiis moritur Sebastianus Venerius: Nicolaus Pontius, longo rerum vsu & Legationibus conspicuus, subrogatur Reipublicæ Dux. Lata tunc ibi Lex sumptuaria, quæ vestitui & conuiuiorum sumptibus modũ ponebat. Exarsit nunc magnis ignibus Ætna Siciliæ mons. Stephanus Poloniæ Rex in bello contra Moscos captis in Alba Russia arcibus, felicitate piaque clementia illustris extitit. captiuorũ numerus par exercitui Polonico abductus perhibetur. hic finem imponit suæ Chronologiæ Gil. Genebrardus Parisiensis Theologus, pietate, linguarumque peritia conspicuus: & quem spectata virtus ad Archiepiscopalem tandem euexit dignitatem.

1580 | 9 Gregorij 13 | 25 Philippi 2. | 6 Henrici 3.
Indict. 8.

Rodolphi 2. *Cæsaris, an.* 4. In Galliis Ferra Morinorum oppidum, quod Condæus occupauit, nunc Rege iubente, à Matignono obsessum, receptumque est. sequuta est hos tumultus pax nouis conditionibus constituta. promulgatum Edictum est anni sequentis mense Ianuario. Apud finitimos Belgas, Orangius in Regiam Maiestatem contumeliosus proscribitur, & res Ordinum in deterius in dies prolabuntur; captis á Farnesio vrbibus variis, Mortaigno, Cortraco, & Niuella. pugna insuper ad Groningam

inita, Regii victores Conuardia arce potiũtur. Anglia nunc Franciscum Dragum, Orbe toto circumnauigato redeuntem, prædaque ingenti onustum excepit. Hispanis, Italisque in Hiberniam nunc missis, parum feliciter res cessit. De iure & successore Lusitanici sceptri certatur: cumque iam mense Ianuario Henricus Rex Sebastiani patruus diem clausisset, stabat in Lusitania Antonius armatus, qui ius regni suum esse dicebat. Albanus è Sicilia cum 150 Triremibus & 80 Onerariis iubente Hispano rege appulit in Lusitaniam. hic profligato Antonio Vlisipponem occupat, aliaque oppida deditione accipit. Antonius fuga in Gallíam euasit.

In Italia Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux vita cessit apud Taurinates mense Augusto. Ducatum & Pedemontium successor tenuit Carolus Philibertus filius. Venetiis Senatus Augustus Augustissimo Eucharistiæ Sacramento asseruando, loculum miræ artis & pretii ad 30 nummorum millia consecrauit; pietatis suæ perpetuum apud posteros monumentum. Stephanus Poloniæ Rex nouas prioribus victoriis contra Moscos adiicit. occupauit enim ducatum Velicolucensem amplissimum multis munitionibus ingenti conatu expugnatis: cæsis ad extremum in acie quatuor lectissimorum equitum millibus, quos Moschus in subsidium Foropecensibus miserat. Apud Danos post obitum Ioannis Holsatiæ Ducis, Rex Daniæ Fridericus 2. Haderslebiam & Kemdesburgum; cætera Adolphus demortui Ducis frater, (sic partiti inter se ditionem) acceperunt. Sinan Bassa missus in Persas vincitur, cæsis Turcarum 20 millibus. Philippus 2 duo Collegia apud Peruanos, Patribus Societatis Iesu erexit; alterum in vrbe Mexico præcipua nouæ Hispaniæ, alterum in Cusco Peruani Regni capite. Euerardo Mercuriano 1 Augusti Romæ defuncto, subrogatur Societatis Iesu Præpositus Generalis, Claudius Aquauiua sub initium sequentis anni 19 Febru. Sub idem tẽpus, & hoc insequente præsertim biennio, aliis quibusdam nostri ordinis patribus, aperiri cœpit diuinitus ianua ad Sinarum conuersionem. à quo tempore, non destiterunt ad annum vsque 1616. quo hæc scribo, labore arduo & insigni fructu nobilissimæ genti illi nouam euangelii lucem patefacere. Scribit Nicolaus Trigautius noster, in sua de Sinicis rebus historia lib. 4. c. 3 hoc regnum, esse illud ipsum, quod apud aliquos scriptores magnum Cataium est appellatum. neque hodie regionem aliam esse vllam extra Sinenses muros, quæ vocetur Cataium. addit, Pechinum, regiam esse vrbem, eius quemilli authores magnum Can vocant, qui nunc est Sinarum Rex. eo enim tempore quo Tartari Sinarum regnum occupauerunt, Rex Tartarorum Pechini fixit sedem, & Cambulum nominauit.

1581 | 10 Gregorij 13 | 26 Philippi 2. | *Rodolphi 2. Cæsaris an. 5.* Alensonius Andium Dux, Henrici Regis frater, in Flandriam vocatus, ab ordinibus Gubernator, Protectorque creatur. Parmensis externum reuocat militem. Mathias Archidux, contemptui habitus, Belgio excedit. Ioannes Castutianus, Philippo Regi à libellis, perfidiæ suæ, qua Orangio arcana Regis aperiebat, pœnas dedit exeunte Octobri. Gregorio 13, autore, Calendarii vitiis, insignium Mathematicorum industria, correctio adhibita est, & anno 1582 promulgata. de qua re prolixè satis *Tom. 1. c. 19.* Moschus malè a Stephano Polono toties multatus: Pontificem rogat, vt arbiter pacem constituat. quò missus à Gregorio Antonius Possevinus Societatis Iesu, optatã inter hos principes pacem firmauit; soluta obsidione Plescouiæ, quam in Moscouia Ducatus Plescouiensis Metropolim, Polonus ad mediam vsque hyemem tenuerat obsessa. erat in pacis condi- | 7 Henrici 3.

indict. 9.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Hispa.		Reg. Franc.
1582 Indict. 10.	11 Gregorij 13	27 Philippi 2.	tionibus, vt Liuonia tota ad Polonum rediret. *Rodolphi* 2. *Cæsaris ann.* 6. Pax Galliæ vtcunque nunc fuit: fuisset que vtinam annis proximè insequentibus. Anno Christi 1581, Scheruinum, Briantum, & Campianum; hoc verò, qui excurrit, anno Ioannem Paynum, constantes in fide Catholica propugnanda Athletas sustulit è medio Anglicana Persecutio; æquè seuera, ac Christianis illius Regni Principibus ante hoc Seculum insueta. Classis, quam Regina Antonio Lusitanis restituendo, & prædæ Indicæ diripiendæ instruxit; fœda tempestate fracta est, & demersa. pugnatum iterum est ad S. Michaelis Insulam, & Tarceram; profligatis Antonianis 7 Kal. Augusti. Teresa, Virgo nobilis Hispana, de Iesu dicta; quæ Carmelitarum Ordinem restauratum restituit, nunc septuagenaria fato feliciter cessit 4 Nonas Octobris: reconditum sub marmore corpus incorruptum manet. Vita cessit Albanus Dux Vlisippone 12 Decembris, Ferdinandus Aluares de Toledo nuncupatus, anno ætatis 74. Dum Alensonius Antuerpiæ renuntiatur Dux Brabantiæ: Orangius sclopeto à Cantabro sauciatus in facie, ingenti tumultui causam dedit: nec à periculo abfuit Alensonius: qui tamen, post sedatam hanc procellam, Brugas Flandrorum adnauigans, Comes Flandriæ inauguratur. interim Parmensis Leusium, Aldenardam, & Liram leuibus aliquot præliis victor recuperat. Rex Poloniæ adeptus possessionem Liuoniæ ad religionem catholicam inter Russos schismaticos & Liuones hæreticos propagandam collegia Societatis Iesu Polociæ, Rigæ, Derpati, & in Transyluania Claudiopoli, Albæ Iuliæ regia munificentia fundauit.	8 Henrici 3. A B
1583 Indict. 11.	12 Gregorij 13	28 Philippi 2.	*Rodolphi Cæsaris, an.* 7. Belgis inconstans valde fuit hoc anno rerum status. Antuerpiæ grauis peracta pugna inter Alensonium, & Oppidanos, cæso Gallorum magno fanè numero. Alensonius seditionis culpam referebat in Antuerpiensium suspiciones inanes: contra Oppidani Gallorum insidias criminabantur: & licet postea Alensonius cum his Confœderatis denuo transegerit; ipse tamen, posthabitis illis apud Belgas titulis, in Gallias rediit, non vltra Belgium reuisurus. Parmensis inter hæc Endouiam, Duynkercam, & Neoportum recipit: Alostum item, aliaque non parui momenti loca. Quidam, qui se Caroli V filium mentiebatur, detectâ fraude capite plectitur. quo etiam tempore Bursa Antuerpiensis (mercatorum domus celebris) conflagrauit fortuito incendio. Sæuitum hoc anno in Anglia non modò in Catholicos, sed in aliquot Puritanos; quòd ægrè ferrent fœminam dici Caput Ecclesiæ. Nec caruit Scotia suis etiam Tragœdiis. ex iis, qui in Regem impiè conspirauerant, Vicecomes Ruffenus capite plectitur. Philippus Hispaniæ Rex in Lusitania iam Rex renuntiatur: & habito Olisippone Ordinum Conuentu, Albertum Austriacum Cardinalem Regno illi regendo præficit. manebat adhuc Tercera Insula in fide Antonii: propugnatores habebat ex variis nationibus ad 6 armatorum millia. Marchio S. Crucis soluens 22 Iulii ex Insula S. Michaelis, post biduum in Terceræ cõspectum venit, breuique victor Insulam tenuit. In Germania Genhardus Colonienſis Archiepiscopus, mense Decembri Bonnam occupans, Augustanam Confessionem complectitur, homo intemperans, & ad sacrilegum connubium aspirans. Conuentu Ordinum Diœcesanorum habito, decernitur excidisse sua dignitate. malè sanum hominem execratur Pontifex, vrgetque cum Cæsare Capitulum, ad nouam electionem. mense Maio proximo Ernestus Bauarus, Leodiensium Præsul, renuntiatur Archiepiscopus Colonienſis, præsente Legato Apostolico Vercellensi	9 Henrici 3 A B C

cellensi Episcopo. durauit, opera Casimiri & quorundam Lutheranorum, aliquandiu concertatio de occupatis oppidis: sed tandem anno sequente penè consopita. In Salsata Orientalis Indiæ Peninsula, tribus à Goa passuum millibus disiuncta; Rodolphus Aquauiua, & socii quatuor è Societate Iesu, mense Iulio pro fide martyrium passi sunt.

1584 (Indict. 12.) | 13 Gregorij 13 | 29 Philippi 2. | 10 Henrici 3. A

Rodolphi 2. *Cæsaris, an.* 8. In Gallia 25 Iulii Rex Pacificationis Edictum refigit. moritur Franciscus Alensonius Andium Dux 10 Iunii in arce Theodorici. In Anglia Dux Nortfolcius, accusatus cõspirationis initæ cũ Albano Duce, de captiua Scotiæ Regina in libertatẽ asserẽda, capite plectitur. Apud Belgas, Yprenses à septẽ mensibus obsessi, tãdem Parmẽsi reconciliantur, datis victori obsidibus 9 Aprilis. idem à Brugensibus factũ 22 Maii. Orangius Sclopeto traiectus 10 Iulii, extẽplo moritur apud Batauos. Mauritiũ ex Anna Saxonia filiũ, qui annũ 18 agebat, Fœderati Holãdiæ & Zelandiæ Ordines Orangio substituũt Ducẽ Parmẽsis, capta Teneramũda oppido, coegit Gãdauenses ad dedition̄. recepta vrbs est 27 Sept. magnã experta Ducis Parmensis clementiã, dum iterũ Regis Imperio se subdit. Flandria sic subacta, victor Antuerpiã obsidione cingit memorabili: & cõmeatũ prohibiturus, Scaldim illabentẽ vrbi fluuiũ, iunctis catena nauibus strauit, superimposito ponte, qui 400 pedes Latus propugnacula excipiebat firma; licet hãc molẽ obsessi mira arte sæpe conati fũt euertere. Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux in Hispaniã nauigatione trãsmittit, Catharinã Philippi Regis filiã accepturus in coniugẽ. in quod tẽpus, incidit trãsitus per Regnũ illud, Legatorũ Iaponicorum, ad Romanũ Pontificẽ Gregorium 13 missorũ; vt Regũ nomine ei obedientiã præstarent. In Suecia magno Catholicæ Religionis detrimento diem claudit Catharina, Sigismundi primi filia & Sigismũdi 3 Poloniæ Regis mater, magnis uirtutibus ornata fœmina. Ioannes Basilii, qui Posseuini interuẽtu pacem antea cum Polono constituit, nunc moritur 28 Martii, Principatus hærede relicto Theodoro. Inducias inter Imperatorem & Turcas in nouem annos prorogatæ. Circa hunc annum plenior patere cœpit aditus PP. Soc. Iesu ad Sinarum conuersionem. *lege Duarricum Tom. 2. rerum Indicarum lib. 4. c. 20. & deinceps. vide an.* 1580.

B

1585 (Indict. 13.) | 1 Sixti 5. | 30 Philippi 2. | 11 Henrici 3. A

Rodolphi 2. *Cæsaris, an.* 9. Gregorius 13 magnis Pontificibus comparandus, meritorum plenus, cum iam Iaponiæ Legatos audiisset, annuisset que eorum postulatis, uita cessit, maximo per Christianum Orbem desiderio sui relicto, Romæ 10 Aprilis, & ætatis anno 84. Electus 24 Aprilis in Pontificem Sixtus V, Cardinalis S. Hieronymi: antea dictus Felix, Ordinis Minorum religiosus, è Marchia Anconitana oriundus. Apud Belgas Neomagum Geldriæ Metropolis Regi se subdit. Bruxellenses 13 Martii se quoque Regis potestati permiserunt. idem præstitit Mechlinia 19 Iulii. restabat adhuc obsessa Antuerpia; vbi ingeniosa illa, & monstro similis machina, vrbe emissa in Pontem, aditum patefecit: edita etiam Regiorum strage: sed mox reparato hoc damno, subacta demum Antuerpia est 17 Augusti, Regem agnoscens Brabantiæ Ducem; quando nobilissimum illud emporium sensim restitui cœpit. Parmensis 27 Augusti velut triumphans vrbe exceptus est. Dum hæc aguntur, Legati Ordinum Confœderatorum Hollandiæ & Zelandiæ eu incunt in Anglia, vt Regina Belgicæ ditionis tutelam accipiat. missus Robertus Dudleus Leceſtriæ Comes, qui Fœderatos regeret, acceptis prius in fidem Vlissinga & Brila maritimis oppidis.

B

Hic status fuit, & penè interitus Fœderis Belgici in Principem natiuũ; quando in Gallia aliud narratur initũ Ianuillæ 7 Februar.

hoc quartum, si bene numeres Lector, huius Seculi in Europa magnorum Principum fœdus est; initio splendidum, multisque titulo Religionis probatum, progressu dubium, exitu calamitosum, sed de quo dubitare mihi venit in mentem; dolendum magisne sit de nobilissimi Regni intestina hac & diuturna clade; an gaudendum de Prouidentia Diuina, quæ tandem in Henrico 4 instauratorem Regni dedit insperatum. Regē verè Christianissimum, & Diuinæ beneuolentiæ erga Gallicā Monarchiam maximum profecto argumentum. *Aurei Velleris Ordo* à Philippo Burgundiæ Duce Belgicique Imperii conditore primùm institutus, & postea à Carolo 5 circa annum 1516 auctus; nunc tandem à Philippo Hispaniæ Rege penè collapsus pristino splendori restituitur. Quidam se Regem Sebastianum, qui prælio Maurico in Africa occubuit, dicebat; captus fraudisque reus habitus periit. Infeliciter pugnant in Persida Turcæ, cæso Sinane Bassa. Domiti tamen nunc à Turcis Maronitæ ad montem Libanum. Apud Americam Virginia Insula detecta, ad Septentrionem vergens, soli vbertate cœlique temperie nobilis, Anglorum Coloniam accipit ab iisdem reperta.

1586 | 2 Sixti 5. | 31 Philippi 2. | Indict. 14. | 12 Henrici 3. A

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 10. Diem clausere hoc anno Antonius Perenottus medendi arte vir clarus, & Martinus Azpilcueta Nauarrus, ætatis suæ 94, Kalen. Iulii, vir doctrina & pietate insignis. refertur quoque in mensem Decembrem obitus Petri Victorii Florentini. idem annus vitæ vltimus fuit Octauio Farnesio Parmensium Duci, & Margaritæ Austriacæ Caroli V filiæ, (quæ antea Flandriam administrauerat,) parentibus Alexandri Farnesii hæredis, nunc Proregem in Belgio agentis. Illa Februario, Octauius Septembri mensibus vita cessere. Dragus Anglus Hispaniolam noui Orbis Insulam depopulatur. detecta in Anglam Reginam coniuratio. In Belgio Parmensis Grauiam, Venlonam, arcesque aliquot recipit, & rogatu Sixti V Pontificis, Nouesium Colonienſis ditionis oppidum captum, iustis dominis restituit. Stephanus Poloniæ Rex, pridie Idus Decembris, ad meliorem vitam emigrauit, Princeps à prudentia & bellicis artibus laudatus. Comitia de futuro Rege habenda, in annū sequentē indicta. A

1587 | 3 Sixti 5. | 32 Philippi 2. | Indict. 15. | 13 Henrici 3. A

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 11. Vario Marte hoc anno in sua viscera conuertit arma, Europa Christiana. Angli Hispanos, Hispani Belgas, Germani Francos exagitant. parabatur in Anglos Hispanica classis: sed Franciscus Dragus, Belgio per Reginam suam euocatus, & 24 nauibus præfectus, Gades adnauigat. in portu 30. naues omni apparatu bellico instructas diripuit; Hispanicis nauibus non modica ex parte incensis, depressis, vel abductis. Reuocatus quoque è Belgio Dudleus Leceſtrius, homo bello illi impar: obortoque (quod Alenſonio etiā accidit) in eum tumultu, tantùm non eiectus Belgio est ab Ordinum Confœderatis. Mauritius Nassouius Orangius ex Anna Saxonia filius, renuntiatur vnicus Ordinum Gubernator.

Maria Scotiæ Regina, annis penè 20 in custodia Anglicana seuere detenta: nunc tandem Anglis iudicibus, ipsa Anglici diadematis hæres, capite plectitur, 12. Kal. Martii. Princeps nobiliori funere digniſſima. Fortitudinis in hoc sexu & Christianæ pietatis singulare exemplum. feciſſet Deus, vt quæ Iacobo filio in Britanniam vniuersam ius succedendi hæreditario titulo reliquit; Orthodoxam etiam, quam illa constanter, & tot ante eam Reges coluerant fidem, eidem instillare potuisset. Pugnatum in Gallia est 20 Octobris ad Curtracum à magnis vtrinque Ducibus, Henrico Nauarræo Rege, & Annæo Ioiosæo infestis signis. amplam victoriam fortunatus Princeps Henricus reportat. oc- B C

cubuere vna cum Duce Ioioſæo & Claudio fratre, multi Galliarum Proceres Ducem ſequuti; caſu ſanè nobiliſſimæ illi familiæ, & Galliæ acerbo.

Per idem tempus Germanorũ exercitus, in Regẽ Henricum tertium, vt ferebatur paratus, iã Gallias infeſtabat: ſed quẽ Guiſii equitatus anguſtiis locorum implicitum, magnis incommodis affecit: ac tandem ad oppidum *Aulneau*, 23 Nouembris fudit penitus, ac profligauit. Obiit in Italia Franciſcus Medices Magnus Hetruriæ Dux: Ducatum tenuit Ferdinandus, S.R.E. Cardinalis, Franciſci frater menſe Octobri. Eiuſdem anni menſe Auguſto mortalitatem reliquit Guillelmus Gonzaga Mantuæ Dux: ſucceſſorem habuit Vincentium filium vnicum. In Comitiis Polonicis, poſt concertationem ſatis longam, Rex eligitur Sigiſmundus Sueciæ Princeps, Ioannis 3 Suecorum Regis filius, 27 Decemb. Cracouiæ coronatus; abeunte Maximiliano Imperatoris fratre, quem diſſidentium quorundam ſuffragia ad Regnum Poloniæ euocauerant.

14 Henrici 3.

1588 Indict. 1 — 4 Sixti 4. — 33 Philippi 2.

Rodolphi Cæſaris ann. 12. Funeſtus hic Galliæ annus fuit, quem proximus excipiet pluſquam Tragicus. Obiit primum Robertus Bullionius Dux, Geneuæ 11 Iannarii: eius filia & hæres Carolota, data vxor Vicecomiti Turenio. Menſe verò Martio Henricus Borbonius Ludouici filius, Henrici Nauarræorum Regis patruelis, Cõdæus Princeps, morbo oppreſſus interiit. vxor menſe Septembri Henricum peperit Borbonium, nominis quidem & paternæ ditionis hæredem, ſed Religione Orthodoxa parente clariorem. In Bleſenſibus Comitiis 23 Decẽbris, Guiſius Dux, Regiâ authoritate cæſus, occubuit. poſtridie Ducis frater Cardinalis, datis aliis in cuſtodiam, occiditur. Demum Regina mater in morbũ prolapſa viuere deſiit 5 Ian. vix duodecim dies Guiſio ſuperſtes. indoluiſſe fertur, audita Guiſiorum morte: quippe quæ iam lõgo rerum vſu edocta, præuidiſſe facile putatur nouas Cõfœderatorum iras, & inde naſcitura Regni detrimenta.

A

B

Hiſpanus Rex ingentem claſſem toto triennio paratam, nunc exeunte Maio iubet ſoluere Oliſippone in Angliam. habebat 130 nauigia militaria, omni arte inſtructa. veteranorum militum vicies mille numerabat, amplior adhuc futura aduentu Farneſianæ è Belgio claſſis, quæ expectabatur. ſed ipſo pene die, quo ſoluit, cœpit tempeſtate iactari: mox in Anglicanam claſſem incurrens, præter amiſſam Prætoriam, alia accepit non leuia detrimẽta. ad Calitii portum dum hæret in ſtatione, Farneſianas naues frũſtra expectans, Dragus Thalaſſiarchus Angliæ, ſpirante valido vento, octo nauigia accenſa noctu in Hiſpanicam claſſem immiſit. Hiſpani, veriti ne eorum naues flammam conciperent, in fugam reciſis rudentibus vertuntur: fugientes fœda iterum excepit tempeſtas: & Anglicæ naues, quæ procellas tutius ferebant, à tergo ſequutæ, Hiſpanicas aliquot ceperunt, nõnullis etiam depreſſis. reliqua claſſis nullo ordine effuſa, iactata procellis, longaque nauigatione defuncta, Hiſpaniam ingloria tenuit.

C

Infauſtus quoq; in Belgio fuit hic annus Farneſio, qui prohibentibus Cõfœderatis nunquã potuit claſſẽ adunare. ægreque Hiſpano Regi accuſatus ſatisfecit. Montes, ad Zomã Brabantiæ oppidũ, aggreſſus, ſoluit cũ ſuorum aliquot iactura obſidionem. cum Paſtranio Duce, & Aſcolio Principe, nuper à Rege miſſis, diſſidiũ habuit: tandẽ ad aquas medicas ſecedẽs, Mansfeldio cõmittit Belgii vicariã Præfecturã. Pacatiores fuere res Italiæ, niſi quod Emanuel Sabaudiæ Dux Carmaniolã (in qua 4000 ænea tormenta fuiſſe narrantur) & totum Salaſſorum vulgo Saluciæ Marchionatum occupauerit. Ferdinandus Magnus He-

D

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

truriæ Dux, Lotharingi Ducis filiam accepit vxorem, impetrata prius à Summo Pontifice venia Legis Ecclesiasticæ, quæ facilis erat Principi nondum ad Sacerdotium promoto. Fridericus Daniæ Rex huius nominis 2, obiit mense Martio, anno Regni 30. successit in Regnum Christianus hæres paternæ ditionis.

1589 | 5 Sixti 5. | 34 Philippi 2. | Indict. 2 | 15 Henrici 3.

Rodolphi 2. C. Cæsaris an. 13. Regiomontanus, ante centum annos Mathematicus, præcedentis anni tristes prædicens euentus, grãdemque vbique luctum; potuisset etiam & hunc iam excurrentem, funestis suis ominibus addidisse. Constantinopoli seditionẽ grauem concitarunt Legionarii, iniecto etiam domibus incendio, quod supra 12 ædium millia vorauit. Elizabetha Anglorum Regina cum Sultano Christiani nominis iurato hoste fœdus init aduersus Hispanum. Maximilianus spe aliquotque suffragiis Rex Poloniæ; captus à Sigismundanis, vix agente Summo Pontifice per Aldobrandinum Cardinalem (qui postea Clemens 8. fuit) à vinculis dimittitur. In Italia exundans Tyberis vrbem effecit nauigabilem. Venetorum ciuitas exæstuantis Adriatici maris vndis penè obruta. Geneuam, rebellem & hæreticam vrbem, Sabaudiæ Dux frustra obsidet. Angliæ Regina Turcico fœdere, & præcedentis anni victoria gestiens, bellum Hispano infert, Ducibus Don. Anthonio, & Drago. Angli Olisipponensi suburbio potiti, per ignotam regionem vagantur; vbi à Lusitanis duriter excepti, fugatique, ægrè laceram classem exeũte Iunio in Angliam reducunt; abductis è Tagi ostio nauibus aliquot frumento onustis. Belgium solito æstuat bello, rem non infelicitergerente Mansfeldio, dum Parmensis ægro admodum corpore Aquisgranium secedit. Cosacorum iniuris lacessiti Tartari, vastãt Podoliã & à Cosacis Nisouiis supra Borysthenem profligatur.

Gallia restat, acerbo & supra opinionem hominum perculsa casu, coeuntibus per omes ferè Prouincias, armatisque in Regem Confœderatis Catholicis. de quorum conatibus obiter, sed pro instituta breuitate satis dixi 1585. Magna rerum inclinatio facta, & ciuitatum defectio (vt ommes nôrunt) maximarũ. quo vno nomine hunc animorum motum appellem vix occurrit. certè si Paroxismus vocari debet, inuasit ille multos mortales omnium Ordinum, etiam Religiosos, Præsules, Senatores. Illuxit dies Kalendarum Augusti, quãdo Regio aucto exercitu, Rex ipse Parisiensi vrbi armatus imminebat; Lutetia postridie cæterisque, vt spes erat, vrbibus, potiturus: nisi infelici casu dies ille Catholico Principi fuisset vltimus, in quo desiit regnare Valesiorum familia. Sed parce Lector quisquis es, si nullius auribus hic seruio. facere enim non possum, vt hoc male feriati hominis, & iniqui percussoris facinus temerarium, vehementer non damnem. Scribant variarũ nationum homines quæ velint: ego nullo vnquam diuino vel humano iure permissum puto subdito, priuato, aut cuiuis personæ his artibus in Principem insurgere, quãuis ille Hæreticus foret: nedum si legitimus, si Catholicus est, si Rex Christianissimus. in scelere nulla Religio est, & malis artibus Diuinum Numen nunquam bene colitur. Altero ab excessu Regis die, Henricus Borbonius, ex defuncti Henrici Regis codicillis, & Salica Lege, Rex Galliarũ renũtiatur; postquã solẽni iuramẽto Religionis Catholicæ cõseruationẽ, vbi ea sarta tecta adhuc esset; & Regni ex auita cõsuetudine administrationẽ promisisset. vtrũque Magnus Princeps postea præstitit: obstupescente terrarum Orbe ad immensam hanc Dei prouidentiam, qui supra quàm sperare potuissent homines, afflictis Galliæ rebus dedit restaura-

torem,eumque Catholicum tandem & maximis Galliarum Monarchis comparandum.

1590 | I Vrbani 7. | 35 Philippi 2. | I Henrici 4. Borbonij A

Indict. 3. | I Gregorij 14

Rodolphi 2.Cæsaris,an.14. Vidit hic annus tres pontifices. obiit Sixtus 27 Augusti:electus Vrbanus septimus 15.Septemb.Romanus,antea dictus Ioānes Baptista Castaneus,Cardinalis S. Marcelli:sed ante inaugurationem diem clausit,die 27 eiusdem mēsis.subrogatur Gregorius 14.Mediolanēsis,electus 5 Decembris, ex Illustri familia,prius Nicolaus Sfondratus,Cardinalis S.Cæciliæ nuncupatus.Henricus Borbonius,iam Rex Galliarum renūtiatus,insigni victoria potitur 14 Martii apud vrbem Druydum in Normannia,quam Rex obsidebat.In hac pugna,quæ Yurien-sis dicta est,cæsus Comes Egmontius,qui Belgicas copias,à Parmensi missas,ducebat.Fuso exercitu,Menius Fœderatorū Princeps Suessiones,& ad tutiora loca se recipit. Druydum vrbs cessit victori,qui bene vsus victoria,post Melodunum, & alia pleraque loca recepta,Lutetiam arcta cingit obsidione, quam absente Menio Dux Nemourius propugnabat, & quamuis aduentu Parmensis Ducis,qui è Flandria subsidio Confœderatis venerat, soluta obsidio fuerit exeunte Augusto: tamen post reditum Parmensis in Flandriam (qui incidit in finem Nouembris mensis) mutata sunt Fœderatis in peiorem statum fere omnia.Sane raro durant fœdera,in Principem coacta rarissimè,actum etiam multo infirmiora sunt.Mansfeldius Ber Kan ad Rheni ripam, oppidum egregiè munitum, occupat.tumultus Hispanorum Belgicus ob non soluta stipendia,& aduentus Parmensis in Galliam, Flandrico bello modum aliquem posuerunt. B

1591 | I Innocētij 9 | 36 Philippi 2. | 2 Henrici 4 Borbonij. A

Indict. 4.

Rodolphi 2.Cæsaris,ann 15 Obfuit Regiis in Belgio principum inter se diffidētia.Farnesiique excursio illa in Galliam,vt Rothomago obsessæ vrbi subueniret.quo tempore Mauritius instructa classe Sutphaniam,Venlonam,aliaque loca tum dolo,tum virtute occupauit. Interim Hispanica classis Blauetum portum minoris Britāniæ occupat.Fœderatis in Gallia ereptæ vrbes Carnutum, Nouiodunum in Picardia,& Ligurium.In Delphinatu porrò,& alibi,nihil fere illis felicius cessit. Daumalius Eques ad Fanum S.Dionysii cæsus.à fœdere deficit Niuernensis Dux. Guisius 15 Augusti è custodia Turonēsi,qua detinebatur,euasit.In Germania Argentinense Carthusianorum Monasterium,anno 1311 erectum,nunc à Lutheranis solo æquatum est. Turcæ Comaram in Hungaria mense Iulio expugnant. Papa Gregorius 14 moritur Romæ 15.Octobris:electus Pontifex Innocentius 9 Bononiensis,dictus Ioannes Baptista Facchinetti, Cardinalis SS. quatuor Coron.creatus 29 Octobris:diem clausit 30 Decembris.quem sequetur Clemens 8. Anglica classis,quæ exeunte hoc anno ad fauces Atlantici maris constiterat, inuasura naues Hispanicas, auro onustas ex India aduentantes, inito certamine profligata est ab hoste,& aduerso marisæstu superata. B

1592 | I Clemētis 8 | 37 Philippi 2. | 3 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 5.

Rodolphi 2.Cæsaris ann.16. Mauricius in Belgio aliqua oppida capit,dum Parmensis ægro corpore tantum non decumbit: qui hoc anno rediit è Gallia;& 16 Nouemb.Atrebatum delatus, ibidem diem clausit 3 Decemb.quem Scriptores magnis laudibus prosequuntur: vterat magni animi Princeps, victoriis bellicisque artibus clarus,Christianæ Religionis promouendæ conseruandæque cupidissimus. Interim res Belgicas Petrus Ernestus Mansfeldius moderatur.Filium Carolum exeunte hoc anno destinat in Galliam, qui Fœderatos iuuet. Turcæ in Croatia Vihitzio arce,& magna victoria potiuntur. aliunde Bassa Budensis Tripolim Insulam depopulatus,ad fines etiam Austriæ diuagatur:dum de ciuili Germanorum discordia componenda, & bel-

lo in Turcas deliberat Imperator, habitis Comitiis. Eodem anno Cæsarauguſtæ tumultus in Hiſpania excitatur. Antonium Perezium ibi vinculis detentum petebat Rex Philippus. Negant id poſſe fieri ſaluis Priuilegiis Cæsarauguſtani. Itum ad arma. Rex immiſſo exercitu vrbem, aliaque loca recipit, ſumpto de quibuſdam ſupplicio. Iterum ab Hiſpanis profligata claſſis Anglica in Atlantico Oceano. Captæ naues 27, aliquæ depreſſæ. Innocentio Papæ mortuo ſucceſſit Clemens 8. Florentinus, dictus Hippolytus Aldobrandinus, Cardinalis Sancti Pancratii, electus 30 Ianuarii.

1593 Indict. 6. | 2 Clemētis 8 | 38 Philippi 2. | 4 Henrici 4. Borbonij. A

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 17. Muleius Xequus, & Feſſæ & Marochi Regis filius, datus ante aliquot annos Sebaſtiano Luſitaniæ Regi obſes, & poſt obitum Sebaſtiani educatus in Philippi Regis tutela: nunc tandem Chriſtiana Sacra ſequutus, in Cœnobio S. Laurentii, quod Eſcuriale vocant, baptizatur. Petro Mansfeldo inſpectore, Mauricius, in Belgio Confœderatorum ibi Dux, Montes Sanctæ Gertrudis expugnat. Carolus Mansfeldus filius, primum caſtro Nouæuillæ, mox iunctis Galliæ Fœderatis Nouioduno potitur. Et hoc quidem, menſe Martio. Inſequente vero Iunio exeunte, Valerianam vrbem cepit. nec caruit Maſſilia ſuo tumultu, dubia an Ladiguerium, an Sabaudum Ducem ſequeretur.

Interim dum hæc aguntur, habentur Pariſiis Comitia Fœderatorum de nouo Rege eligendo, ſed parum feliciter ſucceſſura. Illuxit enim optatus ille dies Iulii 25, quãdo Rex Henricus huius nominis 4, ſe verè Catholicum profeſſus, nouis cœpit augeri victoriis, & ad inſperatum multis mortalibus gloriæ cumulum feſtinare, quo Deus Chriſtianiſſimos Galliarum Monarchas ſingulari beneuolentia hactenus dignatus eſt. Hoc anno in Hungaria Turcæ primum cæſi, poſtea redintegrato bello regreſſi, Siſe-Kan arcem expugnant. Mox Veſprinum 6 Octob. Exiens tamen annus Turcis funeſtus fuit; quibus crebras magnaſque clades intulerunt Cæsarianæ militiæ Præfecti. Sub idem tempus victus à Perſa Amuratus eſt. Viuendi finem fecit Ioannes 3 Sueciæ Rex. Sigiſmundus tertius, Poloniæ Rex, defuncti Sueci filius, Gedano ſoluens in Regnum paternum venit, ſolioque potitus, ac commiſſo Senatoribus Reipublicæ clauo, rediit anno ſequente in Poloniam.

B

In Italia Dux Niuernenſis ab Henrico 4 Galliarum Rege miſſus Orator, acturus apud Pontificem de Rege in gremium Eccleſiæ recipiendo, comiter à Pontifice habitus eſt, ad priuatum admiſſus colloquium: ſed quod petebatur in aliud tempus eſt reiectum, Dux rediens, Patriciatus honore donatur à Venetis; qui palmam ciuitatem hoc anno in Foro Iulii prope Aquileiã condere cœperunt, arcemque poſtea reddiderunt munitiſsimam. Torquatus Taſſus, Poeta, claruit nunc Romæ: à quo anno non multum abeſt eius obitus. acceſſit Henricus Pantaleon in Germania Medicus, & Hiſtoricus.

1594 Indict. 7. | 3 Clemẽtis 8 | 39 Philippi 2. | 5 Henrici 4. Borbonij. A

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 18. Iacobo 6 Scotorum Regi natus eſt primogenitus Henricus Fridericus, ex vxore Anna Daniæ Regis ſorore: nomen in Baptiſmo ab vtroque auo ſortitus. Flandriæ Præfectura donatus eſt ab Hiſpano Rege Philippo, Ernestus Rodolphi Cæsaris frater, Auſtriaci ſanguinis princeps. Mathias frater, Hũgariæ adminiſtrationem ſuſcepit. Mauritius inter hæc Groningam deditione accepit 22 Iulii, inter Friſiæ vrbes munitiſſimam, & cæterarum ornamentum.

Lætus admodum hic annus Galliæ extitit: qui proximum bellorum ciuilium finem promittebat. peracta enim Regis Inunctione Sacra Carnuti ſolemni ritu, mox Fœderatæ vrbes ad

Regis obsequium certatim pene redibant. Victrius Eques Meldarum deditione Regis conciliatur. Meldas sequuntur Lugdunum, Aurelia, & ipsa vrbs Regia 9 Kalend. April. Brissaci Gubernatoris industriâ. Senatus Turonibus Lutetiam reuocatur; Carnuto, Magnum seu Prætorianum Consilium. Resciſſum tunc Senatus decreto, quidquid antea in Fœderatorum fauorem decretum reperiebatur: & Menio abrogata omnis regēdi potestas. Lotharingus Dux pacē cū Rege constituit. Guisius in Principis sui gratiā rediit. Menius Burgūdiam sibi susceptit defendendam, interim dum Mercurius Dux ope Hispanorum Britanniam ægrē admodum tuetur. Capellam quidem expugnauit Mansfeldus. Rex vero Lauduno & Cameraco potitur.

Sumptum Parisiis seuerum, vti par erat, supplicium de his, qui necis Brissonii V. C. conscij reperiebantur: sed quanto æquiore iure de sicario illo, & parricidalis animi iuuene, qui tunc vesano ausu Regi vulnus inflixit, Deo sane grauiorem ictum auertente, vt Christianissimū Principem ad Gallici Imperij restaurationem reseruaret. Creauit quidem ea res errorem, & Clarimontani Collegij moderatoribus fraudem, sub quibus aliquandiu literas ille didicerat, vt fuerunt tempora illa sūspicionum plenissima, auxitque commentum apprime, ex recenti bello intestino natū, & nondum restinctum odium. Sed illorum P. P. integritas, tum amplissimi Senatus Parisiensis decreto, (qui causa hac districte ventilata, nullum huius criminis vestigium in illis reperit:) tum tandem Regis Christianissimi iudicio, bonorumque omnium suffragio satis superque comprobata mansit. Prætereo in hoc iudicio nostri seculi Nouatores, quorum plerique, quo sunt à Deo & Religione Orthodoxa auerso animo, insignes hactenus per Gallias Angliamque extiterunt in nostri Ordinis homines calumniarum artifices. de quibus appositè diuinóque ore Christus, *mentientes propter me*: atque iterum: εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν. Hoc nos quidem solatur satis, & æquissima causa quam doctissimi atque integerrimi viri tot iam suis scriptis à scelerata hac iniuria vindicarunt. his vero (quod prioribus Hæreticis euenit) quid nisi inuidia & maleuolentiæ nota in posteritatem redundabit?

Turcæ fœderatorum suorum Tauricanorum Tartarorum ducenta equitum millia in Hungariam euocant, quibus cum Poloni transitum per fines suos negarent, illi delectu habito septuaginta equitum millia qui reliquis iter aperirent, præmiserunt. Verum his Ioannes Zamoscius regni Cancellarius occurrens, pugnæ copiā ita fecit, vt 1800 ex suis desideratis, 30000 in acie prostrauerit. Sigismundus Rex Vpsaliæ in Suecia coronatur. In Poloniam redit, Carolo Patruo Sudermanniæ Principe Prorege relicto. Cosaci tribus præliis Palatino Valachiæ superato, tota ditione vastata, cum oppulenta præda, & septuaginta tormentis bellicis ad sedes suas redeunt.

Est in Hungaria Iauarinum oppidum, (Raab vocant) palustri loco conditum; quod nec actis cuniculis suffodi, nec admotis scalis superari potest.. Hæc vrbs post bimestrem obsidionem venit deditione in potestatem Turcarum 29 Septemb. cum omni apparatu bellico. Commarram Insulam, lato flumine à continē te diuisam, tentauit quidē Turca, Sinanes Bassa: sed frustra. Sigismundus Battorius, Transyluaniæ Princeps, à Sultano deficiens, venit in Romani Imperatoris societatem: & prædam ingentem, direptis Turcarum nauibus, referunt noui socii, potiti Ottomannico auro, quantum nunquam anteà in Hungariam Turca transmiserat. In Italia, Turcica classis Rhegium Calabriæ op-

pidum diripit: sed à Pontifice & Hispano immissæ in hostem secundo fluxu 70 Triremes, territum repellũt. Alexandrina Ecclesia, authore Patriarcha Gabriele, & Ioanne Como Corepiscopo, literas hoc anno dederunt ad Romanum Pontificem, indices obsequii & conuersionis ad Romanam Ecclesiam. eodem anno 30 Iulii mortalitatem reliquit in Gallia Carolus Cardinadinalis Borbonius.

1595 | 4 Clementis 8 | 40 Philippi 2 | 6 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 8.

Rodolphi II. Cæsaris ann. 19. Henricus Galliarum Rex ab Equitum S. Spiritus institutione annum auspicatus, bellum Hispano Regi Philippo indicit 17. Ian. gestum in Picardia, & Burgundia Prouinciis potissimum. Ernestus, laudatus Princeps, calculi doloribus oppressus, fato cessit 21 Februar. Carolus Mansfeldus in Germaniam à Cæsare vocatur. superfuit Fontanus Comes: qui Belgio Præfectus Picardiam infestat. Casteluto Veromanduorum oppido potitur, & Dorlanum vltimo Iulii expugnat. Cameraci etiam exceptus à ciuibus est, pulso Balignio, qui pro Franco stabat Gubernator. Longouialleus Dux Veromandius, & Morinis ab Henrico Præfectus, dum Dorlanum subit, ictu plumbeæ glãdis interiit. Felicius Franco Regi in Burgundia res cessere: in qua Prouincia, Augustodunum, Diuionum, finitimæque vrbes Regi se subdunt,

Romæ, appetente Autumno, Perronius Episcopus Ebroicensis (postea inter Purpuratos Patres meritissimo numeratus) Gratiam Apostolicam Regi à Pontifice Maximo impetrat: vbi Rex vinculo anathematis solenni ritu solutus est, & maximo Vrbis applausu quem coram intuitus sum, Christianissimi titulo more maiorum decoratus. Dum Rex Feram vrbem obsidet, Menius Regem Gallici sceptri legitimum agnoscit hæredem. Domalius Dux proscriptus. Obiit Antonius Lusitanicus Parisiis, qui Lusitaniam suam esse contendebat. diem clauserunt Niuernensis Dux in Gallia, & Ioannes Lesleus Rossensis Episcopus Bruxellis, qui Scoticarum rerum Historiam, optima fide scriptam, dedit: vir ingenii & doctrinæ laude clarus. hic tamen, anno subsequente mortalitatem reliquit. qui etiam supremus fuit Petro Pithœo Neomagi ad Sequanã, Iurisprudentiæ & antiquitatis gnaro.

In Hungaria Carolus Mansfeldus, dum profligatis 50 Turcarum millibus, Strigonium obsidet, morbo correptus, Comorramque delatus, 14 Augusti, præclari Ducis datis indiciis, diem clausit. Mox à Transiluano 60 Turcarum millia cæsa: sæpiusq; nouis hostibus coeuntibus cladem infert memorabilem per Valachiam. Tertio obsidionis mense receptum à Christianis Strigonium in Pannonia, ipsis Kal. Septẽbr. post. 53 an. quibus seruiuit Turcis. Stupendum in vrbe quadam inter Confluentiam & Moguntiam natum monstrum est: supernè homo desinebat in serpentem tres vlnas longum. recens natum hoc prodigium, patrem, hominem Diuinæ Legis contemptorem, cauda implicatum miserè extinguit: & matre breui extincta, desiit diutius viuere infelix ostentum. Zamoscius Polonię Cancellarius Moldauiam occupat & Palatinum Poloniæ regno tributarium cõstituit. Interim Transyluaniæ Princeps Sigismundus, qui Turcas non ita pridem secundis aliquot præliis exceperat, Romã ad Clementem octauum mittit, queriturque suæ ditionis Prouinciam iniuria à Polonis occupari. Qua principis petitione permotus Põtifex, effecit apud Poloniæ regem & Zamoscium Cancellarium, vt à bello Moldauico desisterẽt. Sed Moldauia non multo post, minimè à Transyluano defensa Turcicum iugum subiit. Inter Suecos & Moscos, post triginta annorũ bellum, tandem pax con-

ſtituta: qua firmata, actum in Cracouiæ Comitiis eſt a Sigiſmũdo Poloniæ & Sueciæ Rege altero item Sigiſmundo Tranſiluaniæ Principe, & ab Imperatore; de bello in Turcas inſtaurando. Extincti, Amuratus 3, Turcarum Princeps, (cui ſuccedit Mahometus filius, natu maximus:) & Perſarũ Rex: cuius filius bellũ in Turcas redintegrat. quo etiã tẽpore Anglica claſſis ab Hiſpanis verſus Americã profligata eſt: & viuẽdi finẽ fecit Dragus ductor claſſis, noſtri ſeculi memorãdus Pyrata. Apud Venetos poſt Paſchalis Ciconiæ obitum, Dux renuntiatur Marinus Grimannus. Summus Pont. & Italiæ Principes numeroſum hoc anno militem recenſuere ad bellum Hungaricum contra Turcas.

1596 | 5 Clemẽtis 8 | 41 Philippi 2 | 7 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 9.

Rodolphi 2. Cæſaris an. 20. Renuntiatus hoc anno eſt Belgii Prorex, Albertus Cardinalis Auſtriacus. dum bellum ille Philippi cum promouet aduerſus Francos, Calitium expugnat 24 April. & Ardeam Picardiæ oppidum proximo Maio occupat. Rex Henricus Feram vrbem eodem menſe recuperat: Atrebatenſemq; agrum vaſtat. Guiſius prouinciæ Phocenſi datus Prorex, Maſſiliam fluctuantem Regi ſubiicit 17 Feb. anni ſubſequentis. Pons Pariſienſis ad Luparam à Carolo IX inchoatus, abſoluitur. Burdigalenſe Palatium incendio deflagrat, exuſto inſtrumentorum & litium armario. Peracta hoc anno naumachia eſt ad fretum Gaditanum, inter duas probe inſtructas claſſes, Hiſpanicam & Anglicam. hæc, 30 armatorũ millia (in quibus Hollandicæ naues plures) numerabat. fugatis Hiſpanis, Anglus potitus victoria, vrbem etiam Gades, expoſitis in continentem copiis, captam incendit, rediitq; in Angliam. Mohometes, ducto in Hungariam numeroſo exercitu, Agriam vrbem, Hungariæ propugnaculum, capit: & poſtea, clade datâ & acceptâ, rediit Conſtãtinopolim, appetente Autumno. Nunc primùm lucem aſpexit poſt tot ſecula ſynodus illa prætenſa, quæ iuxta Lutetiam fertur habita anno 825, vti ibidem Commemorauit Francofurti excuſa: & in qua aduerſus 7 ſynodum Oecumenicã, Nicenam ſecundã, conati ſunt collecti illi de cultu imaginum diſceptatores, ſtatuere imagines ad fidelium quidem inſtructionem in templis proſtare; non autem ad cultum illis in prototypo exhibendum. ſed hanc prætenſam ſynodum refellit abunde, Illuſt. Card. Bellarminus in appendice, tract. de cultu imaginum. Cardinalis Caietanus in Poloniam à Pontifice deſtinatur Legatus. cætera per Italiam quieta, niſi quod Ferrarienſis Dux (cui iuſtis natalibus ſucceſſores nulli erant) fruſtra expeteret Ferrarienſis Feudi inueſtiturã, concedi Cæſari Eſtenſi patrueli, & adoptiuo filio. ſicque tandem ad Pontificem redire cœpit Ferraria. Diem clauſit Toletus Cardinalis doctrina & virtute conſpicuus; primus è Societate Ieſu à Clemente 8 ad hanc dignitatem aſſumptus.

1597 | 6 Clemẽtis 8 | 42 Philippi 2 | 8 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 10.

Rodolphi 2. Cæſaris an. 21. In Gallia Albertus Cardinalis Ambianum Picardiæ Metropolim ſtratagemate intercepit Martio mẽſe. Rex Henricus eandem vrbem poſtero die obſeſſam, recepit 19 Septemb. grauior Hiſpanis clades illa fuit, quâ Mauricius in Brabantia ſtrauit Legiones Regias & 5 equitum turmas, potitus Spoliis opimis. mox Friſiæ partem, qua Rhenum ſpectat, occupauit. In Hungaria Maximilianus Iauarinum, & Sigiſmundus Tranſiluaniæ Princeps Temeſuarum arcem, obſidione, ſed fruſtra hoc anno tentârunt, contra nitentibus Turcis, & vario Marte certantibus. Interim Perſarum Legati cum Ottomannicis pacem & amicitiam firmant. Quæ res Mahometo, in Chriſtianos bella promouenti, pergrata accidit. Theodoro Moſcouiæ Duci mortuo, ſucceſſit germanus Boris Theorides. Sedulam dat operam Pontifex, vt pax inter duos Reges Francum & Hiſpa-

num componatur. Diem clauserunt Sabaudiæ Ducis coniux, filia Regis Hispaniarum: (quatuor filios reliquit superstites:) & Ortelius Geographicus.

1598 | 7 Clemēt ix 8 | 43 Philippi 2 | 9 Henrici 4. Brrbonij.

Indict. 11.

Rodolphi 2. Cæsaris ann. 22. Magnis duobus Regibus, Franco & Hispano pacem attulit hic annus. Philippus primum Isabellam primogenitam, Alberto Cardinali, depositā purpura, iungit connubio. Canonis de Sacro ordine rigorem, Pontifex ob bonum publicum laxat. dotis nomine Burgundiæ Comitatus, & Belgij dominium assignantur. Interim Franciscus Mendosa, Arragoniæ Admiralius, Regiis copiis in Belgio Præfectus, Berka, Diœcesis Colonienſis vrbe, in potestatem suam redacta, (eam antea occupauerant Mauriciani,) Batauis Rheni nauigationem præclusit. Successit optata illa inter Reges pax 2 Maij, dicta Veruinensis, posteà Parisijs, & alibi publicata. In cuius societatem Albertus Archidux, & Sabaudiæ Dux venerunt. Conditiones inter alia, restituendas decernebant arces & vrbes vtrinque occupatas, ac commerciorum ius liberum. Eodem anno Armorica vniuersa, Mercurium Ducem anteà sequuta, ad Regis obsequiū rediit. Catharina Borbonia, Regis soror, Lotharingo Principi desponsata.

A

B

Post hæc Philippus Hispaniarum Rex, huius nominis 2, desiit esse inter viuos, Idib. Septemb. in Regia, quam Escuriale vocant, insigni & pietate *Princeps*, & zelo erga Dei Ecclesiam, vti eius vita, & suprema monita testantur; quibus ille Regnorum caducā spem, & periculosum esse Mundi fastum testatus, suos, vt in Ecclesiæ gremio constanter hærerent, grauiter est hortatus. Tandemque Christiano Orthodoxoque more expiatis culpis mortalitatem reliquit, ætatis anno 72, successore Regnorum designato filio *Philippo*, eius nominis tertio.

C

In Hungaria, Adolphus, Viennæ Gubernator, Raab, seu Iauarinum 29 Martij egregio stratagemate Turcis eripit, effracta petartæ tormenti ictu porta principali: quatuor horas certatum est intra vrbem, tandem cæsis 1600 Turcis, tormenta maiora recuperata sunt 185. Transiluaniæ Princeps Sigismundus, qui ineunte ferè Aprili Transiluaniam & Valachiam cessit Rodolpho Cæsari, rursus præter hominum opinionem è Silesia rediit Claudiopolim mense Augusto. Valachi, deletis 13 Turcarum millibus, mox Nicopolim captam incendunt. Matthias Archidux Budæ obsidionem à Kal. Octob. ad 11. Nouem. protraxit: sed suburbio, alteraque vrbis arce receptis euersisque, præcipuam arcē ad deditionem compellere non permisit cœli inclementia. Sigismundus Rex Poloniæ Gedano soluens classem in *Sueſſiam* destinatam vi tempestatis amittit. Ipse cum paucis in *Sueſſiam* delatus vix Caroli *Patrui* sui insidias euasit. *Sopitum* mense Ianuario bellum inter *Pontificē* & Estēsem de Ferrariensi Ducatu. Cęsari, Alfonsi Ducis Estēsis adoptiuo filio, permissa Feuda, quæ *Sedi* Apostolicæ non erant obnoxia. Ferraria *Pontifici* reddita, manſit itaque Cæsar Dux Mutinensis, matre ex familia Rueria, & Ducis Vrbini amita, multisque nominibus dignus qui inter illustrissimæ Estensis familiæ proceres numeratus, Ducum seriem continuaret. Hac hyeme intumescens Tybris Romam fecit nauigabilem, ipsis Christi Natalitiis: extatque prodigiosæ inundationis notata altitudo, in *Pronao* Basilicæ in Minerua.

D

Batauī, aperto nouo versus Septentrionem itinere ad Sinas & Molucas Insulas, quatuor nauibus vecti, penetrare hoc anno cōtendunt. Idem à pluribus tentatum, sed infelici successu. paucos in Hollandiam rediisse narrat Historia de hac nauigatione conscripta. In Hibernia Comes Tyronius, submissis aliquot ex His-

E

pania auxiliaribus copiis, pugnat pro Religione Orthodoxa cõtra Anglum Proregem, nunc quidem satis feliciter. Diem clauserunt Thomas Stapletonius Anglus, & Benedictus Arias Montanus, Theologi insignes, ac linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ notitia probè instructi. enituit etiam Montani egregia in Bibliis Antuerpiensibus consignandis industria. Obiit Hispali in patrio solo. Suos hoc anno Martyres Iaponia dedit, sex Franciscanos, qui insigni constantia in Crucem, iubente Quabacundono, acti obierunt.

1599 | 8 Clemētis 8 | 1 Philippi 3. | Indict. 12.

Rodolphi 2. Cæsaris, ann. 23. Margarita Austriaca, destinata Philippo 3 vxor, & Albertus, ex connubio cum Isabella Hispanica designatus Princeps Belgicus; post solenni ritu Ferrariæ 15. Nouemb. præcedentis anni peracta à Clemente Pontifice sponsalia, tùm Hispani Regis, tum Alberti: nunc tandem Februario mense Genua soluunt in Hispaniam, Barcinonem prospero flatu delati mense Aprili: eodēque anno peractæ magno apparatu tot Principum nuptiæ. Albertus & Isabella Barcinone soluunt 7 Idus Iunii: & per Italiam, Heluetiorum fines, Alsatiam, Lotharingiam, & Lucemburgenses peruenerunt in Brabantiam. excepti magno apparatu Bruxellis 5 Septemb. Mox etiam ab Antuerpiensibus 6 Idus Decemb. Tunc tandem Belgium Principes suos aspexit; cum eius administratio penes plures, quos supra recensui proreges fuisset, ab obitu Mariæ Burgundicæ vxoris Maximiliani; per quam à Burgundis ad Austriacos Principatus iste deuolutus est.

10 Henrici 4. Borbonij.

Interim non cessabat certatio cum Mauricianis. Sed nihil in huius anni pugnis, quod operæ pretium esset, ab vllis effectum. tantum Albertus Angliæ Reginam, vt pacem probaret, literis suis adduxit. Rediit in Belgium cũ Archiduce Alberto ex Hispania Philippus Nassouius, Orangii Princeps, Guillelmi filius: cui in itinere Orangius, seu Arausicanus Principatus prope Auenionem restitutus est. Batauorum classis Canarias depopulata, in reditu oborta tempestate demergitur cum opimis spoliis.

In Gallia cum Margarita Regina Valesia, magnis naturæ dotibus ornata Princeps, sed quæ tertio sanguinis gradu Regem contingebat (de quo impedimento matrimonii cum Henrico nulla Pontificis venia intercesserat) aliam etiam, vti plures scribunt, dissoluendi matrimonii aperuisset causam; effectum, vt Summus Pontifex ex Principis vtriusque consensu, improbato hoc matrimonio, locum iure fecerit nouo coniugio cum Maria Medicæa, Francisci Hetruriæ Ducis filia. peractas nuptias vendicat sibi proximus annus. In Suecia Carolus Finlandiæ Dux, Sigismundi Regis Poloniæ patruus, Stocholmiam, Calmoniam, Sueciæque vrbes plures occupat: mox in Finnones protracto bello, eosdem domat. Andreas Battorius Cardinalis, inito cum Soltano Thraciæ fœdere, Transyluaniam occupans, Valachiam etiam sibi subiicere parabat. Sed Michael Vayuoda, qui pro Cæsare ibi stabat, collecto exercitu, fudit Transiluanos, potitus vrbibus Clausenburga, Husta, & Albaiulia. periit Cardinalis, à Valachis in fuga trucidatus: sicque Transyluania ad Rodolphum Cæsarem rediit tota. Henricus Ioioseus, Illustrissimi Cardinalis Ducis Ioiosei frater, spretis magnis opibus, post 3 annos quos annuente Pontifice Prorex in Occitania nuper ciuilium bellorum tempore exegit; iterum nuntium seculo remittens, in pristinam se PP. Capucinorum abdit solitudinem. In qua postea egregius Concionator factus, sanctissime obiit, vnica filia superstite, quæ Mompensierio Principi Borbonio nupsit. Quo etiam tempore Marchionissa Bellinsulana Fulienſium Monialium institutum

sequuta, egregium contemptarum deliciarum exemplum posteris reliquit.

1600 | 9 Clemētis 8 | 2 Philippi 3 | Indict. 13. | 11 Henrici 4. Borbonij.

Rodolphi 2. Cæsaris an. 24. In Veruini pace, constituta inter duos Reges, Pontifex nominatus fuit, qui de Sabaudiæ Ducis dissidio cum Rege arbiter pronuntiaret. Sed res infecta mansit. Dux Marchionatum Salussianum reddere procrastinat: vrget Rex: cœptum inde bellum Allobrogicum. Paucis diebus Rex Sabaudiam occupat, expugnatis Burgo, Camberiaco, Montmeillano, aliisque locis, vsque ad Cibēnica fuga (vulgò *Mont cenis*) nec pax potuit, nisi ineunte proximo anno componi, opera Illustrissimi Cardinalis Aldobrandini, ad id à Pontifice delegati. Marchionatum Dux retinet ex conditionibus pacis: cedit Regi agrum Bressianum: centum insuper aureorum millia numerat ad belli reparanda dispendia. Inter hæc, Maria Medicea, Regi desponsata, Auenione Regio spectaculorum apparatu, demum exeunte anno Lugduni ab ipso Rege excepta est. A B

In Belgio periculosè tumultuati hoc anno sunt Archiducis milites ter mille, ob non soluta stipendia: qui Diestho occupato, æquè penè ac hostes Belgis suis erant molesti. hanc tenuit occasionem Mauricius, & Crenecordium, propugnaculumq; S. Andreæ occupat: deportato insuper in Flandriam exercitu, Neoportum obsidet, sed frustra. Ibi ad noctem vsque pugnatum est infestis signis, præsente Archiduce. Fusus Catholicus exercitus. Sed mox milite dispersо ad signa coeunte, effecit nouus exercitus, vt Mauricius suos in Hollandiam & Brabantiam reduceret. Triremes, quas Fridericus Spinola ex Hispania adduxerat; paulò ante, 20 Batauorum naues vectorias superauêre. C

Ingens nunc Orbi innotuit Gaurienſium fratrum scelus in Scotia, qui parricidali ausu Regem, spe potiundi thesauri in arcem, quam vicinam habebant, benigne abductum, trucidare aggressi sunt. Admiratione dignum est, in tam inopinato difficilique casu, nec Regi inermi dignos Principe spiritus, nec adolescenti (qui dum certatur superuenit) animum defuisse, ad armatos sicarios hos, vnico ense tollendos è medio. Sigismundus Battorius, olim Transyluaniæ Princeps, nunc Moldauiæ Regulus, dum Transyluaniam recuperare studet, profligatur à Valachiæ Prorege; qui Moldauiam ad Cæsaris iura transire cogit. Cæsar tamen Georgium Hastam, Valacho reuocato, præficit illis Procinciis. Hic Transiluaniam in Cæsaris fide retinuit. Expugnatur nunc à Turcis Caniſſa oppidum munitum valde, vbi Mercurii Ducis, è Gallia nuper ad Hungaricum bellum profecti, virtus ac consilia enituerunt. Sed Turca armis Persicis petitus, pacem expoſcit à Cæsare. D

Fuit hic annus in vrbe, & per Orbem Christianum, Iubileo insignis: quo ingens apparuit Secularis huius veniæ consequendæ ardor, apud auitæ Orthodoxæque Religionis cultores. Batauorum quatuor naues hoc anno, per Caput Bonæ Spei ad Molucas penetrârunt, ignoto illis ac difficili itinere. Duæ ex Amboina Insula, Molucis proxima, Cariophyllum exportant. post, Molucas, (quod & reliquæ fecere) adnauigant; & per Iauam, exploratumque iam iter rediere in patriam. Diem clausit Florimundus Remundus Burdigalensis Senator, vir cum aliis titulis, tum illa etiam commentatione celebris, qua imperitos homines docuit, nunquam Romanam Sedem, portentum illud muliebre Ioannam excepisse. E

In huius anni mensem Maium incidit insignis illa de rebus fidei concertatio, ad Fontem-bellaqueum, spectatore atque etiam certaminis moderatore rege Christianissimo, in amplissimo

principum

principum Regni, & ſummorum virorum conſeſſu habita. Caluinianum dogma propugnabat D. Pleſſius de Mornay, inter huius ſectæ profeſſores habitus egregiè literatus. Rem Catholicam agebat Dominus Iacobus Dauy du Perrō, tunc quidē Epiſcopus Ebroicenſis, poſteà S.R.E. Cardinalis, & Senonum Archiepiſcopus. vir inſigni literatura, aliiſque dotibus raris conſpicuus. Summa diſceptatio fuit, vt temerator & falſarius probaretur Pleſſius, quòd in libro nuperà ſe edito aduerſus Sanctiſſimæ Euchariſtiæ veritatem, antiquorum patrum teſtimonia in ſuam traducturus opinionem, peſſima fide corrupiſſet. nec fuit doctiſſimo præſuli operoſum, id comprobare. Nullus prolatus locus, ex quo non fuerit falſi compertus, Caluiniſmi propugnator. Sed non potuit diu in acie ſtare conſternatus miles, aut adduci vt poſt primam velitationem redintegraret pugnam. Ergo dum poſtero die ad certamē expectabatur, fugā noctu animo conceptam, manè nullo ſalutato hoſpite celerauit, ſtetitque nobilis victoria Catholico Athletæ, vti teſtatum reliquit Rex ipſe in eo diplomate quod libello Illuſtriſſimi Cardinalis Perroni, de hac concertatione edito præfixum habetur. Catholici antiſtitis veſtigia ſecuti Frontonus & Bordeſius Theologi noſtri, Pleſſium clarè impoſtorem ſuis ſcriptis probarunt. imprimis vero & cumulatiſsimè id præſtitit noſter Richeomus, qui libros plures Gallicè loquentes, & ſanè eloquentes dedit in lucem: in quibus prudenti ac diſerta ſcribendi ratione vſus, non modo Pleſsium confutauit: ſed calumniarum quoque in noſtrum ordinem authores, vario & apologetico opere, egregiè ſi vllus alius, mendaces eſſe comprobauit. Eoſdem calumniarum artifices, quos huius ſeculi hæreſis inſana in nos armauit: egregiâ poſteà & latina apologia repreſsit Ioan. Argenti, noſtrorum per Poloniam viſitator.

F

CENTENARII DECIMI SEPTIMI INITIVM.

Regna. *DEdit hactenus cuiusque Seculi initium suas Regnorum mutationes, Ecclesiæ etiam statum, & Orthodoxæ Fidei dogmata, ab Ecclesiæ Patribus Doctoribusque, per ætates singulas huc vsque testata. quæ Nouatorum nostri temporis manifesta confutatio est: & ipsis si sapere scirent, ad veritatis lucem illustris, tutaque via. Quid tandem quod nunc labitur Seculum, de Regnis, rerumque publicarum inclinatione daturum sit diuinare difficile est. Coniecturam aliquam capere, in tanto Legum Diuinarum contemptu non ita laboriosum: quando non Dei præpotentis timor, non pacis vinculum, non humanæ societatis innata lex, potuerunt à bellis, & cæde Principum, ab Ecclesiastica Potestatis contemptu, & innocentium oppressione, fraudulentisque in eos calumnijs (vt alia omittam) homines reuocare; ex quo cœperunt infelicia nuper Hæresum monstra, omnem viuendi licentiam aureo poculo Babylonico hominibus propinare. faxit ille immortalis Regnorum Dominus, ne mortalium tot delictis prouocatus, grauius aliquid in tam effrenatam peccandi licentiam decernat: vnde magnarum opum euersiones sequantur: quales Christianus Orbis hactenus tolerauit, non sine ingenti bonorum omnium, dolore & lachrymis.*

RERVM GESTARVM SERIES.

Christi.	*Pont.*	*Hispan.*	*Reg. Franc.*
1601	10 *Clemētis 8*	3 *Philippi 3*	12 *Henrici 4 Borbonij.* A
Indict. 14			

RODOLPHI 2. *Cæsaris, an.* 25. In Gallia 5 Kalend. Octobr. Regina felici partu Galliarum Delphinum Ludouicum 13 enixa est. Cuius dextræ, gladii capulum Rex inseruit, precatus vt eo ad Dei gloriam, firmata ætate, vteretur. Venetorum Legati partas victorias, & Regni pacem firmatam gratulantur. Rex Aurelianũ templum, Sanctæ Cruci sacratum, à Culuinistis euersum, curat instaurandum; opus planè Regium, & ad quod promouendum aurum ipse primus obtulit. Quatriduo ante natum Delphinum, Hispaniæ Regina Annam Mariam, futuram Delphini sponsam, enixa feliciter est. In Belgio Franciscus Mendosa, soluta redemptione, liber à Confœderatis dimissus. Mauricius Rinberexam obtinet. Sueci Liuoniam tentant. sed ad KoKenhausium nouem eorum millia cæsa.

B

Albertus Archidux Ostendã obsidet, non nisi exeunte triendio capiendam. In Anglia Essexius Comes, quo Duce in Hibernia cum Tyronio Comite feliciter anno præcedente debellatũ est; nunc proditionis reus habitus, capite plectitur 17 Martii. Cuius cranium Bironio, iam in Angliam Legato, ipsa Regina conspiciendum exhibuit, Bironici casus adhuc fortassis nescia. Certè obscurè monens, ne altum saperet. Rediit ille ad Regem mense Septemb. Ludouica Lotharinga Henrici 3 vidua, vita excessit. Repertus eodem anno in Italia est ἀνδρόγυνος vtriusque sexus homo, dictus Daniel Burckammerus, quando & fœminam enixus dicitur. Habitum etiam prodigii loco tintinnabulum in Tarraconensi Hispania, quod præteritis Seculis immotũ, nunc nul-

lo impellẽte ſonum dedit. Accolæ Regnorum mutationes illinc portendi ominantur. Hoc anno innotuit Europæ ille, qui multis ſe Luſianiæ Regem Sebaſtianum eſſe perſuaſit, vide an. 1578. hic primùm à Venetis detentus, poſtea Neapolim miſſus, & inde in Hiſpaniam, vbi periit.

1602 | 11 Clemẽtis 8 | 4 Philippi 3 | 13 Henrici 4. Borbonij.
Indict. 15.

Rodolphi 2. Cæſaris, an. 26. Tulit hic annus Belgio res ſatis turbatas: milites Archiducis tumultum iterum cient, Mauricius Grauiam occupat, Oſtendæ obſidio protrahitur, non modicis, tùm obſeſſo hoſti, tùm obſidenti illatis detrimentis. Indica claſſis in Hiſpaniam appulit, magnis, ſi alias, opibus onuſta. In Gallia antiqui fœderis pacta, cum Heluetiis innouata. Bironius, & Aruerniæ Comes, detecta coniuratione, Lutetiam miſſi, cuſtodiæ traduntur, in arce ad portam Antonianam. mox cauſa à Senatu cognita, ille in ipſa Antoniana arce, die Iulii vltimo, qui Bironio ſupremus fuit, capite plectitur. Aruerniæ Comes, ſorore Vernolia Marchioniſſa exorante, vinculis carcereque liberatur.

Sabaudiæ Dux furtiua irruptione, ſed irrita, Geneuam occupare conatus eſt. Felicius tunc Melitenſibus res ceſſit, qui in Africæ ora Mahometam vrbem prope Tunetum, egregio ſtratagemate captam incendunt, captiuis plurimis & ſpoliis locupletati. E Germania allatus de Mercurii Ducis morte nuntius in Gallias. Hic Princeps, poſt præclara in Pannoniis contra Turcas edita facinora, dum in patriam feſtinat, Norinbergæ 19 Feb. diem Chriſtiano more, ſanctéque clauſit: & 27 Aprilis Pariſiis in æde diuæ Virginis, ſolenniter ei parentatum eſt. Turcæ à 9 Auguſti inchoata obſidione, Albam Regalem vi doloque expugnatam iterum recipiunt. Derpatum Liuoniæ vrbem, & alias ciuitates Sueſſi expugnant, aliquot Societatis Ieſu Patres in duram ſeruitutem abducunt.

1603 | 12 Clemẽtis 8 | 5 Philippi 3 | 14 Henrici 4. Borbonij.
Indict. 1.

Rodolphi 2. Cæſaris, an. 27. Elizabetha Angliæ Regina, 4 April. & quarto ſupra quadrageſimum Regni anno, vita exceſsit. Æ. quaſſet vtinam Religione & meritis Mariam Hungarię, Boemiæque Reginam, Caroli V filiam Rodolphi, II. matrem, quæ nunc Valdoleti in Hiſpania, poſt diuturnam vitam cum virtute eximia peractam, mortalitatem hanc reliquit: digna, mortalium omnium, qui eam nouerunt iudicio, quæ à mortali hac gloria & caduca ad immortalem & perpetuam tranſiret. Sed quàm diſpar exitus vtriuſque? quam inæqualis eſt, & multis calamitoſa humana ſors?

A

Iacobus Scotiæ Rex, Reginæ demortuæ Tabulis, publicis Angliæ Comitiis, & ſuo à proauis demiſſo ſtemmate, nunc Angliæ, totiuſque Britanniæ Rex publico programmate renuntiatur. Verúm en tibi in ipſo veſtibulo acerbam luem, quæ Angliam longè latéque depaſcitur: & coniuratorum in Regem Regiamque familiam parricidales conatus. an ex inueterato (quod aliqui ſcribunt) odio, dum Angli anteponi ſibi Scotos ægrè ferunt, mihi planè incertum eſt; qui Britanniam à 40 & amplius annis nõ aſpexi. Illud dici poteſt, his tot incertis caſibus, & humanarum rerum mobilitate moneri Principes, vt vitam cõtinuò agãt Chriſtiano more, à vitiis omnibus, nedum ab Hæreſi procul abhorrentem.

B

Interim in vicino Anglis Belgio, Oſtenda dat funera, & vtrinque certantium Ducum ſpectatam virtutem. Occubuit Fridericus Spinola, maris illius Præfectus, dum 8 Triremibus inſtructis, Batauos Oſtenda prohibet. fratri mortuo ſucceſſit in Præfectura Ambroſius Spinola, arctiore Oſtendam obſidione premens.

C

Altâ nunc pace fruebatur Gallia sub Henrico Magno, qui maturâ habita deliberatione, nostri Ordinis homines, vrbibus è quibus iniuria temporum excesserant, benignè hoc anno restituit, publico Edicto, (quod nullus ante eum Galliæ Rex fecerat,) eos Regni incolas decernens: & in omni re qua vita (quæ non Galliis tantùm, sed vniuerso Orbi diuturnior esse debuit) tam clementer beneuoleque habuit; tam æquè & & munificè contra maledicorum calumnias (quæ nos, post eius obitum reuocatæ ab inferis, tantùm non oppresserunt) tuebatur; vt tot beneficiorum memoriam, nulla temporis diuturnitas, nostris mentibus & monumentis eripere possit. D

Rhetii in societatem fœderis ad decennium proximum veniunt cum Venetis, promisso Rhetiis annuo vectigali. In Hungaria Christianus exercitus Turcas profligat, & Hatuana arce potitur. Canisa vrbs, à Turcis ante occupata, nunc penè tota deflagrauit, ex incendio arcis, quod captiuus Christianus incenso sulphureo puluere excitauit. Reliquo huius anni bello Buda à Christianis, Pesta à Turcis vrgebantur. Peste extinctus est Mahometus Turcarum Imperator exeunte hoc anno, cùm paulò ante vxorem & filium violenta morte oppressisset. Recuperant Poloni à Suecis Despatum & cætera Liuoniæ oppida. Caroliſonem Caroli filium, profligato eius exercitu capiunt. E

1604 | 13 Clemētis 8 | 6 Philippi 3 | 15 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 2.

Rodolphi 2. Cæsaris an. 28. è Gallia in Canadam, noui Orbis partem, quæ noua Francia dici nunc solet, Colonia traducta Montio Duce. Carmelitanæ Moniales, ad pristinum illius instituti rigorē à B. Teresa conformatæ, in Galliam hoc anno receptæ: quo obierunt Carharina Borbonia, Lotharingi Principis vxor absque liberis: & in Belgio Petrus Ernestus Mansfeldiæ Comes, expeditionū Caroli 5 in Africa socius, Alberto Archiduci duo acciderunt non ingrata apud Belgas. Expugnata Ostenda à Spinola 22 Sept. non ignobili deditionis conditione, & pax constituta cum nouo Angliæ Rege. Eodem tamen anno Mauricius Cassandam, Isendi Kam, & (quod maioris momenti erat) Sluisam occupauit. Achmates annum agens 15 Turcarum Imperium tenet post patris mortem. Persa Babylonem, & Ægyptum inuadit sub idem tempus. Magnus Hetruriæ Dux, octo Pyratarum Africanorum Ttiremes Argieri iniecto igne per suos exussit. Pax anno proximo, qui subsequitur, publicata inter Hispanum & Magnobritanniæ Regem.

1605 | 1 Leonis 11. | 7 Philippi 3. | 16 Henrici 4. Borbonij.

Indict. 3.

Rodolphi 2. Cæsaris an. 29. Vita cessit Clemens octauus, quinto Nonas Martij, inter præclaros Pontifices iure numerandus, vti eius vita testatur. electus successor Alexander Medices Cosmi Florentiæ Ducis consobrinus, Kal. April. dictus Leo XI. sed præclara meditantem, 27 April. mors immatura abstulit. Post quem 16 Maii Pontificatum init Paulus V antea dictus Camillus Burgesius, patre Antonio Burgesio Senensi progenitus, Romanus, Cardinalis tituli S. Chrysogoni, magno Purpuratorum patrum consensu, viuæ vocis suffragio ad supremum hunc Ecclesiæ Christianæ gradum euectus; quem rerum agendarum magnus vsus, zelus erga Dei Ecclesiam, & singularis benificentia commendauerant. Grauis illa de gratiæ diuinæ auxiliis disputatio à PP. Dominicanis, & nostris, iubente ac spectante Clemente 8, sæpius habita: nunc finem accepit, sub hoc summo & prudentissimo Pontifice, qui ad bonum Ecclesiæ vtilius iudicauit; sopire, potius quàm fouere, de rebus nondū ab Ecclesia definitis controuersias. Itaque quod A

1 Pauli 5.

olim in quæstione de conceptâ B. V. fe. êre Sixtus 4. & Pius 5, sapient er edixit, liberum quidem esse vtrisque suam in scholis modestè tueri sententiam: neutram tamen aut damnare, aut error is vel temeritatis insimulare. B

Spinola, qui rem militarem in Belgio moderabatur, recipit operâ Busquouii Vachtẽdoncam, Lingam, & prope Rhenũ Oldenzelã, olim Saliorum antiquã sedem: eodẽque anno in Hispaniam ab Archiduce cum mandatis mittitur. Amisit tandem Geneua suum Bezam Caluinistam, tot bellorum, vt plures scribunt, per Gallias & alibi facem funestam. Aruerniæ Comes, & Interaqueus, iubente Rege Galliæ, carceri mancipantur perpetuo. Cuius etiam imperio æquissimo Parisiis deiecta Pyramis est, quæ criminosis Iambis stabat armata in nostri Ordinis Claramontanos Professores: quos tamen, tanti Regis palàm toties lata sententia: bonorum testimonia, & iteratæ defensiones in lucem veritatis prolatæ, ab omni maculæ suspicione, abunde hoc ipso anno vendicarunt, damnatis publico Parisiensi iudicio Famosis libellis, qui supresso maledici authoris nomine circumferebantur. C

In Italia trepidatum satis est, ob graue inter Summum Pontificem, & Illustrissimam Venetorum Rempublicam obortum dissidium. Causam dederunt Leges à Senatu Veneto latæ, quas Pontifex pro suo zelo contra Ecclesiæ immunitarem sancitas esse querebatur, & improbabat. Ventum est ad arma, effectum tamen anno, qui proximè sequitur, operâ Christianissimi & Catholici Regis, industriâque singulari Illustrissimi Cardinalis Ducis Ioiosei, Purpurarorũ Patrum nunc Decani; vt sedatâ hac tẽpestate, ad solitam rediret quietem Italia; depulso periculosissimi belli metu. Interim nostri Venetis vrbibus excedunt. causa hæc fuit. Vetuerat hoc bello ingruente Pontifex, diuina apud Venetos peragi officia, promulgato in hunc finem solenni interdicto. Senatus contrà, ne rebus deesset suis, Ecclesiasticos diuina peragere iussit. ea lata à Senatu lege, plures religiosi ordinis homines, ne contemptis Ecclesiæ censuris diuinum numen offenderent, è Veneta ditione discessere. idem à nostræ Societatis hominibus actum, quamuis vt manerent, non parùm eos princeps fuisset adhortatus. Aliam nostrorum è Veneta ditione exilii causam, nunquam reperient huius seculi Sectarii; qui nobis toties vitio vertunt hanc soli Veneti mutationem, quamuis à volentibus electam. D

Dedit huius anni syderum cursus Eclipsim Solis, & tantam nostro orbe defectionem; vt in plerisque Galliæ locis die in noctem verso, rustici & mercenarii, desertis operis fugâ in domos festinarent; bruta animantia hærerent attonita, & multi mortales, turbatas naturæ leges inclamarent. E

Fluctuant mirum in modum res Trãsyluaniæ, præsidiariis ob non soluta stipendia imperium Bastæ detrectantibus, & Bockaio rebelle, (qui Turcis se iunxit,) non minimam Regionis illius partem sibi vindicante.

Sed non erit abs re, hoc ipsum paulò altius repetere. Stetit res Transyluanica (nec sine catholicæ religionis optato incremento) quandiu æquitatis amantes Stephanus Rex, Christophorus frater, Christophori filius Sigismundus, & Andreas nepos, Cardinalis, Catholici Principes Rempublic. liberè regebant. At cum Sigismundi tutores, homines Arriani, Lutherani, & Caluiniani, malis artibus cœperunt imperare; ius omne diuinũ & humanũ sceleri datũ est. his nouis & tragicis F

Transyluaniæ rebus anno 1603. Moses natione Hungarus, secta Arrianus, initium dedit. qui Turcicis copiis instructus Transyluaniam occupauit; facta Claudiopolitanis potestate sæuiendi in Sacerdotes, & præcipuos Catholicæ religionis propugnatores. mirum fuisset, si nostræ Societatis homines eandem Claudiapoli aleam non subiissent. extinctus post mensem Moses à Basta & Radulio Valachiæ Vaiuoda est. hunc tyrannum, vi sequuta Trãsyluaniæ nobilitas præcipua occubuit in eo conflictu. Post Mosen conspirans in Cæsarem Stephanus BocKaius, Hungarus & Zuiuglianus Transyluaniam inuasit. Ac sub annum 1606, eandẽ tum Mediesini, tum alibi, in Catholicæ fidei assertores exercuit tyrannidem. breui tamen hic quoque miserè periit. Periit & Sigismundus Rakocius, Hungarus & Caluinianus, sub quo res Trãsyluaniæ dum vixit, nullo meliori loco fuere. vide an. 1611, 1612 & 1616. Poloniæ Rex Carolum, quem Sueciæ Proregem fecerat, nũc rebellãtem vincit ac fugat cœsis in magno numero Suecis. Apud Moschos, mortuo Ioanne Basilio, ad duos filios Theodorum & Demetrium spectabat hæreditas: breuique mortuo Theodoro, ad solum Demetrium insignis spei Principem. Borus Hoduinus Tyrannus omnia turbat, sed hunc Deus breui è medio sustulit. Demetrius Moscuæ (quæ Regia vrbs est) post aliquot victorias ope Palatini Sendomirienſis, aliorumque Polonorum reportatas, pridie Kalend. Augusti salutatus Imperator coronatur, & 22. Nouemb. sponsalia iniuit (missa in Poloniam legatione) cum Anna Maria Palatini Sendomirienſis filia. Fuit hic annus Cardinali Baronio vltimus, qui diem clausit Romæ anno ætatis 69.

1606 | 2 Pauli. 5. | 8 Philippi 3 | *Rodolphi* 2. *Cæsaris ann.* 30. Spinola ex Hispania regressus, Rinberkam, & quædam alia loca, reluctante Mauricio, recipit. In Magnobritanniæ Regem repetita Londini coniuratio. Scelestum & nefarium facinus, admota occulta face puleri tormentario, vt plures iam scribunt, perpetrandum erat. detectâ impia coniuratione, Principem Deus ad meliora, vt sperare licet, reseruauit. cæcum tamen mortalium genus est, & credulum nimis mansuras opes, dum ne vix quidem securus est,

Quicumque Regno fidit, & magnâ potens dominatur aulâ.

Te Garnete, dubio iam satis iactatum salo, hæc etiam tempestas immerentem excepit; & ob Religionis disparitatem, illata à priuatæ vitæ ferè hominibus, coniuratis tamẽ hostibus violẽta calũnia. Sed habent mortalia casum, vt iam tibi in Bearis (quod reor) sedibus locato compertum est: vnde hæc mortalia despiciens precibus efficias, vt inueretatum hoc odium molliat dies: & Christo se tandem iungant, qui ab eo hęretica lue disiuncti, nihil nisi hostile in te & calumniosum crimen suggerere Principi, spirareque potuerunt.

Indict. 4. | Philippi 3 | 17 Henrici 4. Borbonij. A

BocKaius, de quo paulò ante mentio habita est, potitus Transyluania, Valachia, & Moldauia, Strigonium etiam voluntaria deditione accepit. quem tamen morbus, & inclinatio rerũ Turcicarum impulerunt ad pacem cum Cæsare ineundam: quæ cõstituta est Viennæ 14. Septemb. concessa BocKaio & hæredibus masculis Transyluania. Sequuta etiam pax est inter Cæsarem & Turcarum Principem ad 20 annos firmata, Viennæ 21 Octobr. permisso Turcis Strigonio, & captis vtrinque donatis libertate. Accessit nunc quoque inter Pontificem & Venetam Rempub. pax illa, cuius memini anno qui proxime præcedit. Quidam è præcipua nobilitate sed potissimum hæretici Regem regno pellere connixi sunt, nisi infamibus quibusdam articulis subscriberet. Ventũ est ad arma, & àparua regiorũ manu numerosus perduelliũ

D E B C

exercitus disiectus, authores ducesque exercitus capti & iussu regis dimissi.

Demetrius Moscus princeps, Germanico satellite ad custodiam sui corporis vtebatur. Mosci ad contemptum gentis suæ spectare interpretantes, coniurant in Principem: eumque Barbarica & parricidali crudelitate trucidant, rediguntque in cineres. In Polonos, qui aderant, externosque mercatores mira feritate sæuitum est. quæsitus sceleri titulus est. Optimus visus, quòd Demetrius cum Pontifice de mutanda Moscouiticæ gentis Religione consilia iniuisset: Poloni sexcenti in frusta cõcisi, canibus alitibusque obiiciuntur. Legati Poloniæ regis in custodiam traduntur: demum habito Conuentu Basilium Ioannidem Cnisium creant principem. Dum hæc aguntur, Alepiensis Bassa rebellis, res Turcicas in magnum adduxit discrimen: victis enim semel & iterum, qui in eum à Turcarum Principe immittebantur, Syriæ tandem Dominum se constituit, initoque cum Persa fœdere, se se ad maiora parabat. Dyrrachium, pulsis Turcis, occupauit hoc eodem anno Marchio S. Crucis, Hadriatici maris Prefectus.

Obiit Iustus Lipsius, Istano Brabantiæ municipio oriundus, in Illustrium Scriptorum Catalogo meritò recẽsendus: qui præclara ingenij monumenta ad posteritatem transmisit; & inter cætera, nobile illud carmen supremo stylo exaratum, quo se suaque omnia Diuæ Virgini Halensi piè dicauit, pietatis suæ argumentum memoria dignum sempiterna.

1607 Indict. 5 — 3 Pauli 5. — 9 Philippi 3

Rodolphi 2, *Cæsaris an.* 31. Vt placidissima tandem pace totus Christianus Orbis frueretur, restabat solum, vt Belgium Bellonæ labores turbasque cõpesceret. Actum de ea re est, nec facilè peractum negotium: magno licet, Cæsaris, Christianissimi, Hispani, & Magnobritannici Principum, tum consensu, tum suasu res vrgeretur. Concessum tamẽ hoc anno (quod debuit esse pacis fundamentũ) vt Ordines Confœderatæque Prouinciæ deinceps liberæ Reipub. suique iuris statum haberent. Pax quoque inter Rhetios, & Fontium Comitem, Iusubriæ Proregem constituta est. 18 Henrici 4 Borbonij. A

In Gallia Regi Christianissimo nascitur filius alter, dictus Aurelianensis Dux. Lutetiæ habita à Clero Comitia, obiit Pomponius Belleureus, à Gratianopolitano Senatu ad Cancellarii Francici munus, vti virtus eius & fides in Regem meruerant, ante aliquot annos euocatus. successorem tanti muneris delegit Rex Præfidẽ Brulardum de Silleri, varia Romæ alibique obita Legatione, & publicis aliis functionibus conspicuum, atque vtriusque iam Regni Franciæ & Nauarræ Cancellarium. Habita in Belgio Synodus Prouincialis Mechliniæ mense Iulio, sed anno, qui proximè sequitur, approbata à Summo Pontifice. Mortuo nũc BocKaio (qui moriens Transyluanos & Hungaros ad Cæsaris obsequium hortabatur) Rakocius cuius memini ad an. 1605, omnia inuertit in Transyluania. Hungari diadema Cæsari deferunt. Recrudescit in Polonia bellum, & illud intestinum. Sed rebelles numerosi, à Rege, qui paucos admodum numerabat milites, victi fugatique sunt. Carolus Succus in Liuonia nouas ciet turbas. B C

In Italia hoc & insequente anno hæc euenere. Hugonem, Tyronensem Comitem, ex Hibernia ob Orthodoxam fidem profugum, cum vxore & Liberis, munifice benigneque excepit Summus Pontifex. rebus cum Veneto compositis, pacem idem Pontifex Italiæ restituit; Legationem audiuit Antonii Emanuelis Vunthi Marchionis, à Congi Rege, ad obsequium Sedi Apostolicæ deferendum missi. aliam quoque excepit à Rege Persa-

rum illustrem, quam obiuit Antonius de Gouea, Franciscam Pontianam, crebris miraculis illustrem, 29 Maii, anni insequentis, Sanctorum Catalogo adiecit: demum perlectam iuramenti formulam, qua Magnobritanniæ Rex Orthodoxos sibi subiectos obstringere nitebatur, damnauit. Eandem (quod Regi molestũ fuit) postea Robertus Bellarminus S.R.E. Cardinalis, graui argumentorum pondere confutauit.

1608 | 4 Pauli 5. | 10 Philippi 3. | 19 Henrici 4. Borbonij A

Indict. 6.

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 32. In Belgio de pace nihil aliud effici potuit, quàm vt Induciarum tabulæ ab Ordinibus ad Regem Hispaniæ mitterentur. difficilis adeo fuit, & vtrinque suspecta negotiatio; ac ea potissimum molesta, quæ ad Indicam spectabat nauigationem; à qua Confœderatos abstinere volebat Hispanus Rex. Eo tempore in Lusitaniam appulit classis Indica, vndecim auri millionibus, vt narrant, onusta. Regis filius ante hunc annũ, cum esset adhuc triennis, iubente patre, Castellæ Rex solenni ritu renuntiatus est.

In Gallia tertius Regi natus filius, Dux Andegauensis pronuntiatur. Parisiis molitorum pons, post ruinam sumptuose & nobiliore opere restitutus est. Dux Lotharingiæ Carolus hoc nomine tertius, mortalitatem relinquit; Princeps omnibus carus, & Orthodoxæ Religionis studio celebris. Magnobritanniæ Rex nouam Coloniam destinat in Virginiam, ad aurum Arugiis, quod profert ea Regio, quærendum. Princeps Arrugianos à Germania euocat, qui Argenti illas inuentas fodinas rimentur.

Ex Italia, Hetruriæ Ducis Triremes circa idem tempus Chio Insulam à Turcis possessam diripiunt. Res Transyluaniæ iterum turbatæ, electo ab incolis, defectionem nouam molientibus, Gabriele Battorio. Nec omnino quieuit Hungaria. Archidux Mathias, Rodolphi Cæsaris frater, Heiducos, Danubiæ ripam vtramque incolentes, Possonii Comitiis habitis rebellantes reprimit, inito nouo fœdere cum Hungaris & Austriæ Proceribus. Cæsar hoc in deteriorem partem interpretatus, armatur in fratrem: tandem pax constituta est insigni opera Dietristeni Cardinalis. Hæ conditiones probatæ. Rodolphus Tyrolensem Comitatum, & adhærentes Prouincias recipiet: Mathias Austriæ præfecturam, idemque Hungariæ Rex inaugurandus erit, & Bohemiæ hæres, si Rodolphus, mascula prole orbatus diem clauserit. Mathiæ Hũgarica inauguratio peracta anno insequente. In Liuonia Carolus Rigæ obsidionem soluere coactus à Polonis, vix euasit incolumis: huic Sigismundi patruo, Sueci obsequium iam antea deferre statuerant, nisi Sigismundus nepos in Regnum paternum, posthabita Polonia, rediret. Demetriani duce Rosinskio, in quem belli moles incubuit, castra ad Metropolim Moscuam posuerunt, strenueque ducem Moschorum nomine Suiscium oppugnarũt. Chodkieuicius regiarum in Lituania copiarum dux Parnauiam nobilem Liuoniæ vrbem Suessis eripuit. Cosaci excursionem Tartarorum in Podoliam vindicantes sub messis tempus Tauricam inuiserunt; & Castam metropolim occuparunt, sed paucos intra dies consumptam ignibus deseruerunt.

B

C

1609 | 5 Pauli 5. | 11 Philippi 3. | 20 Henrici 4 Borbonij. A

Indict. 7.

Rodolphi 2. Cæsaris, an. 33. Pax Belgica constitui non potuit: induciæ 12 annorum peractæ Antuerpiæ 14 April. opera præsertim duorum vicinorum Regum, Galliæ & Magnobritanniæ. Christianissimi Oratorem ibi agebat Præses Ioannius, prudentia & longo magnarum rerum vsu apud Christianissimos Reges conspicuus. Extant inducarum Leges typis passim mandatæ. Bataui mox hostiles naues suas, relicto Atlantico pelago, reuocant.

In Galliis Regina filiam enixa. Regni tamen florentis nunc

sub Henrico alacritatem temperauit Ferdinandi Medicei Florentini Ducis obitus. Parabat tunc Rex expeditionem, quæ multis mortalibus, etiam Principibus, metum iniecit, ignaris quò randem tanti apparatus moles se verteret.

Apud Italos Cosmus, demortui Ferdinandi patris hæres, Ducatum Hetruriæ accepit. In eundem annum & Augustum mensem incidit Persica Legatio, cuius supra memini, ad Summum pontificem, qui decreuit, pro suo erga infidelium ad Deum conuersionem zelo, vt in Religiosorum Ordinum studiis, essent Hebraicæ, Arabicæ, Græcæ & Latinæ linguarũ Professores. Ignatiũ Loyolam, Societatis Iesu Parentem & Fundatorem, vitæ innocentia, & miraculis iam clarum; Beatum 3 Decembr. pronuntiat. Mediolani Fridericus Borromeus, S.R.E. Cardinalis, & vrbis illius nunc Episcopus; Collegium, vbi insignem ille instruxerat Bibliothecam, erigit: quod Bibliothecæ Ambrosianæ Collegium nuncupari voluit, quodque esset Illustrium Virorum receptaculum, & literaturæ melioris officina. Mansfeldius Comes nouo pro Sueciæ Rege exercitu ex Belgio in Liuoniam adducto, Carolum Rodkieuicium Polonicarum copiarum ducem primo impetu fere castris exuerat. Mox tamen Carolus collectis suis tergiuersantem Mansfeldium prope Adamantem sic assequutus deuicit non sine cruenta victoria: eodemque die Adamantinam arcem expugnauit.

In Germania obitus Ioannis Guillelmi Cliuiæ Ducis sine liberis defuncti; causam rixandi de successione dedit Brandeburgensi & Palatino. Quò etiam aduolauit Leopoldus Austriæ Archidux, Episcopus Argentoratensis, iussu Cæsaris: qui causam hanc apud se agi edixerat. Recrudescunt noua bella in Moscouia, dum alii Basilium Ioannidem, alii ementitum Demetrium sequuntur, Tertius successit diceptator Sigismundus Poloniæ Rex, & Smolensicum arcẽ munitissimam obsidione cingit, quam anno tandem 1611 expugnauit. Obiit Iosephus Scaliger, vir literatus, Lugduni Batauorum 21 Ianuarii.

1610 Indict. 8.	6 Pauli 5.	12 Philippi 3.	*Rodolphi 2. Cæsaris an. 34.* Infaustus, si alias, Galliæ hic annus illuxit: & tàm acerbi, quàm inopinati casus nuntius. Talis nunc erat Henricus, qualem ad annum 420 descripsi: Regnum florentissimum: Regia opibus, potentia, & liberis quantum Christianissimus Monarcha optare potuisset firmata. & en tibi, ex vltima plebe, omni diritate armatum sicarium, qui tristi repetito vulnere Henricum Magnum, tot deplorandum lachrymis, tollit è medio. Quid agis vetere Casca sceleratior? quò te furia rapit infernalis? quæ parricidalem manum in Rempubl. in Patriæ Parentem, & Regem tot titulis Magnum, proh quàm infeliciter, armauit. Sed tædet me tecum, cuius vel nomen perhorresco, diutius loqui. Neque te multò meliores sunt, loquacissimi illi conuiciatores, qui quà Caluini, quà maleuolentiæ veneno tincti, maledicẽtiæ virus, in Principes Orthodoxę Religionis fautores, & viros etiam Religiosos, diabolica arte euomunt: vt cùm hos, infami hoc læsæ Maiestatis crimine oneratos (si possunt) exturbarint: ipsi tùm Caluinismo, tùm Atheismo locum dent patentissimum. Sed hos etiam missos facio, quos apud simplicis veritatis amatores, apud probos omnes, & longam posteritatem, nil manet, nisi criminis impiè obiecti, & tantæ fraudis sempiterna memoria. Neminem ego hic nomino. Nec ipsi in suis famosis libellis nomen edũt. Mihi igitur nemo irasci potest, nisi qui dese, vt dixit Tullius, velit confiteri.	21 Henrici 4. Borbonij. A

Ingens ex optimi Principis obitu vniuersam Galliam luctus impleuit, manauitque ad exteros etiam idem doloris sensus,

B C D B

Supplicio parricida inhumanus periit 27 Maii: qui ad denuntiãdos sceleris participes multis tum blanditiis, tum tormentis exagitatus, conscium criminis præter se neminem esse, omni asseueratione affirmauit. Reginæ (quam Rex pridie tantæ cladis Regio Diademate insigniri fecit) delata Regni administratio, donec adolesceret Ludouicus 13; qui nunc etiam Rex Regnique hæres legitimus est renuntiatus. C

Quiescebat iam, & Induciarum fructu fruebatur Belgium, quando Lugduni Batauorum exorta de Prædestinatione disceptatio acris, duos Nouatores, Gomarum, & Arminium, duarum factionum Antesignanos, eorumque sectatores ad seditionem armatam excitauit. Hispaniarum Rex mense Nouembri potitur Alarchia, firmissimo totius Mauritaniæ propugnaculo; quod Marochi Reges in littore ad Herculis Columnas, ex aduerso Gadium olim excitarunt, Hispanicis ad angustum illud fretum nauibus infestum. Xequus, qui Alarchiam, (Prouinciæ, & huius vrbis nomen est,) Fessam, & Marochum Prouincias tenebat; pulsus Regno hoc suo, à fratre Sidano, huius victoriæ artifex ingeniosus extitit; qui acceptis ab Hispano cẽtum aureorum millibus, Hispanicam classem ex condicto aduentantem amicè excepit, & corruptis auro aliquot custodibus, viam fecit facilem ad victoriam hanc Hispaniæ Regno perutilem. D

In Italia diem clausit Petrus Henricus Fontium Comes, cui in præfectura Mediolanensi successit exeunte hoc anno Castellæ Conestablius. Pax composita inter Sabaudiæ Ducem, & Philippum tertium Hispaniæ Regem. In Germania Iuliacum oppidũ, pulsis indè Leopoldi militibus, expugnatum restituitur Brandeburgensi, & Noribergico Regulis, auxilio Francici exercitus: & positis armis Iudicibus Coloniæ dirimenda committitur. Pax etiam constituta inter Rodolphum Imperatorem, & Mathiã fratrem, cœpta tractari Viennæ mense Iulio. Diem obiit Fridericus Palatinus Comes, Imperii Elector, mense Septemb. filiis dato tutore Pontium duce. Obiit quoque Parisiis Gerardus du Haillant Historiographus, 23 Nouembr. Romæ Sanctorum Catalogo additus Carolus Borromæus, olim Cardinalis, & Mediolanensis Archiepiscopus, à Sanctissimo D. N. Paulo V, ipsis Kal. Nouẽbr. Interim dum Sigismundus Poloniæ rex in expugnando Smolensco laborat, & Polonicus voluntariorum exercitus in oppugnanda Metropoli, præclaras aliis in locis Poloni contra Moschũ reportant victorias, capto Moschouiæ magno duce cum duobus fratribus germanis. Nouagardia magna legati ad Sigismundum cum obedientia veniunt. Venit & Astracanensium Tartarorum Chamus subiectionis declarandæ causa. Exeunte hoc anno Demetrius impostor trucidatus est. E

Pulsi ex Hispania inermes Mauri à Philippo 3, dicti noui Christiani. Numerata dicuntur expulsorum capita ad nouies centena millia: ex his, sexaginta millia fauore Francorum, Agatha vrbe Galliæ Narbonensis traiecerunt in Africam. Horum fertur deprehensa in Regnum conspiratio. Quod Illustrissimus Cardinalis Baronius Tomo 11, in Vrbano 2. scripsit de Siciliæ Monarchia, minus probans Regalia supremaque iura à Catholico Rege Hispano possideri; impugnatum nunc ab eodem Rege fuit Edicto publico mense Octobri.

1611 | 7 Pauli 5. | 13 Philippi 3 | 1 Ludouici 13. A

Indict. 9

Rodolphi 2. Cæsaris, vltimus est. Gallia acerbo superioris anni casu luctuque concussa, fruitur supra omnem expectationem alta pace. Fuit hoc Diuinæ Prouidentiæ erga hanc Monarchiam singulare argumentum. Nec defuit spectata Reginæ prudentia, quæ conscia consiliorum defuncti Regis, eadem cœpit feliciter pro-

mouere. Hinc ille externorum Principum ad eam frequentes Legationes, fauorem, opem & confœderationem pollicentes. Vrbes Prouinciæque vectigalibus, quæ noua & onerosa videbãtur, leuatæ: quæ ad pacẽ Regni spectare putabãtur Edicta, ob eos, qui mutationem timebant, rata sunt habita. Inuenta quædam est Iaquelina nomine, olim in Caluinismo educata, flagitiosæ vitæ mulier; & ad struendam calumniam ingeniosa. hæc à Senatu Parisiensi 30 Iulii, falsæ criminationis & calumniarum in primæ nobilitatis viros damnata, perpetuo immobilique carceri mancipatur. non est difficile diuinare, ex quo fonte hauserit hoc impudens de parricidio Henrici quarti commentum.

De Comitiis Caluinistarum non Castelheraudiæ, vti primùm à Regina petebatur, sed in oppido Rupellanis viciniore (Salmurium vocant) habitis sileo. cùm de his, dissidioque ibi nato, non taceant tot iam à plerisque editi libelli. hæc de Comitiis vniuersè pronuntio; ea demum salutaria mortalibus esse, & probanda, quæ pacem, quæ Principi debitum obsequium, & quicquid Regni vtilitatem continet, firmare elaborant: non quæ docent intestina bella sitire, armari in Principes, Reipubl. formam posthabito Monarchico regimine, expetere, & occulta fœdera cum externis Principibus captare: qualia à Caluini incunabulis contigisse, toties hæc nostra indoluit Europa. Ex hoc enim fonte oriũtur Regnorum euersiones, cædes Principum deplorandæ, & cætera id genus damna, quæ integerrimis viris, tot hodie obiiciunt famosi, sed anonymi libelli, ab his fortassis (si diuinare licet) editi, qui tot malorum ingeniosi extiterunt artifices. dum hæc Salmurii mystice agerentur, prodiit ex illa comitiali arce Mysterium iniquitatis, à D. Plessio de Mornay arcis Præfecto paratum. sed mense Augusto liber hic, probrosa vel ipsi authori inscriptione notatus, cum vix lucem aspexisset, à Sorbonicis Theologis graui adhibita censura damnatur.

Lutetia nunc suum Verdunum recepit, qui post plures annos, quibus Tolosano Senatui laudatus iustitiæ cultor præfuerat; iterum natalem vrbem reuisens, eundem supremum honoris gradum in Augusto Parisiensi Senatu est consequutus, suffectus sub Aprilem mensem Achilli de Harlay, viro qui turbatis nuper Galliæ rebus, vtriusque Henrici Regis honori & commodis spectata fide inseruiuit. D. Nesmundus, antea in Burdigalensi Senatu Præses, nunc preclaro suo virtutis merito in eodem Senatu Princeps renuntiatur: quo ante eum munere D. Daffius, magna prudentiæ laude, & fidelitate erga Christianos Reges perfunctus erat. In Senatu Aquensi in Gallia Gaufridus quidam, magnis flagitiis, & Magicæ artis longo nefarioque vsu nobilis, condigno supplicio afficitur, prolata in eum sententia vltimo April. Fato concessit Regis frater, Dux Aurelianensis 17 Nouembris adhuc puer: cùm obiisset paulò ante Dux Menius 3. Octobris: Princeps cùm prudentia multa & pietate, tum ea etiam laude insignis, quòd nullâ bellorum ciuilium, quæ gerebat, aut temporum difficultate adduci potuerit, vt patereturregnum, cuius magnam regebat partem, in minores dominationes Ducatusque diuelli.

Detecta Parmæ in Italia nobilium quorundam, sed subditorum in Ducem, vxorem, & Principis filium scelerata coniuratio; sumptum, vt par erat, de perduellibus supplicium, bonis Fisco adiudicatis. Grauia à Februario, & deinceps passa est Bohemia, ac Præsertim Praga ab exercitu Leopoldi: qui tamẽ post stragem minori vrbi illatam, (vetus enim & noua Praga integræ manserunt: recepit se iubente Imperatore, in fines Bohemiæ, aduentante in subsidium Procerum Bohemiæ, Mathia Rege cum numeroso exercitu. Saxoniæ Dux Christianus 2, Imperii Elector vi-

ta cessit 23. Iunii: successit Ioannes Georgius frater. inchoata à Polonis Anno 1609, in Moscouia nobilissimæ vrbis Smolensci obsidio: tandem hoc anno, 13 Iunii, expugnatur; in qua occubuisse feruntur bis centena Moscorum millia, ab inchoata obsidione. Palatinus Smolensciensis Seinus nuncupatus cum Metropolita, viui in potestatem Poloni regis venerunt. Ductus in Poloniam Chutsqui, impius Demetrii Principis percussor, & inuasor huius Imperii. Dum reliqua Moscouiæ pars intestinis præliis agitatur, Sigismundus Rex Poloniæ reditum parat in proximum annum. E

Inchoatum hoc anno bellum inter Danum & Sueciæ Regnũ. Danus 27 Maii Calmariam vrbem expugnat. Sueci Christianopolim dolo captam incendunt. Interim contigit Suecum (qui Regem agebat) mori, nasciique inter Proceres dissensionem: pluribus, non defuncti filium, sed Sigismundum nunc Polonum repetentibus Regem. Transyluaniam magna ex parte occupat adhuc Gabriel Battorius, nondum intermisso cum Mathia bello. de Dalmatia certant inter se duo noui Principes. Pax constituta inter Persarum & Turcarum Imperatores. Luxit hoc anno Hispania Reginæ suæ Margaritæ Austriacæ funus, quæ sub initium Nouembr. vita cessit.

1612 | 8 Pauli 5. | 14 Philippi 3. | 2 Ludouici 13.
Indict. 10

Mathiæ Cæsaris an. 1. Miscetur in rebus humanis læta tristibus, & atrata funera sæpe nuptiales ludos excipiunt. Mors inopina Henricum Valliorum principem rapuit exeunte ferè hoc anno: cùm paulo ante, excurrente Nouembri mense, Comes Palatinus, futurus Imperii Elector, in Angliam appulisset, connubio accepturus Magnobritannici Regis filiam vnicam. In Italia obierat anno præcedente Mantuani Ducis vxor. ex Medicea familia, 10 Septembr. Abstulit hic annus Ducem ipsum Vincentium Gonzagam, sub Martium mensem: & mox acerbo sanè funere Dux Franciscus filius, diem clausit 22 Decembr. relictâ vxore, filiâ Sabaudiæ Ducis, absque virili stirpe. Ferdinandus Francisci frater & Cardinalis Ducem se profitetur Mantuæ, & Montis ferrati Marchionem. Dedit hic Marchionatus molesto bello causam per Italiam, inter Serenissimos Sabaudiæ & Mantuæ Duces. quod vix exeunte triennio finem accipiet stabilem. Comes Suessionum, Borbonii sanguinis Princeps, in Gallia obiit. 1. Nouebr. nec caruit suo funere Imperium. Rodolphus enim Imperator mortalitatem hanc relinquit mense Ianuario. Adhuc domus Austriaca Reginam Margaritam pullata veste lugebat. Vix pauci menses subsequuti sunt, cùm ab Electoribus Imperator renunciatur Mathias frater, Francofurti mense Maio, iam antea Austria potitus, & Hungariæ Rex coronatus. Hungariæ prospiciens Turcicis armis obnoxiæ, Comitia Hungarica in annum proximè sequentem meditatur. Habet hic annus Polonum Moscouitico bello implicitum, A B C

Tandem fuit, cur adhuc Henrici cineres deflens Gallia, vestem mutatet, & pro atrata candidam nuptialemque indueret.

Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros, aut mare Caspium
Vexant inæquales procellæ.

Ergo felici coniugali fœdere, Gallica Lilia Austriacis iuncta Aquilis, mirum quantum non Gallias modò, sed exteras etiam nationes recrearint: ac vt solidius inter duos potentissimos Monarchas fœdus coaleſceret, gemino coniugii vinculo colligatum est; Ludouici Regis Christianissimi cum Anna Maria Hispaniarum Infante; & vicissim Hispaniæ Principis cum Ludouici sorore. Delecti ad nuptiales ritus peragendos è Gal-

lia Menius Dux, ex Hispania Dux Paternianæ, seu Pastranus. In hac Legatione Menium Hispaniæ Rex, Paternianensem Regina Mater, Regiis muneribus demerentur. In vtroque Regno plausus, Procerum occursus solennis ad excipiendum Legatos, ludi, & geniales ignes, quantum tantæ rei solennia postulabant. Pactarum ad sponsos transmissio dilata, donec & Reges adolescãt, & desponsatæ Reginæ matureſcant viro. faxit Deus, vt quæ tot mortalium votis expetita pax diuturna est inter potentissimos Reges, coalescat in dies firmo nodo conciliata, ad Vtriusque Regni stabilitatẽ, Ecclesiæ verè Catholicæ commune bonum, & ad gentes immanitate ac natione barbaras, (quas facilè iuncta hæc arma delerent) debellandas. Cùm militi Moschouitico confœderato promissa stipendia non soluerẽtur, illi relicta Moschouia, in Poloniam redeunt, inito inter se fœdere vt donec presoluerentur stipendia in regiis possessionibus hibernarent. Redeunt interim ad Metropolim amplo instructo exercitu Moschi. Sed post annuam obsidionem enecti fame arcem cum vrbe dediderunt.

Fusus à Turcis in Valachia Ioannes Pototius, contra mentem Senatus & Regis Poloni, socerum suum, in Valachiæ Principatum restituere moliens. res ibi Christianorum in angustias conjecit. Hanc cladem aduexit dõlus Legati, quem Battorius e Transyluania miserat Constantinopolim qui Turcarum ope Transyluanię dominatum sic captabat, totaque Turcicr bella moles, pace iam cum Persis firmata, in Pannonias deinceps cœpit propendere. Dux Venetus Leonardus Donatus diẽ obiit 16 Iulii, anno Ducatus 6 supra totidem mẽses electus successor Antonius Memmi 24 eiusdem mensis, vir longo rerum vsu ad res gerendas (si multum prouecta ætas patietur) idoneus.

Grauis hic annus multis mortalibus fuit; inundatione, æstu maris & terræ motu oppressis, ad varias regiones pertinuit hæc calamitas. In solo oceano Lusitanico, depressæ vi tempestatis plus quam 60 naues. bis milleexanima corpora excepit littus Britannicum. Batavi in suo littore 1100 numerarunt. Batauorum naues ex oriente Indicis opibus onustæ in ipso Amstelodami portu periere. nec piratæ insigniores, hanc cladem vitarunt. fluuiorum inundatio Italiã, Terræ motus Germaniam & Candiam vexarunt. Appulit tamen ex India classis Hispanica incolumis, vndecim auri millionibus grauida. Iterum hoc anno, sed infeliciter à Batauis tentata nauigatio ad Sinas per borealem artici poliplagam, Roesslino duce, qui edito libro cùm suis persuasisset nouus philosophus, sub arctico sydere, & ad eleuati poli gradum 85 esse zonam torridam, omnia contraria reperit, & partim longa nocte, vti clima illud postulat, partim concreto glacie oceano repulsus, didicit post insignem suorum iacturam, magis sobrie philosophari. Nec caruit annus insequens suis per Germaniam & Poloniam prodigiis. quando etiam in Italia & portu Genuensi ac Neapolitano, ingens damnum acceperunt, quæ ibi hærebant nauigia, adeo vis maior è cælo & procelloso mari, omnia aut depressit, aut dissipauit.

1613 9 Pauli V. 15 Philippi 3 — 3 Ludouici 13.
Indict. 11.

Matthiæ Cæsaris ann. 2. Hic annus Incipiens docuit, nunquam satis de Religione inter eos conuenire: qui à vero Capite Ecclesiæ, vnitatis vinculo discedentes, prætensâ conscientiæ libertate sibi ipsis tantùm credunt, non antiquis Patribus, priscæ religionis testibus: non Ecclesiæ, non ipsis denique Diuinis Scripturis, nisi ex eorum sensu iudicioque explicatis. Omitto veteres inter Lutheranos & Caluinianos dissensiones Tragicas in Germania,

Nouatorumque in Anglia Sectas supra 60, plurium scriptis recensitas: en tibi adhuc apud Batauos, Lugduni continuatam de Prædestinatione, hoc ipso anno inter Nouatores dissensionem, natasque inde Sectas nouas. Suas etiam hodie edunt pugnas in Gallia Caluinistæ Tilenus, & Molinus, de recondita Incarnati Verbi Vnione hypostatica, naturarum in eo mysterio distinctione, proprietatibus, officiis. Nec satis scio, an huius disceptationis voces, boni isti Andabatæ intelligant: eò tamen res deducta est, vt ne Magnobritannici Regis literis & authoritate, quorundãq; Ministrorũ suasu, Catholicorũ risum metuẽtiũ, cõponi potuerit.

Habita sunt hoc anno Possonii, (Flexum est Ptolemæo) Comitia Hungariæ. Petebat Imperator ad securitatem à Turcis, collocari certis locis præsidia: quod tamen non admissum à Comitiis, effecit, vt ad damnum præstandum (si inde aliquod sequeretur) Hungaros Imperator obligatos denuntiaret. Cosaci Vologdum Archangelum Bialoiesiecum oppulentas præcipuasque Moschouiæ vrbes eripuerunt euerteruntque funditus. hæ quoniam munitissimæ & in penitiore Moschouia sitæ sunt, principum Moschorum vxoribus, liberis, & thesauris refertæ fuerunt. Hinc Cosaci reuersi, duxerunt in Tartaros, quos ingentibus affecerunt cladibus. Iterum Cosaci alii ad Tartaros excurrerunt, alii in Ponto Euxino viginti quatuor triremes Turcicas in portu quodam incenderunt.

Ante pauces menses in Anglia mors Regiam pulsauit turrim: nec flexit luctuosa fata ætas aut oris decus. Eadem nunc Magnobritannia ineunte Martio, posito luctu nuptialem induit vestem: peracto, vti anno præcedente conuenerat, connubio cum Palatino Comite. Idemque penè annus, Regiæ filiæ coniugia, Principis fratris luctuosum casum, & parentis Regis Decennalia excepit, coniunxitque. Sic sors incerta vagatur, fertque refertque vices. Sortis humanæ vitrea fides est. mutantur Regna, pereunt opes licet magnæ, occumbunt amici, cognati, liberi. debemur morti nos nostraque, solumque sepulchro supereſt inculpata vita, & vitio carens.

Triremes sex Magni Ducis Etruriæ, cum Liburnis mense Martio soluissent: ad littora minoris Asiæ & Ciliciæ, captis in itinere aliquot Turcarum nauibus feliciter appulerunt. Ibi Castrũ, vulgo Aglian (Seleuciæ nauale est) Turcico præsidio egregiè munitum, & strenuè à Turcis defensum, tandem captum euertunt. captæ quæ in portu stabant Turcicæ triremes duæ. præda ingẽs abducta, præter captiuos Turcas 350. cæsos 200, & libertate donatos Christianos 240. Auulsa ac sepulturæ destinata non pauca Florentinorum à Turcis cæsorum capita, quæ ab anno superiore murorum pinnis affixa prostabant.

Eodẽ anno octo triremes Hispanicæ, è Sicilia soluentes, Turcicas triremes decem fuderunt. Ex his captæ septem. tres fuga euasere. Turcæ capti 600, liberi dimissi 1000 Christiani.

Nemausus in Gallia, vna vrbium Caluinistis ad securitatem concessarum, specimen hoc anno nouum dedit, sui erga Deum & regẽ obsequii. D. Ferrerius apud huius sectæ homines, doctrina & probitate cæteris præstantior: post 16 exactos in publico Caluinismi ministerio annos, ad regis obsequium, & Ecclesiæ Catholicæ gremium redire cogitabat. perculit hæc res acerbè Nemausios nouatores. Ergo Ferrerium, iam à rege creatum in ea vrbe Senatorem indignè excipiunt, compellunt ad fugam, bona diripiunt. Denique Senatui, qui pro iustissima Ferrerii stabat causa, vim faciunt. Et cum regis obiicerentur illis authoritas, respondisse dicuntur se Nemausi, regem Parisiis

esse. interim Ferrerius se probè Catholicum professus, solenni ritu Caluinismum execratus est.

Rediit in Galliam à Brasilica expeditione 6 Martii, Dominus Rasilly, relictis ibi & destinatis ad barbarorum conuersionem duobus PP. Capucinis. Tertius eiusdem ordinis obiit in itinere, quartus cum Rasillio Gallias tenuit. adducti ex Insula Maragnano, quæ duobus gradibus vltra Æquatorem est, sex incolæ Christiana sacra sequuti, quos Taupinambos vocant. Insulam narrant esse fertilem, & cœlum temperatum. numerantur incolæ ad 12 millia. omnes ad amicitiam cum Gallis retinendam propensi. B

Actum demum hoc anno in Gallia de nauigatione aperienda è mediterraneo mari in Oceanum, per mediam Galliam, maiorum fluuiorum coniunctione. nec difficile plerisque videbatur, vno in alterum flumine immisso, nouum hoc iter nauigiis aperire. C

Ad hunc denique consignatur annum exitus Canadensis expeditionis, illius qua nobiles aliquot viri è Gallia, & mercatores, ante biennium transmisso Oceano Aquitanico; nouam illam Franciam (quam à Centum & amplius annis penetrare cœpetũt) repetebant. Ea in expeditione è Societate nostra Petrus Biardus Sacerdos, Christianissimi Regis iussu, barbaris ad Sacra Christiana conuertendis daturus operam, cum sociis aliquot est profectus. Soluit ille Diepa, anni 1611 mense Ianuario. ac pene triennium in eo opere posuit; quo interuallo gentis illius homines ad ciuilem viuendi ratione, & cũ Gallis amicitiam pertracti sunt. ac inter eos plures, signis à Deo editis ad Christianæ vitæ studiũ, ac desiderium sunt excitati. Sed dum maiora sperantur, Angli è Virginia (inter Floridam & nouam hanc Franciam ampla regio est, habens, poli eleuati gradum 36. 37. & 38) in Canadam excurrentes, Galliarum Aquitaniæ paralellam; naues Francorum imparatas offendunt. Captæ illæ primùm. deinde in Portu regali, & Sanctæ crucis statione, omnia diripiunt, incensis etiam ædibus. *Incidit circiter in Septembrem anni huius* 1613 *hæc irrogata Gallis ab Anglorum nauibus iniuria.* Biardus noster per nouem & amplius menses ab hostibus detentus, & fere in dies glorioſam pro fide mortem expectans; tandem vi ventorum, inuitis initio nautis, in Angliam defertur; indeque iussu Magnobritannici regis excurrente anno 1614, in Galliam. D

1614 | 10 Pauli V. | 16 Philippi 3. | 4 Ludouici 13

Indict. 12

Mathiæ Cæsaris, anno 3. In Polonia Confœderato Moscouitico militi hoc tandem anno satis factum, numeratis quinque millionibus: præter ea quæ per biennium stationis loco exegerunt. Horum pars Smolenscum contendit, & vna eademque æstate tres Moschorum exercitus ibidem profligauit. Nonnulli Neudam munitionem interceperunt. Turca crebris nunciis de damnis à Cosacis illatis expostulauit. quos cum rex punire se non posse responderet, seque eos quoties extra fines regni deprehenderentur, pro arbitrio Turcæ castigandos permittere. At vero Cosaci fugam simulantes, iam non Thraciam (quam hoc ipso vere, eo vsque populati sunt, vt fumãtium oppidorum flammæ Constantinopoli cernerentur) excurrendum rati ad Nagaienses Tartaros diuertentes, vastatis omnibus, vxoribus, liberisque abductis, ad sedes suas redierunt. Mox in Bythiniam, Paphlagoniamque conuersi, flamma ferroque quoquo versus sæuierunt. Trapezuntem cum portu, & 27 triremibus ac armamentario Turcici Imperatoris valde magnifico, euerterunt. Synopem vrbem antiquissimam, maxima vi serici in strues coniecta, solo auro, argentoque sublato in cineres

& sauillas tedegerunt.

Quo tempore Galliarum Rex nouo ciuilique bello vexari cœpit, eodem multos ibi mortales excepit è cælo calamitas. Stragem illam quam sonticus morbus latè per prouincias grassatus edidit ingentem omitto. Galliæ ærumnas vel maximè auxit nouum & incognitũ animaliũ genus apud Salyos & Arelatum Sextanorũ procreatũ. Ibi Insulã dat Rhodanus, vulgo La-Camargue nũcupatur, olim cãpus Marius. Nec procul inde absunt Fossæ Marianæ (Aiguemortes). Eo loci, ineunte Maio ad ripas, inuenta ab incolis sunt animalia, candida primùm, sed adeo parua, vt pene aspectum fugerent. Nigra post triduum euadebant. Et vix exacto mense cum excreuissent, Leucophæa apparebant. canescere dixisses. Magnitudine tunc lacertas maiores æquabant. gregatim volatu ferebantur. & numero supra quàm credi possit, primùm in pratis quidquid herbarum erat depascebant. & sex horarum spatio, plus quàm tria aut quatuor equorum millia consumpsissent. adesis herbis mox horrea inuadebant; & quod de areis verrebatur frumentum, rapidè asportabant. vna vastata regione, vicinis inferebãt cladem. nec nisi appetente hyeme conquieuerũt: quando tandem in loca vel arenosa, vel quæ rimas egissent, abderè se primum cœperunt, & oua ponere: tanto quidem numero, vt si ea fouere permissa fuissent, omnem Ægipti plagam, anni insequentis clades superasset. Incolarum ea laus & prudentia fuit, qui ineunte vere anni 1614, incubatum prohibituri, collecta oua, & animalia ipsa iam terræ fixa (quorum ex ingenti numero pondus memoratu penè incredibile est) non quidem in ignem, ne tetro aerem odore inficerent: sed vel in profluentem: vel altè defossa terra in scrobes proiecerunt.

Palatino Rhenano Imperii Electori, natus Kalendis Ianuarii filius, Fridericus Henricus, Magnobritanniæ regis ex filia nepos.

Quidã Leo Morgardus se Astrologũ professus, dedit in mediũ, quæ regno Galliæ & Principibus viris euẽtura hoc anno ipse vaticinabatur. Et vt varia tũc ferebãtur esse hominũ studia; ac ad nihil minus quam ad Regni pacẽ pertinere: placuisse dicuntur quibusdam, mendacis huius prophetæ deliria. Sed vt rerum euentus eum mentitum demonstrauit; ita ille exeunte Ianuario audaciæ pœnas daturus, ad triremes per annos nouem est damnatus. Nũquam impune tulit hos de rebus & vita principum diuinatores benè instituta Respub.

Quieuit vtcumque à bellico tumultu Gallia post Henrici 4 excessum, ad vsque huius anni nunc excurrentis mensem Februarium. quo tandem magna Principum virorum facta seceſſio, ad periculosam rerum perturbationem spectare videbatur. atque inter Regem Christianissimum, & hos confœderatos Principes, vix exacto biennio solida pax constituta est. Quamuis enim post prima belli huius ciuilis initia, pax aliqua interceſſerit: ea tamen nec firma admodũ fuit; nec diuturna. Pacis & quieta cõsilia poscebant multi mortales in Gallia. Rex porro ipse concordiam spectabat. Sed cum statiui conuentus malo remedium afferre vix posse videbantur; placuit vt trium ordinũ conceptiua Comitia haberentur. Occuparunt illa, Parisiis celebrata posteriores huius anni menses, & anni insequentis anteriores. Illustris si vnquam in Gallia, fuit in his comitiis Ecclesiasticorum ordo; qui quinque Illustrissimos Cardinales, doctrina, & vitæ integritate insignes, ac Regis Christianissimi imperio

obnoxios numerabat: Archiepiscopos septem: Episcopos 47, & vniuersè 140. quot sanè ad generale regni Concilium, si de rebus fidei, & moribus definire quicquam oportuisset, abundè sufficiebant.

Molestum sanè in ampliſſimo hoc Ordinum conſeſſu permultis fuit (quamuis Caluinianis admodùm gratum) quod à tertii ordinis hominibus ingerebatur, de ſummorum Pontificum in Reges minuenda poteſtate; ſiue quòd alieno tempore agitari, & ad Schiſma excitandum pertinere, vt multi contra affirmabant, videretur; ſiue quòd de ſuprema hac Eccleſiæ poteſtate, & rebus fidei ſententiam interponere, ad Laicos quos vocant homines, nullomodo ſpectaret. Ergo huicilliusOrdinis conatui, primùm ſeſe B obiecit ampliſſimus ille Eccleſiaſticorum conſeſſus. & in eandem cum Eccleſiaſticis ſententiam iuit Ordo Nobilium. Ac tandem Rex ipſe plena authoritate, & ſecretioris Concilii decreto cauit, ne de hac re deliberatio vlla haberetur; atque vt ex Ordinum codicillis caput illud expungeretur, edixit. Plura alii, qui de hac re editis libris ſcripſerunt, vt multorum tunc per Gallias exercuit ingenia. ſuam illi ſi velint interponant de hoc tertii Ordinis conatu ſententiam. Ego hic, vt ſoleo rem geſtam tantùm narro.

Actum porro in his Comitiis, vt ſublatis belli occaſionibus, ſtatus regni & pax firma conſtitueretur. magnæque res, quæ aliquibus eò ſpectare videbantur, à ſingulis Ordinibus datæ ſunt in medium, Regique oblatæ, quem penes arbitrium eſt & ius, ſingula definiendi. adeo tamen nihil effici potuit, quod probatum à principibus illis, pacem retineret, vt ſolutis Comitijs iterum maiori impetu ad arma ventum ſit. Obnixè tamen, & magno conſenſu duo Ordines, Eccleſiaſtici & nobiles apud Regem egerunt, vt Regis matrimoninm cum Anna Maria Hiſpaniarum infante, iam antea decretum, perficeretur.

Sedulam nauarunt operam hi duo illuſtriſsimi ordines, vt noſtrum Claremontanum Pariſiis collegium, reſtitutum iam pridem ab Henrico 4, nunc tandem ſcholas aperiret, oblato etiam in hunc finem regi, libello ſupplici, non ſine Societatis noſtræ ſingulari encomio. Quod ideo commemoro, vt videant mortales, vtrum plus impiorum in nos coniuratis calumniis tribuendũ ſit, quàm his Comitiorum ſacris ordinibus, & orbis Chriſtiani publicis teſtimoniis, quæ in ſua ad Poloniæ regem Apologia, in lucem dedit Ioannes Argenti. tot ſanè & tam luculenta, vt mirũ ſit hominem ratione vtentem, non formidare è cœlo vltionem, dum exploratam innocentiam, notis ſibi & apertis inſectatur calumniis. ſed Nouatorum hic genius eſt, deſine mirari.

Ex Anglia ſuperiore ſeculo, Caluiniſmus ad Scotos penetrauit, hoc qui excurrit anno faſcinauit eos Anglicana crudelitas. Caruit diu Scotia proprio Martire, ubi natiui Principis imperiũ, ad mortem pro fide obeundam, vſque ad Caluiniſmi initia adegit neminem. Obiuit hoc anno crudelitatis iſtud miniſterium Spoittes Void, Caluini in hoc miniſter, qui ſe etiam Glaſcuenſem, inter Nouatores, dicebat Epiſcopum. Hic cum Ioannem Ogilueum è Societate Ieſu Sacerdotem, veteratoria quorundam arte deprehendiſſet ſacris operantem: diris exagitatum tormentis, crudeli morti ob fidei Catholicæ defenſionem, oppidò glorioſam, curauit addici. D

Iaponiæ Rex Cubo, vehemẽs Chriſtianorũ in eo regno perſecutor, & cum Europæo Diocletiano non immerito cõparandus,

totam illam, quæ ibi est Christianæ Ecclesiæ multitudinem, à triennio atrociter vexat. Persuasum habet homo paganismo imbutus, omne suum imperium inter Christianos in lubrico esse. suspicionem augent inanium Deorum Sacrificuli: & vel maxime Anglorum ac Batauorum veteratoriæ artes; qui vt suæ negotiationi viam aperiant apud Iaponios facilem, aliasque ab eo lucro excludant nationes; mentiuntur regi, omnia à Christianis in Iaponia agi, vt Lusitanis & Hispanis rerum dominis futuris, aditus in Iaponiam patefiat. Retinet tamen non parũ nouũ hũc persecutorem, ne quantùm optaret sæuiat; tùm metus à conspiratoribus inter Paganismi illius professores frequentibus: tum ingens in eo regno Christianorum multitudo; qui ad quinquies centena millia hoc anno numerati sunt.

1615 Indict. 15. | 11 Pauli 5. | 17 Philippi 3

Apperente huius anni Autumno, Chamus Tartarorum Tauricanorum, facta in Russiam irruptione, duodecim Rusticorum millia, & equarum millia 40, ex procerum quorundam armentis abegit. abductæ insuper Nobilium familię octoginta. & quanquam Polonus rex; cui tunc negotium cum Moscho erat, expirabantque Sueticæ induciæ, contentus tunc quidem esse decreuit expostulatione per Legatos apud Chamũ & Turcam, cuius imperio res gesta esse putabatur: effecit tamen damni dati acerbitas, vt Russici duces duo, Visnouecius, & Korecius, vt coactis 15000 equitũ, Daciam infestis signis inuaderẽt. Eam ingressi, Tamsam Dacorum regulum, & Tartarorũ ad abactã illam prædam incentorem, acie nõ longè à Drissa fluuio profligant, die Nouẽbris 23. Kalinouius Tamsam fugientẽ insecutus, cum viuũ cãpere nititur, pertinaciter reluctantẽ obtruncat. Demũ victores regiã ingressi Michailonẽ Dacico præficiũt imperio.

Alia ex parte dum hæc gererentur, non segniter se gesserunt Cosaci; qui Nogaienses, & Crimenses Tartarorum prouinciis horrendam intulerunt vastitatem, abactis pecudum omnis generis ducentis circiter millibus.

5 Ludouici 13.

Anni huius 1615, mense Augusto, agi cœptum per Imperatoris legatum de pace, inter Poloniæ regem & Moschum constituẽda. Sed cum nullæ pacis conditiones inuenirentur, quæ vtrisque placerent, res infecta mansit. Carolus Chod Keuicius Polonicarum copiarum ductor, qui interea in Moschouiæ confiniis tantisper substiterat, Smolenscum profectus Moschorum legiones inde summouit, euersis castellis & munitionibus ad Smolenscì obsidionem à Moscho paratis.

Quarto Kal. Aprilis diem feliciter clausit Parisiis Regina Margarita Valesia, Henrici 3 soror. in qua Valesiorum regia stirps extincta est; cum cœpisset in Philippo Valesio à Christi anno 1328. Idem annus qui nunc excurrit. Ill. Cardinalis, Ducis Iosei & in Cardinalium Collegio Decani, obitum sanè felicem, excepit, apud Aueuionem, mense Augusto.

Occuparunt, vti iam commemoraui Comitia Gallicana initium anni 1615. quibus finitis Rex de profectione Burdigalensi suscipienda, & in hunc finem paranda expeditione acriter cogitabat. Itaque cum mouissent iterum Principes, Rex exercitum non mediocrem confœderatorum armis obiecit: ipse cum aliquo Nobilium delectu, & Stipatoribus regis itet Burdigalam ingressus est: quòd coniugendi connubii, vti cum Hispano conuenerat, tempus appeteret. Hæsit in hoc itinere aliquandiu Augustoriti Pictonum, delectatus ciuitate, quam & amplitudine sua, & loci natura, egregiè videbat munitam: essequepropugnaculum in quouis bellorum motu, regno necessarium. In digressu collaudauit, tum ciuium spectatam fidem

erga ſuam M: tum R. Epiſcopi Henrici Caſtanęi Rupipoſæi vigilantiam,& in hac temporum difficultate conſtantiam ſingularẽ; quòd eorum opera effectum eſſet,ne ex quo regnare ille cœpit, vrbs hæc in hæreticorum,aut inimicam vllam veniret poteſtatẽ. De hoc argumento plura alij,qui breuiſſimæ Chronologiæ legibus à prolixiore natratione non excluduntur.

Rex exeunte Septembri tenuit Burdigalam; ſolenni ſi alias pompa, celebrato vtrinque tunc matrimonio; Chriſtianiſsimi Regis cum Anna Maria Hiſpaniarum Infante, & Hiſpani Principis cum Ludouici Regis ſorore Elizabetha. Actores connubiales,accepto à Regibus mandato Guiſius,& Lermeus Duces,fuere. hic in Hiſpania, ille Burdigalæ, operante ſacris Illuſtriſſimo Cardinali Surdiſio,pactam regum fidem exſoluerunt. Peracto ſolenni nuptu,reginæ in ſua regna,pronubo Guiſio tranſmiſſæ sũt. Hoc confecto negotio(in quo non exiguus belli cardo uertebatur)cœptum iterum agi de pace. Atque dum Rex Lutetiam regreditur, partim Pictauij, partim Cæſaroduni Turonum, adnitente Niuernenſi Duce, tandem firmata eſt, ſub initium inſequentis anni.

In vrbe,& intra Italiam hæc contigerunt. Gabriel in Paphlagonia Gangrenſis Epiſcopus, datis Romam publico diplomate, & Græcè ſcriptis literis, agnouit Romanum Pontificem, Paulum quintum,totius eſſe Eccleſiæ Chriſtianæ caput, ὃ τὸ Χριστὸ τοποτηρητὴν. Perlatæ in vrbem literæ ſunt,obſequij indices, menſe Ianuar. Philippus Nerio è Congregatione Oratorij, 26 Maij renunciatur à Pontifice Beatus. In Ædem S. Agnetis extra muros,translatum celebri apparatu,eiuſdem Agnetis corpus, 14 Iunij. Vendomij Principis frater, miſſus à Rege Chriſtianiſſimo, qui more maiorum ſolitum Pontifici deferret obſequium; magno applauſu Vrbem ingreſſus, noua ſemper auctáque per triduum pompa excipitur. atque hoc quidem ſub ineuntem Octobrem. Exeunte vero eodem menſe, excepti vrbe ſunt è Iaponia Legati,honoris & obſequij deferendi nomine,miſsi ab Idate Rege Voxu ad ſummum Pontificem.

Acta porro eſt ſolenni iudicio Iuliæ cuiuſdam cauſa, in Æde B. V. ad Mineruam. vbi impiâ mulier hæreſis nouæ & infamis conuicta,perpetuo eſt carceri mancipata, cum aliquot aliis eiuſdem vt criminis,ita & pœnæ ſociis. Exeunte anno in Collegium purpuratorum Patrum aſcripti decem. Claudius Aquauiua Societatis IESV Generalis Præpoſitus quintus,diem Romæ clauſit Prid. Kal. Febr. In eius locum eodem anno, ſed 15 Nouemb. ſuffectus eſt Mutius Vitelleſcus,è nobili Romanorum familia oriũdus. Adfuere in hac eius Electione (quod hactenus nulli alteri contigit)ex omnibus prope Orbis partibus, noſtri Ordinis Patres: præſertim Mexicani, Peruani, Malabarici,ex Goana India, & demùm è remotiſsimo nobiliſsimoque Sinarum regno. nec defuere alia nonnulla,quæ hunc noſtrorum Romæ conuentum, & religioſa comitia illuſtrarunt, Sed memor inſtituti ea hiſtoriæ conditori relinquo,

A magni Ducis Etruriæ triremibus,captæ Turcarum triremes duæ. æſtimata præda eſt 150000 aureorum. acti in ſeruitutẽ Turcæ 115. libertate donati Chriſtiani 70.

Dux Venetus M. Antonius Memmius finem viuendi fecit menſe Nouemb. Sufficitur Ioannes Bembus inſequente Decembri menſe,hucvſque nobiliſsimæ Reipub. incrementa,bella, Ducesque produximus.

Pax demum conciliata inter Sabaudiæ Ducem, & Regem Catholicum; qui Mantuani Ducis partes ſecutus, huc vſque de

Montis Ferrati Marchia bellum protraxit.

Hoc demum anno 1615 è nostra Societate Ludouicus Grangerus, & Socius vnus, à Constantinopolita nostrorum residentia, & sede digressi in Colchidem ad Georgianos & Mingrelianos, rudes omnino in Christianismo populos penetrarunt. Hi longa & periculosa nauigatione vsi, & è Bosphoro Thracio in Pontum Euxinum delati; per Heracleam Bithyniæ, Sinopem Ponti, & Trapezum Cappadociæ vrbem (hodie Trapezundam aliqui vocant) ac tandem post immane naufragium, Moquum Mingreliæ vrbem tenuerunt. vbi rei Christianæ augendæ operam nauant; vti Moqui in Mingrelia scriptæ litteræ 12 Martij, & Romam hoc eodem anno perlatæ testantur.

1616 12 Pauli 5. 18 Philippi 3 6 Ludouici 13.

Indict. 14

Mathæi Cæsaris ã. 5. Quid proximus annus daturus sit, incertũdũ hæc scribo, mortalibus est instabiles retũ vices hoc quidẽ anno experta est Gallia. Eius initia fœdarunt populabundus miles, & morbi gratiores. Mensis Maius pacem dedit, Regis edicto firmatam. Ineunte Septembri datus in custodiam est Condæus Princeps; & noui iterum motus pene apparuêre, iterúmque sopiti. Nec suâ caruêre vicissitudine supremi Magistratus. Guillelmus Vairius ab aliquot iam annis in Aquensi apud Salios Senatu Protopręses, nunc ad Procancellarij munus à Rege promotus est. Sed post paucos menses eodem iussus est munere fungi, qui Regi à Secretis erat Annæus Mangotus, quem probata erga Regem fides, & plurimus rerum vsus commendabant. Vairius Magistratu se abdicans, & Regi saniora quàm hactenus consilia coram precatus, vitam delegit priuatam. Faxit Deus, vt mortales, quod diuino & humano iure sancitum est, Regibus condignè obtemperent suis: & pax tantopere expetita, nobilissimo Regno, Regique adhuc adolescenti, tandem aliquando contingat.

In orbe altero quid agatur, ad annum 1614 commemoraui. Sane è Sinarum amplissimo nobilissimoque regno, læta omnia sunt, quæ certis nunciis perferuntur in Europam. Albescit ibi ad messem Christianam seges, & quinque iam constitutis Ecclesiis spes est fore, vt Deus gentem illam, quæ magna ex parte Deum vnum agnoscit, ad plenam veritatis agnitionem tandem aliquando perducat. Christianæ huius expeditionis apud Sinas historiam edidit Trigautius noster, rerum Sinicarum inspector, & laborum Christi nomine susceptorum socius, qui nuper à Sinis Indica nauigatione delatus in sinum Persicum, ac demum terrestri itinere, per transitis Perside, Arabia deserta, & Heliopoli, Europam tenuit: nauigio per mediterraneum mare in Italiam deportatus.

In Italia redintegratum cum Hispano bellum. Hungaria nescio an grauius bellis, quàm insana tot hæresum colluuie ibi grassantium, prematur. Nec caruit successu tum ibi, tum in Transyluania, ars illa turbandi per famosos libellos principum regna: quam nouatores isti vtilem esse, & ad regimen Monarchicum euertendum, ingeniosam passim iam experiuntur. id agunt strenuè in Hungaria. Polonia iisdem machinis concutitur. Transyluania, iam inde euersa est. vt omnes norunt, qui rerum his annis in Transyluania gestarum notitiam sunt assequuti. Quid his artibus tentatum sit per aliquot annos in Gallia, audiuerunt iam Barbaræ nationes: & ad tam periculosam, in principes licentiam, horrescũt. Sed redeo ad Transyluaniã. ea vti ad annũ 1605 cõmemoraui, sub infausto dominatu miserè adhuc laborat. Gabriel. Bathorius Rakocii successor, Catholicè à patruo educatus, ad hæreticorum castra defecit: an vt Transyluaniæ imperaret? an, quod inde sequutum est, vt miserando casu, breui periret? Qui

hodie imperat Gabriel Betlem, hæresi quoque infectus, eorum præceps terit vestigia, quorum exitus si cælum aspicit, deberet perhorrescere. Horrendis cladibus Transyluania ex quo imperant hæretici concussa est. tamen mortalium tam cæca mens est, vt vltricem hanc numinis iram in hos regnorum euersores sæuientem, ne sic quidem gnoscant.

A Magnobritannici Regis legatis actum de fœdere nuptiali cum Gallia: nondum tamen felicem exitum res sortita est. vtinam tandem agnoscat Magnus Princeps, securiora fore, quæ iure possidet regna antiquissima, si cum Catholicis principibus sanctè coleret, vt maiores amicitiã: & simul auitã iamdiu afflictis Britannis libertatẽ petmitteret: quæ reuera (vt hic tandẽ finiã) nullo diuino, aut humano iure, pristinæ religionis per tot secula possessoribus negari potest: & viris neque Concilio generali damnatis, nec vlla scripturæ authoritate recte explicata, è possessione deiectis. an non etiam verum est, oportere non ferro & sanguine; sed à Deo editis miraculis, pastorum legitima serie, & libero de fidei rebus cõgressu, nouã stabiliri religionẽ. at de his alias, videãt interim qui ibi sunt nouitatis huius ministri, & ferro docent Magnobritanniam seruire Caluino: grauissimã se Regi legitimo iniuriã irrogare; dum natiuum principem, ad omnem clementiam natũ; titulis longe aliis regnasse, posteris persuadebunt.

EPILOGVS.

PLura quæ ad huuc annum consignarem, non occurrebant. Epilogum vero operis aliquem Lector si expectas, compone iam si placet Europæ nostræ statum in regnis aliquot oppidò infelicem, cùm hoc quem recensui noui orbis splendore & felicitate. Dies vix illuxit in Europa vllus, post seculi nostri datos in lucem Hæresiarchas: quo non in deterius aliqua ex parte sit prolapsa res Christiana. Taceo bella in reges Christianos, & Catholicos excitata. intuere solum imminutum in Europa, (quantùm penè in altero orbe excreuit) verè Christianorum numerum, trucidatos à noui dogmatis patronis Christianæ Religionis professores; & ne plura numerem, patentissimam ex infausta hæresi reseratam ad Atheismum ianuam. Quis hic non felices prædicabit, illas iam Orientis Solis regiones, olim vt ab Europæis, ita à vera religione remotissimas? dum eas audit singulari nunc, atque insperato Dei munere, Christo in dies nomen dare: Europæos Christianos æquare numero, aut superare: & ea Constantia tueri susceptã semel Christiana sacra: quã solent in nostro orbe pertinacia, Transyluani, Germani & Batani, in Christianæ fidei defensores, à 50 iam annis crudeliter desæuire. Testis quoque huius in cœlum belli est, quæ nunc gentes cæteras crudelitate superauit infelix Magnobritannia. Ea inquam, quæ olim singulari Dei cultu & clementia, permultas Christianas prouincias ac regna anteibat: nunc à Christianis sacris, ad Veneris ventrisque idolum conuersa in sua vertit viscera dexte-

ram, & simul tot sectas dedit, quot Babylon linguas. Non tamen hîc Britannicam hanc Babylonem, Caluini inquam ministros prolixius compellabo.

Ad te, Carole Princeps, sese conuertit oratio, qui in spem Britannici regni in dies adolescis. (libet enim in te, hunc flebilem operis Epilogum concludere) tu inquam, spes regni pene unica, agnosce si placet, Maiorum vestigia tuorum, & qualis deinde apud posteros habendus sis, qui à Catholicorum tot regũ serie, in parente tuo, heu quàm infeliciter, excidisti. Aspice ocyus cœlum, ac time, perpendens spem regum mortalium fallacem, & nimis credulam mansuras opes, læso toties diuino numine. Solenne Deo est cum læditur eius numen, regno mortales deturbare. aut si te non mouet regni iactura, moueat saltem futuræ vitæ conditio sanè acerba, si irato cœlo semel occumbas. Sed auertat omen meliora daturus, immortalis ille rerum, & regum Dominus. Liceatque mihi in hoc lubrico rerum Britannicarum statu melius o minari. Sanè dum attentius Deum pro te interpello: subit animum, illa dolentis Poetæ exclamatio, de Romani Imperij spe non obscura Marcello,

si qua fata aspera rumpas
Tu Carolus ter Magnus eris.

Hoc est, vt tui produnt de Donaldo Annales: regni tui, veræque religionis primus restitutor: nisi (quod faxit Deus) hanc Parens tibi palmam præripere velit. Rumpe fata & moras generose Princeps, non te, ex altero orbe iam datis in medium exemplis, ad hunc gloriæ cumulum incitabo. Pone iterum ob oculos, quales tui fuere, qui te maximis Europæ regnis, Imperioque, regalibus iunxerunt cõnubijs; Mathildas, Hẽricos, & imperatores non ab Ecclesia Dei alienos, sed Christianissimos principes hic agnosces. Intuere hodie Europæ principes maximos, qui tuæ sortis spectatores sunt, & si velis etiam fautores se præbebunt. satis denique vicina Gallia, amici Principis præclaro facto ad magnos hos gloriæ titulos te inuitat: dum nuper, supra quam sperare potuissemus, dedit Gallicæ Monarchiæ restitutorem Henricum, qui ob pacis & religionis restitutum splendorem, omni iure Magnus est appellatus. Non est certè insuetũ Carolo, Magni nomen. Hæc te etiam si vis manet sors gloriosa: & altera demum atque amplior cœlo. Deus hanc tibi mentem princeps inijciat: & te orbis Britannici efficiat, probè Christianum moderatorem; vt quàm nostro seculo illuxit in altero orbe, verè Christiana religio: tam possit sub tuis auspiciis, in hoc nostro iterum reflorescere.

Vale.

IACOBO VI.
Magno Britanniarum & Hiberniæ REGI.

IN te tandem (Magnobritannice princeps) Regiâ atauorum ſtirpe clariſsimo, clauſam vides tot regum ſeriem à me datam, & multorum annorum periodum. Ita nempè tulit hæc temporum conſignatio, & rerum caſus à meis votis non alienus. Quâ enim aliâ gratiore coronide hanc annorum Iliadem donare potuiſſem; quàm natiui principis pluribus iam ſceptris conſpicui; & vltrá priſtinam amplitudinem proferentis Imperium conſignatâ memoria? fruere Rex triplici tuo diademate ea felicitate, quæ pleriſque ſit inſignis ſcribendi materia: mihi, ſi per te licet, pro corona operis non vulgari: qui vt ſemper optaui hanc ſortem T.M. obuenire; ita nunc tibi fore diuturnam & ad omnia felicem, non poſſum non deſiderare. 1

At feciſſet quoque Regum ille moderator ſupremus, mundique Rector immortalis Deus, vt quàm te libenter multi, poſt tot Heroum agmina ſceptri Britannici moderatorem conſpiciunt; tam poſſent præterea, de auito pacatoque religionis cultu, Britannis à te permiſſo lætari: & teipſum vera Chriſtiana ſacra, more maiorum venerantem intueri. Video vtcúmque quo deuoluar. ſed tibi etiam literato principi æquè compertum eſt, licuiſſe ſemper apud magnos Imperatores, liberè in hac cauſa & impunè perorare. Edoardus quondàm Valliorum princeps, prudentiâ bellicíſque artibus clarus, & inſigni illa Francorum ad Pictauiũ clade, captoque Rege nobilitatus; cùm in tam proſpero rerum curſu nihil propius abeſſet, quàm vt Gallia potiretur vniuerſá: prudens pacti locum fecit: quando mortalem ſe eſſe recordatus, inſtabiles rerum vices cœpit attentiùs meditari, & quàm prona ſæpe ad interitum eſſet tota hæc mortalium proſperitas. Pro quanta eſt rerum humanarum 2

inconſtantia princeps hactenùs fortunate; & irato præſertim cœlo quàm inopinati caſus; niſi pacatis ſapienter rebus; & placato numine damnis occurratur. Ergò tu gratam paci oliuam, prætende malis. O te, ter & quater felicem principem, ſi pacem dares rebus Britannicis; ſi Templis liberum religionis cultum; ſi viris per tot annos ad exitium quæſitis, ſeram licet à pugna requiem. Certum illud eſt, & ſummæ ſapientiæ velut oraculum, in amore ciuium ſummum eſſe Regum Præſidium. Animorum certè conſenſione coaleſcunt Imperia, diſſenſione collabuntur. Et mihi quidem, ſi quod in votis eſt liberè effari licet; moderatum & concordem Britannici regni ſtatum magnis opibus anteponerem. Tuum tamen eſt, Rex ſapientiſsime accuratiùs inſpicere, an ciuium amorem, an animorum conſenſionem diuturnam, poſsis in hoc de religione diſsidio à tuis expectare Britannis. ab iis inquam, qui auitæ religionis auidiſsimi, ad pacem coguntur quouis bello ſeueriorem: qui toties propter Chriſtiana ſacra, Templorúmque tutelam ad necem poſtulati ſunt: toties de maieſtate damnati; & vt cætera taceam, in dies redintegrato hoc prælio, in eandem aciem aleámque vocantur. Fateri oportet acerba hæc eſſe, & à Chriſtiano nomine multùm abhorrentia. Sit potiùs ſanguini fundendo modus aliquis. ſit carceribus. ſat temporis plagis datum, ſat mortibus; ſat externæ nationes audiuerunt; priſcæ religionis in Anglia cultores, precariam apud infenſum principem animam trahere, crudeli odio vexari, Barbarica quæ ante te cœpit, crudelitate lacerari. Tyrannorũ vox eſt, ODERINT DUM METVANT, exoſa, & procul à tua proſapiâ Rex clementiâ celebris, & prouidentia non vulgari. Sub te potiùs conticeſcant priſtina mala, iuſtis toties deplorata lachrymis. quas ante tuum regnum alii Templis intulerunt faces, has tu in Templorum barbaros hoſtes, barbaraſque, ſi lubet gentes conuerte. quem liberum religionis cultum, vnius ante te principis voluntas ademit; hunc tu maiorum tuorum nobili exemplo reſtitue. hæc ſi feceris, nihil erit vt tuo regno ſecurius; ita nec maieſtate tua illuſtrius. Sed patere magne Princeps, (quando quam optare poteram, hic teneo occaſionem) vt quod ad cumulum rerum tuarum adhuc deeſt; & ad gloriam regni tui, vltrà priſtinam amplitudinem aucti, conſeruandam ſpectat; beneuolo hoc reliquoque epilogo ſuggeratur. Dolet Chriſtianus orbis, idque vehementer; te magnum principem, & ex Monarchis Chriſtianis ſolum, vera Chriſtiana ſacra minùs animo ſententiaque probare. Frequens de te inter homines ſermo eſt. Dabo hic libenter in lucem, quod

3

à ſapientibus viris dici auditum eſt, & apud homines tui nominis amantes iam protritum: nihil ad tuarum rerum, Regiæque maieſtatis conſeruationem propiùs pertinere; quàm ſi non animorum tantùm, ſed multò etiam magis ſacrorum & religionis conſenſione, cum cæteris Europæ Monarchis verè Chriſtianis conſentias. Arctum ſanè hoc religionis vinculũ eſt. fouet vnita, diſiuncta connectit: ac in magnis ſæpè periculis tutum eſt amicitiæ perfugium. Et quidem Imperij Britannici quod tandem damnũ eſſe poteſt, ſi princeps amicam habeat Italiam vniuerſam? nullo religionis titulo auerſam Hiſpaniam? & vicinas Gallias quæ plurimùm à Romanis ſacris ſtant, etiam hoc nomine deuinctas? contra verò (quod nunc deploratum malum eſt) ſit ſummum inter regna de religione diſſidium; bone deus, quanta ad magnarum rerum inclinationes parata via eſt? prudẽs cætera prætereo. At dicet aliquis, non eſſe hæc tẽpora his apta malis? non pugno, & opto non fore. fuêre tamen; & in tanta rerum humanarum inconſtantia adhuc eſſe poſſunt. neceſſariæ prouidentiæ eſt, non tantùm præſentibus quæ ante pedes ſunt; ſed etiam futuris malis & procul venturis proſpicere. Ne tuæ maieſtati ſolùm; ſed Carolo Valliorum principi, & per longam nepotum ſeriem Britannia ſecura eſſe debet. erit autem, vt maioribus tuis ſecurriſsima; ſi quibus illi artibus glorioſum hoc Imperiũ quæſierunt; ijſdem iam partum et auctum tuearis. Neque ego hoc magnũ religionis bonum, quod Regiæ T. M. ad ſalutem æternam, ſoſpitatemque regni multi mortales euenire deſiderãt; vllo alio argumentorum pondere in præſentiâ perſuadere conabor. Eſſent quidem illa ſi darentur in medium, penè innumera; & quibus Regius tuus animus ſi de his diſſerentẽ beneuolè audiret, cederet facilè. ſed non eſt hic de religione concertandi locus. alterius operæ hoc negotium eſt; prolixioris certè, quàm quod breuiſsimi huius epilogiſmi anguſtiis poſsit comprehendi. Itaque hoc ſolum mihi ſupereſſe video (quod ſæpe à Deo immortali precatus ſum) imprimis, vt regiæ T. M. Caroloque principi nobiliſsimo, cuncta in hoc veſtro Britannico orbe feliciſsimè cedere peroptem. Deinde quãtùm potero orem, ne tanti Imperij magnitudinem, & maximarum opum ſplendorem; irato cœlo, infenſoque numine perire patiamini. Saniora pectore verſanda conſilia; auertendi periculi ineunda ratio; acerrimâ crebrâque cogitatione expendendum quod anteâ commemorauí; in rebus humanis nihil eſſe conſtans, aut ſecurum: nullis regum turribus excludi læſo numine cœleſtem iram. Macte ergo animo virtuteque princeps, qui hæc Britannica

Per innumeros ſceptra tueris auos.

Perge eadem tueri: sed qua illi prouidentia, quibus pacis consilijs, qua religione. erit hoc non modò Britannico tuo regno salutare; apud exteras nationes glorioſum; ſed tibi imprimis aditus ad felicis vitæ æternitatem, hem quàm feliciter comparatus. quæ verò aliundè ſuggeruntur, & tibi, proh dolor, ab incunabulis ſunt inſtillata: non à matre tua ſanctiſsimâ; ſed verè à nouercâ nouitatis cupidâ, viuendi licentiæ ancillâ, & omnis Regii Principatus, etiã tui (vt noſti) inimicâ: hæc inquã noua, & tãdẽ (quod priſcis Hæreſibus cõtigit) peritura commenta; nec regni ſunt, nec perpetuæ ſalutis firma præſidia. alia te manet Princeps, ſi vis, & felicior via; cui debita ſit ingens gloria, alteraque cœlo corona. Baſilius Imperator, vir probus, idẽque optimorum author conſiliorum; monita ſcribens ad Leonem filium cognomento Philoſophum, Imperii cõſortem, ſpem vnicam; non prophanas nouitates, quas hodie in triuiis excogitatas, quidã tanquã diuina oracula diuenditant, commendabat: ſed priſcam in Deũ fidem ac fiduciam; cum vetere Eccleſia conſenſionem, & debitum Paſtoribus obſequium; quibus legitimè nuncupatis poteſtas à Deo data eſt, quod rectum verumque eſt pronuntiandi. ſancta planè conſilia, καὶ πάντως βασιλικὰ δῶρα. Hæc tibi, hæc filio comẽda, Princeps ſapiẽtiſsime. qualia apud illius ſeculi æquales, & poſteriores Hiſtoriæ conditores legiſſe te plurima æquum eſt exiſtimare; cui tãta obtigit cognitio, quantum otioſi homines, & in vmbra viuentes vix aſſequuntur. Sed adde huic tuo bono, quod caput eſt, veterem ſincerumque religionis cultũ, tot ſeculis probatum, & nulla nuper excogitata Sacrarum Literarum interpretatione adulteratum. At facto hic maturato opus eſt.

4 Quidni? carent morte animæ, vt loquitur Poeta; & breuis hæc noſtra vita eſt, alternantis fortunæ ludo perſimilis. labitur rei bene gerendæ occaſio, non amplius reditura. nõ genus, non opes, non Imperia, poſt emiſſam ſupremâ vocem, prodeſſe poterunt. heu princeps excæcantur eorum animi, qui nutu numinis ad exitium deſtinantur. quod à te Deus auertat; libetque de te fauſtiùs ominari, ſperare meliora. Verte in cœlum oculos maturè, conuerte ad tot generoſos principes quorũ terris veſtigia, quorũ ſceptra tenes, quorũ ante te, à verò Chriſti cultu defecit nemo. horũ glorioſa facta intuere. Neſciant futura ſecula ſub te Britanniã monſtra aluiſſe. Audiant poſteri immortale hoc nominis tui præconium; à te non ereptam tuis regnis, ſed reſtitutam veram auitamque religionẽ. Magnitudo tua maiores ſupergreſſa vniuerſos, gloriã hãc tibi poſtulat nouã. Non tu imbellis Dominus, alienos ſic captabis triumphos; ſed in ſolem & puluerẽ tuos proferes orbi mirãdos,

ſuperis gratos, tibi ad æternam felicitatem profuturos. Habes huius glorioſæ mentis, glorioſum & pene domeſticum exemplum: Conſtantinum inquam Magnum, quem Orbi dedit tua Britannia, non tam vt Orbis Imperium regeret, (quod tamen ſupra omnes alios cumulatiſsimè præſtitit) quàm vt Chriſtianam, Catholicam, verèque Romanam Religionem propagaret. Habes cognatæ tibi Galliæ Reges, hoc eodem præconio inſignes: qui te pari exemplo, non modò vocant in partem tantæ laudis; ſed hortarentur, ſi viuerent. Habes denique maiores tuos, quos ab anno ſupra milleſimum ducenteſimo; numeras Reges, & Religione Orthodoxos progenitores. Age ergo Princeps magnanime, & Leonis (quod tibi natiuum Regiæ M. ſymbolum eſt) nobilem iram ad modicum tempus aſſume; non quæ te armet ad fundendum ſanguinem: ſed quæ generoſæ audeat quæſitis rectè agendi rationibus, veriorem Dei cultum reddere tuæ Britanniæ, & eos tandem amplecti nunc tuis exoſos, qui te tuaque omnia colunt; optantque tibi in hoc tuo Britannico Orbe, vitam non diuturnam tantùm, ſed etiam feliciſsimam, donec ille rerum Opifex & Moderator Deus, è ſtatione & vita decedere iubens, ea te gloria excipiat, quæ in felicem vitæ æternitatem migrantibus eſt parata.

VRBIVM ATQVE REGIONVM QVAE IN EVROPA, AFRICA, ASIA MINORE, SYRIAQVE nunc sunt; atque in hac etiam Chronologia passim attinguntur; descriptio Geographica.

NIHIL *non ex instituti huius ratione agitur, quodve ad illud vehementer non pertineat, dum Prouinciarum Vrbiumque nomina, quibus in toto hoc opere nihil frequentius est: paucis hic in gratiam Lectoris explicata exhibeo. Praterquam enim quod Chronographia omnis Geographiam ita cognatam habeat, vt sine ea subsistere, aut intelligi nullo modo queat: danda insuper opera fuit, vt instituta à nobis narrationis breuitas suam haberet, quoad fieri posset, perspicuitatem: quam tamen nihil magis impedit, quam Locorum Vrbiumque ignoratio: nihil magis ad eam confert, memoriam ve iuuat, quam statim initio perspectas habere Orbis Regiones, Vrbesque vniuersas, & tot rerum vetera nouaque nomina toties progressu temporis innouata. Atque hac sunt, quae hac Coronide attingo; sed memor instituti, breuissime: vt solum ad necessariam perspicuitatem adiecta esse agnoscas. Quòd si Lector ad ista, Tabalarum etiam aspectum admoueat, non multum fortassis erit, quod in re Geographica desideret, vt possit Historiographos ineffenso pede percurrere.*

HISPANIA

HISPANIA vniuersa, quondam Iberia & Hesperia dicta, situ trigona, ab Oriente Pyrenæis montibus: ad Meridiem pelago Balearico, Iberiço, fretoque Herculeo: ad Occasum Oceano Occidentali: ac demùm ad Septentrionem Oceano Cantabrico cõprehensa est apud *Ptolemæum*. Ergo nisi qua Gallias tangit (inquit *Mela*) pelago vndique incincta est. Quibus authoribus est in tres præcipuas distincta Regiones. *Tarraconensis* vna est; altera *Bætica*, hodie *Andalusia*; tertia *Lusitania* vocata. *Tarraconensis* apud *Melam* parte vna Gallias attingens, contingit aliundè Bæticam & Lusitaniam, habens ad Meridiem mare Mediterraneum; versus Septentrionem, Oceanum. *Lusitania* tantùm Oceano obiecta est. *Bætica* prospectat vtraque maria, Mediterraneum ad Meridiem; & Atlanticum Oceanum ad Occidentem. Amnes in Hispania clarissimi, *Iberus*, fluens in Mediterraneum, *Durius*, *Anas*, *Tagus*, & *Batis*, vulgò *Guadalquiuir*. In harum Regionum terminis magna inconstantia, & Scriptorum etiam discordia reperitur. tempore Consulum *Citerior Hispania* dicta est, quæ Tarraconensem habebat: *vlterior*, quæ Bæticam & Lusitaniam. Iuxta quam partitionem etiam *Plinius lib. 4. cap. 21.* Lusitaniam à citeriore Hispania discriminat, idque Durio flumine. consentit *Ptolemæus*. Verùm *Straboni* & *Melæ*, Lusitania ad Austrum habet Tagum, ab Occasu & Septentrione Oceanum. *Galæcia* aliquando, Lusitania dicta. Omitto tempore Constantini Hispaniam in plures diuisam Prouincias. hæ fuere, *Tarraconensis* in citeriore Hispania, *Carthaginensis*, *Bætica*, *Lusitania*, & *Galæcia*. Astures ac Cantabros complexa: vbi exortum *Legionense Regnum*, Saracenis præclare restitit.

2 *Hispaniæ termini, & Prouinciæ.*

Vrbium enumeratione nunc describenda Hispania. In *Tarraconensi* apud *Melam* & *Ptol. lib. 2. c. 6.* est *Pallantia*, vrbs Vacceorum, quos Castellæ veteris gentem interpretatur *Mariana*. vnde Palantini dicti. *Numantia*, inter Areuacos, ab ortu Durii fluminis non procul, à Scipione posteriore deleta. eius vestigia monstrantur hodie, licet *Tarapha Soriam* vertat. *Cæsarauguſta*, Sarragoca, prius Saldura dicta, ad Iberum amnem in Sedetanea Regione, est *Pomponio* Numantia. *Asturica Augusta*, Astutum vrbs, *Ptol.* est *Taraphæ* Astorgia: sed Astures diuidit *Plinius* in Augustanos, & Transmontanos. *Carthago noua*, Contestanorum vrbs maritima & portus. *Ptol.* lege de hac *Polybium lib. 10.* hodie *Carthagena*: hanc aliqui in Bætica ponunt, conditam ab Asdrubale, quam Scipio expugnauit. Est alia non longè *Carthago vetus*, vulgò Canta Veia. *Tarracon* Ptol. vulgò Taragona. Scipionum hoc opus, nomen dedit Prouinciæ. *Clunia*, Ptole. *Morali* est Ciudad de Castro: aliis Ciudad Real. *Saguntum*, vel Saguntus, Sedetanorum vrbs, vulgò Moruedre, fide & ærumnis inclyta. lege *Silium* lib. 1. *Toletum*, apud Ptolem. in Hispania Tarraconensi, Carpitanorum vrbs est. vulgò Toledo. In Carpitanis quoque *Complutum*, apud Ptol. Alcala, *Mantua*, etiam Carpitanorum est, aliquibus Madrid, aliis

3 *Vrbes Hispaniæ Tarraconensis.*

Villamanta. *Legio* septima Germanica, inter Astures, *Ptolem. Vasæus* putat vulgo Leon. *Abula*, hodie Aula, vrbs Bastitanorum Castellæ veteris. *Segouia*, Arcuacorum vrbs, *Vasæo* Segobia: est alia in Bætica. *Brigetium* *Ptol.* & *Taraphæ* Ouido, quibusdam Leon. *Helena* in Pyrenæis montibus: hodie Helna Valeo, sedes Episcopalis. *Gerunda* Ptol. hodie Girona. *Barcino*, Ptol. in Laletanis vrbs. Nauale ad Mare Mediterraneum, vulgo Barzelona. *Dertossa*, in Cathalonia ad Iberum fluuium: hodie *Cluſio* est Tortosa. *Orgellum*, in Aragonia Tarraconensis Hispaniæ, vulgo Vrgel. *Ilerda*, vrbs Ilegertum, *Ptolem. Vasæo* Lerida. *Valentia*, Contestanorum vrbs Hispaniæ Tarraconensis. Ptol. *Segobriga*, Celtiberorum Hispan. Tarracon. *Ptol.* vulgo Segorbia, ex *Vasæo*: alii aliter. *Osca*, Ilergetum Vrbs. Oscenses apud *Cæsarem. Cluſio* Huesca. alia est in Bætica. *Brigantium*, seu Flauium Brigantium, *Ptol.* Galæciorum vrbs est, hodie Compostella *Morali* & Taraphæ. *Castulo*, Oretanorum in Hisp. Tarrac. Ptol. Moroli Castona la Vela. *Castellani* in eadem Tarrac. Hisp. hodie Catalanes sunt *Floriano*. At in Gallia diuersi sunt Cathelauni. Demum quæ hodie *Granata* est, à plerisque putatur fuisse Illiberis Turditanorum. sane etiam Bætica Turditanos habet, imo & Lusitania suos, sed hos veteres nuncupatos.

4 *Lusitania.* In *Lusitania* Vrbes numerantur *Norba Cæsarea*. Ptol. vrbs Mediterranea, aliquibus hodie Alcantara. *Augusta Emerita*. Ptol. Mela: aliquibus Merida vulgo. Accesserе postea vrbes, sedesque Episcopales celebres, *Conimbricensis*, *Olyssipponensis*, *Braccarensis*, & *Eborensis*: ex quibus *Olyssippo* emporium nobilissimum est, ad Tagi fluminis Ostia situm, vulgo Lisbona. *Salmantica* olim in Lusitania, nunc in Castellæ Regno, vulgo Salamanca. *Ebora*, nomen hodie Euora retinet: est alia Ebora in Bætica. Mela, Strabon.

5 *Bætica.* In *Bætica* Vrbes sunt. *Hispalis* (Seuilla) sita ad Bætin fluuium. *Ptol.* Turditanorum vrbs est, emporium nobile, indicarum mercium receptaculum. *Corduba*, Ptol. *Cordoua* vulgò, Senecæ Oratoris patria, & Lucani Poëtæ. *Murgis* vrbs Bæticæ Ptol. hodie Murcia aliquibus est; & *Marianæ* Murga. *Abdera*. Ptol. lib. 2. Demum *Granata* aut in Bætica est, aut certè vicina.

6 Præter has recensitas, sunt passim aliæ per Hispaniam vrbes minus celebres istæ. *Augusta Gemella* Plinio; *Tucci* Ptolemæo, vrbs Turdulorum in Bætica. *Auia* Vacceorum in Hispania Tarrac. vulgò Villabon. *Bergidum*, vrbs Ilergetum, hodie *Vierco*: aliis *Vrgel* est. *Bernaba*, vrbs prope Cæsaraugustam, vulgo Baneuar. *Betullo* Hispan. Tarrac. vulgò Badelona. *Biatia*, hodie Bacza. *Bigerra*, Bastitanorum in Hisp. Tarrac. *Betar. Brauum* ibidem, vulgò Bourgos. *Calogurris*, & *Calagurium* Hispaniæ in Vasconibus. Coiahorta. *Oeasa* Hispaniæ promontorium (vicinam habet *Fontarabiam*, seu Fontem rapidum) aliquibus S. Sebastiani nomen habet. vrbs vicina promontorio, Oeasopolis vocari potest, *Eldana*, Vacceorum est, in Hisp. Tar. hodie *Duennas* vulgò. *Emporiæ* Hisp. Tar. Indigetorum, vulgo [Castellon Dempurias] *Forum Bibalorum*, Hisp. Tar. [Formillan] *Forum Egurrorum* Hisp. Tar. [Medina de Rio Seco]. *Glandomerum*, Tarrac. Hisp. hodie Mondanedo. *Bracar*, & *Augusta Bracarum* Plinio, vulgò Braga: aliqui Bræcar legunt, apud Ptol. est Hisp. Tar. *Lucentum* Plinio, Hisp. Tar. hodie Lucena. *Lucus Augusti* Ptol. vulgo Lugo. *Maliaca* Ptol. Asturiæ oppidum, vulgo Malgrado. *Mediolum* Ptol. lib. 2. c. 6. aliquibus vulgo Medina cœli. *Nemetobriga* Pto. Hisp. Tar. (Val. de Nebro) *Paterniana* Ptolem. Carpitanorum in Hisp. Tar. vulgò Pastrana. *Pintia* in Vaccæis Ptol. est Cluſio Valladolid. *Tucris* Ptol. vulgò Tudela: *Tude* inter Bracaram & Asturicam, hodie Tyde. *Turiaso* Ptol. Hisp. Tar. inter Numantiam & Iberum. vulgò Taracona. *Illuro*, Tar. Hispan. nunc Alora Morali.

GALLIA.

7 *Aquitania.* GALLIAS Pyrenæis montibus, Alpibus, Rheno olim, & Oceano concluſas, nemo melius diuisit, quam Cæsar. Eius Prouinciæ, initio à Pyrenæis sumpto, sunt hodie quas hic subiicio. Quibus autem annis, & qua temporum felicitate, singulæ in fidem & iura Francorum Regum transierint, ex professo explicat hæc Chronologia. Certi tamen omnino, & constantes Prouinciarum fines, hactenus non fuerunt, Regibus pro arbitrio eos sæpe mutantibus.

Ex his Prouinciis prima occurrit *Aquitania*, seu *Guienna*, habens *Vibiſcos*, (apud Plin. lib. 1. c. 19. sunt Santones) *Cadurcos*. (Quercy) *Ruthenos*, & *Heluios*. Hi postremi à plerisque putantur *Albienſes*, ciuitas Albi, Albium, & Alba Augusta: *Plinio* forte Alba Heluiorum. Hoc tamen *Scaligero* est Aubenas. At Metropolis Aquitaniæ est *Burdigala*, Biturigum Vibiscorum vrbs dicta: celebre hodie emporium ad Garumnam. Vibiscos enim Bituriges, Aquitaniæ populum notauit Ptolomæus. Sed de Vrbibus mox plura.

8 *Vasconia.* Secunda Prouincia continenter est *Vasconia*. sunt in ea *Tarbelli*. hos Strabo, Ptol. & Plin. ad Pyrenæos locant. ille etiam Quatuor signanos nominat. Scaligero *le pays de Labord*. vrbs (Ags) aquæ Tarbellicæ. Hic porro recenseri possunt *Datii*, iuxta aquas Tarbellicas, quorum meminit Ptolomæus. *Bigarrones*, seu Bigarrianos Cæsari, Bigerri Plinio: (Bigorre Orontio, & Scaligero) horum ciuitas *Tarba*. *Auſci*, Auscitani sunt. Ciuitas Auscorum, Metropolis est Nouempopulaniæ Prouinciæ. *Nouempopuli* sunt, Conuenæ, Consaranni, Bigerrones, Lactoratenses, Vasates, Oloronenses, Lascarienses, Tarbelli, & Atirenses. sub Tarbellis comprehenduntur Lapurdenses. In hac porro Prouincia, præter *Vasates*, demum sunt *Cantabri*, horum sedes hodie Biscaia est.

9 *Gallia Narbonensis,* Tertia Prouincia, & subsequens ordine, est tota *Narbonensis Gallia*, vulgò *Languedocia*. Hic numerari possunt quæ sequuntur. *Tolosates*. vrbs *Tolosa* est, Colonia Galliæ Narbonensis Tectosagum. *Carcasso*, Volcatum Tectosagum. *Magalonensis ciuitas* in Volcis Arecomicis: malè forte *Nitiobriges*, *Montpel-*

lier vulgò, mons Peſſulanus, mons Puellarum. habet vicinas ciuitates in Arecomicis, *Agatham*, (Ade,) & *Bliterras*, ſeu Bitterras, (*Beſiers*;) Septimaniæ in Arecomicis vrbem. Sunt & Volci vtramque Rhodani ripam incolentes, ac proinde etiam *Auenio*, & *Nemauſus*, (Nimes;) Plinio ſunt Volſci Arecomici. Ad mare ſunt Foſſæ Marianæ: *Aiguemortes* aliquibus putantur. Demum ſub Narbonenſi ſunt Epiſcopatus Vcetienſis, (*Vſes*;) Luteuenſis, (*Louede*;) *S. Pontii Tomeriarum*, (S. Pons de Tomiers,) & *Alutenſis* (Alet.) Ergo Volſci duplices, Tectoſages, & Arecomici.

10 *Prouincia.*

Quarta ſequitur Prouincia, dicta *Maſſilienſis*, vulgò *la Prouence*: *Prouincia* proprio nomine. Cæſar Romanam Prouinciam vocat. Galloligures hunc, & vlteriorem etiam tractum tenebant. Nam Suidas Agatham inter Galloligures numerat. In ea ſunt *Aquæ Sextiæ*, (*Aix en Prouence*;) olim Colonia Iulia Auguſta, ex Scaligero in Auſon. *Maſſilia*, Ptolemæo, Maſſalia. (*Marſeille.*) De huius vrbis diſciplina & moribus ſcribit lib. 2. c. 6, Valerius Maximus. Hæc à Phocenſibus Aſiaticis condita: vnde Phocenſis etiam Prouincia potuit vocari. Hos trilingues fuiſſe ſcripſit Varro, quod Græcè, Latinè, & Gallicè ſcirent. *Arelas*, ſiue *Arelatum*, ſed Plinio Arelatæ Sextanorum (*Arles.*) Conſtantinam vocatam notauit Scaliger in Auſonium, idemque Auſonius Gallulam Romam vocauit. *Tollonum*, ſed Tautentium apud Strabonem, *Tollon.* *Forum Iulium*, Claſſica Colonia apud Plinium, vulgò *Freius*. *Antipolis*, vulgo *Antibe*. Hic etiam *Dinia* eſt, quæ in Ebroduntiis perhibetur eſſe à Plinio.

11 *Delphinatus.*

Quinta Prouincia inter Rhodanum & Alpes eſt *Delphinatus*. Nam Allobroges à pleriſque putantur. Taurinates, & Sabaudia, cuius caput eſt Camberium, vulgò *Chambery*, aliquibus forum Voconii. In hac Prouincia ſunt. *Brannonis*, vulgò *Briancon*, ex Vigenerio. Diuerſi ſunt *Brandouices*, apud Cæſarem Branouices, vulgò *Moriane*, vnde non valde diſtant iuga Cibennica, vulgo *Mont Cenis*. *Ebrodunum* in Græcis Alpibus oppidum. *Cranopolis* apud Sidonium lib. 3. ad Placidum, *Gratianopolis* apud Auguſtinum de Ciuitate (*Grenoble*). Acuſiorum Coloniam eſſe aliqui putant. *Vienna*, licet Allobrogum vrbs deſcribatur, tamen hodie Delphinatus caput eſt, vulgo *Vienne*. *Ambuaretum* Cæſari, eſt Vigenerio, *Ambrun*. *Amarorum mons*, vulgo *Montlimar*.

12 *Burgundiæ.*

Sexta Prouincia ſit *Burgundia*, habens hodie *Comitatum* (Hiſpanicæ ditionis,) & *Ducatum*, qui Galliarum regi paret. Comitatus *Dolam* habet vrbem ad Dubin Fluuium, aliqui Dirattium vocandum putant. In Francica Burgundia ſunt, *Diuionenſes*: vrbs Diuionum, (*Dijon*:) & *Lingones* (Langres) apud Cæſarem Lõgones. Burgundia olim tum Heduos, (qui ſunt magna ex parte in Ducatu.) tum Sequanos Ciſiuranos, complectebatur. Sequanorum vrbs maxima habita *Veſuntio*, (Beſancon) dicta ciuitas Criſpolinorum. Sequanis Regio erat, quæ nunc vulgo eſt, *Pays de Beſancon*, & *Franche-Comté*, Prouincia dicta Sequanorum maxima. Sequanis proxima ciuitas eſt *Lugdunum*, inter confluentia Rhodani & Araris nobile hodie Emporium. *Matiſcona* non multum abeſt, (*Maſcon.*:) Cæſari Heduorum oppidum ad Ararim. item *Caballinum* Plinio Heduorum etiam oppidum: Cæſar Cabilonum vocat, vulgo *Chalons*, ad Ararim Vigenerio. his adde *Auguſtodunum* (*Autun*) Burgundiæ oppidum, Heduorum caput. Eſt apud Scriptores mentio amplioris Burgundiæ, quam diuidit Iura mons (à Rheno ad Lemannum lacum pertingens) in Tranſiuranam, de qua ad ann. 888, & Ciſiuranam, quam alteram Burgundiam nunc Reges Galliæ, nunc alii tenuerunt. Acceſſit poſtea & illa Burgundiæ diuiſio citerioris in Ducatum, & Comitatum, quæ vſque ad noſtra tempora permanet. De Geneua, & Latobrigis vide nu. 20.

13 *Campania.*

Septima Prouincia *Campania*, *Rhemos* habet, *Catalaunos*, & *Trecenſes*. Plinius populos nominat Tricaſſes: vrbem Tricaſſium, & Trecas: hodie vocamus *Troies*, In vetere Lugdunenſi Gallia numerabatur Rhemorum vrbs, præcipuaque, vulgo *Reims*. De Catalaunicis campis certatur inter Scriptores, an prope Toloſam ſint. Certè etiam in Campania eſt *Catalaunum*, ſeu Cathelaunum oppidum, vulgo *Chalons en Champaigne*. Nec pauci ibi Cathelaunos campos cæde Attilæ nobilitatos, eſſe volunt.

14 *Picardia.*

Octaua Prouincia eſt *Picardia*. Ea habet *Laudunum*, (Laon,) *Sueſſiones*, (*Soiſſons*,) *Ambianos* (*Ammiens*;) *Bellouacos*, *Veremanduos*, & *Morinos*, quibus ſunt loca vicina, *Nouiomagus*, (*Noion*,) *Atrebates*, (nunc Arteſia, vulgò *Artois*,) *Cameracum* [*Cambrai*,] & Auguſta Veromanduorum (*S. Quintin*). In Bellouacis (Beauuoiſin) eſt Cæſaromagus Bellouacorum ciuitas, vulgo *Beauuais*. De quibus redibit ſermo nu. 18. Cæterùm *Teroana* Morinorum, deleta à Carolo V. nomẽ retinet: ſed Epiſcopatus fuit Bononiã, ſeu Geſſoriacum tranſlatus.

15 *Normannia.*

Nona Prouincia Galliarum, eſt *Normannia*, priori finitima, ad Oceanum Britannicum. Habet hæc *Neuſtrios*, *Bellocaſſes*, *Lexouios*, *Eburonices*, & *Aulercos*. Caput Prouinciæ eſt *Rothomagus*, vulgò *Rouen*. Vigenerius, & Orontius volunt Eburonices eſſe *Eureux*. Aulercos aliqui *Rouen* interpretantur. Sed Vigenerius eſſe populorum quorundam prænomen putat, ac ſi dixiſſet ſine diſtinctione Cæſar, Aulercos Eburonices, Aulercos Cœnomannos *Lexouii*, vulgò *Liſieux*. Bellocaſſes ad Sequanam & Oceanum ſunt. horum præcipuum oppidum eſt *Giſortium*, aliqui *Giſoirs* exponunt. *Geſſoriacum* quoque Scaliger in Auſon. vulgo *Geſſoire* vocat. Maſſono, & Meyero, eſt Bononia [*Boloigne.*] Idem Scaliger in ſua notitia Gall. vult Itium eſſe Geſſoriaci Promontorium, & falli eos, qui Itium putant eſſe *Cales* oppidum. qui portus Morinorum eſt Angliam proſpectans, qua parte eſt Cantiorum Regnum, & Dolobernium. Cæterum antiquior *Neuſtria*, ſeu Veſtria (Occidentale Regnum ſonat,) à Sequana ad Britannicum Oceanum & Ligerim protendebatur.

Britannia.

Decima Prouincia eſt *Britannia minor*. Cæſar Armoricas habet. hæc continet *Oſiſinos*, *Venetos*, *Curioſolitas*, *Rhedones*, *Nanetes*, & *Cadetes*. *Oſiſini* ſunt ad mare Britannicum, (*Landriger.*) *Veneti*, vulgò *Vannes*. Cæſar Venetiam appellat. *Curioſolitæ*, (Cornoaille,) aliqui cornu Galliæ in Oceano dixerunt. *Rhedones*, vulgò *Rhenes*. Nanetes, *Nantes*. *Cadetes* vrbs Britanniæ non longè ab Andibus, ex Vigenerio

16 *Reliquæ Prouinciæ Galliæ.*

Sunt hæ hactenus explicatæ Regni oræ extremæ. Interiores verò, & his finibus concluſas Prouincias tenent *Franci*. Caput eſt *Lutetia*, vrbs Regia. *Aurelianenſes*. *Carnutes*, oppidum Carnutum, *Chartres*. *Cenomanni* in Gallia Lugdunenſi (*Pays du Maine.*) *Andes* Cæſari, nunc etiam Andegauenſes, (*Anjou.*) *Turones*, *Tours*. *Bituriges*, (*pays de Berri*,) ciuitas Biturix, & Oſorio eſt Biturigo. *Niuernenſes*, vrbs Nouiodunum, (*Ne-*

uers) hi quoque vocantur Ambari. *Antißiodorenſes*, vrbs Antiſſiodorum. *Auſſerre*. Item *Borbonii* (*Bourbonois*) *Aruerni*, Ciuitas Aruernia, vulgò *Clermont*, vide. Sidon. 4 ad Aprum ſuum. *Lemouicenſes*, Pictonibus vicini, (*Limoſini*) vrbs Lemouicum, *Limoges*. *Pictones*, *Poictou*, vrbs Ptolemæo Auguſtoritum, nunc Pictauium, *Poictiers*. vltimis temporibus vicinum Epiſcopatum habet Maleacenſem, *Mailleʒes*, & Luxonenſem, *Luſſon*. *Santones* apud Ptolemæum, *Saintonge*, vrbs vulgò *Sainctes*. Huc pertinet *Rupella*, *Fanum S. Ioannis*, *& Santonum* Promontorium, *Blaye*, hodie *Blauium*. nec longè abeſt Engoliſma nobilis ciuitas, Auſonio Eculiſma. *Vellaunii*, ſub quibus aliqui comprehendunt regiones vulgò dictas, *Velay*, *& Viuarez*. Vellaunienſes Epiſcopatum habent Anicienſem. adde *Mimates* Gabalorum, *Mende de Giuauldan*: & Albam Heluiorum, *Aubenas*, in Viuarienſi diœceſi. Habentur porrò Galliarum varia apud Geographos, & non ignoranda nomina. ſunt verò hæc: *Gallia Lugdunenſis*, eadem cum *Celtica* Cæſari, & Plinio. *Gallia Narbonenſis*, Cæſari Prouincia Romana eſt: *Braccata* ante dicta Plinio. *Gallia Aquitanica*. *Gallia Nouempopulana*, Auſcos, & Vaſconiæ partem maximam continet. *Gallia Ciſalpina*, ſeu citerior, ac vetus. eius pars eſt Togata. vtriuſque deſcriptionem habes hic num. 22. *Gallia Riparenſis* ad Viennenſem refertur. *Gallia* denique *minor*, eſt Galatia; ſeu Gallograecia, minoris Aſiæ Regio.

GALLICANARVM VRBIVM NOMINA GALLICA ET LATINA: AD SERIEM ALPHABETICAM reuocata: cum enumeratione Epiſcopatuum.

A.

Agde. Epiſcopatus Agathenſis. Agatha, in Volcis Arecomicis. ἀγάθη, *Ptolemæo*, ἀγαθὴ Τύχη, ex *Stephano*. Bona Fortuna.

Agen. Epiſcop. Aginnum *Ptol*. Nitiobriges *Scal*.

Aire Epiſcop. Atyrenſium ciuitas, ab Atyro flumine (l'Ador.) in Nouempopulonia.

Aix. Archiepiſ. Aquenſis. Aquæ Sextiæ Saliorum.

Alby. Epiſcop. Albigenſis (vrbs aliquibus Alba Auguſta, & Heluiorum) eſt ad Tarnim fluuium, vulgò Allium.

Aut. Epiſcopatus Aletenſis.

Ambrum. Archiepiſ. Ebrodunum Caturigum.

Amiens. Epiſcop. Ambianum.

Angers. Epiſcopatus Andegauenſis. Andes *Cæſari*. vrbs Iuliomagus Andicauorum. ἀνδικαῦαι *Ptolem*.

Apt. Epiſcopatus Aptenſis. Apta Iulia Vulgienſium, in Gal. Narb.

Aqs. Epiſcop. Aquæ Tarbellorum.

Arles. Archiepiſc. Arelatenſis. Arelate Sextanorum *Plinio*. Gallula Roma. *Auſonio*.

Auch. Archiepiſc. Auſcenſis. Auguſta Auſcorum. Nouempopulonia ciuitas.

Auignon. Archiep. Auenio, Cauarorum eſt.

Aurenches. Epiſc. Abrincantenſis. Ingena Abrincantorum.

Auſſerre. Epiſc. Antiſſiodorum.

Auſtun. Epiſc. Auguſtodunenſis. Auguſtodunum Heduorum, ſeu Eduorum.

B

Baieux. Epiſc. Baiocenſis, Baiocaſſes.

Baione. Epiſcopus Baionenſis. Baiona Lepurdenſium, ſeu in Lapurdo [*aux Landes*] Sidonius.

Baſats. Epiſcopatus Vaſatenſis. Coſſio Vaſatum: gens Vaſates.

Beauuais. Epiſcop. Cæſaromagus Bellouacorum.

Beſançon. Archiep. Veſuntio. ciuitas Criſpolinorum: alii Veſontio.

Beſiers. Epiſ. Biterræ, Septimanorum eſt in Arecomicis. Ptolemæo Βαιτῖραι.

Bourdeaux. Archiep. Burdigala. Biturigum Vibiſcorum.

Bourges. Archiepiſc. Auaricum Biturigum.

Brieu. Epiſcopatus Briocenſis.

C

Caors. Epiſcopatus Cadurcenſis. Cadurcorum Doueona Ptolemæo. Δουῆνα: aliqui Diuonam habent.

Carcaſſonne. Epiſc. Carcaſſo, Volcarum Tectoſagum.

Carpentras. Epiſc. Carpentoracte Meminorum: aliquibus Vindeſca.

Caſtres. Epiſcopatus Caſtrenſis, nouus eſt.

Cauuillon. Epiſcop. Cabillionenſis: Cabillio Cauarorum.

Chaalon. Epiſcop. Catalaunum. *Challon ſur Saone*. Epiſc. Cabillonenſis. Caballinum Heduorum, ſeu Caballionum.

Chartres. Epiſcop. Carnutum. Carnutes Celtarum populus apud Cæſarem.

Clermont. Epiſc. Claromontenſis. Aruernum, & Aruerna: Plinio Aruernæ.

Ciſteron. Epiſcop. Ciſtero. Segeſtoriorum vrbs.

Comenge. Epiſcopatus Conuenenſis S. Bertrandi. ciuitas olim Lugdunum Conuenarum, nunc S. Bertrandi.

Condom. Epiſcop. Condomienſis.

Conſerans. Epiſc. ciuitas Conſarannorum.

Contences. Epiſcopatus, Conſtantia.

Cornouaille. Epiſc. Curoſopitenſis.

D

Die. Epiſcopatus Dienſis: ciuitas Dia (vel Dea) Vocontiorum.

Dine. Epiſcopatus Dinienſis: Dinia, vrbs in Ebrodunſiis Plinio.

Dol. Epiſcop. Dolenſis: ſed habet ius pallii, ac proindè locum inter Archiepiſcopos.

E.

Engoulesme. Episc. Engolisma, & Iculisma, vel Eculisma apud Ausonium.

Eureux. Episcop. Ebroicensis: Mediolanum Aulercorum Eburonicum.

F.

Feriuls Episcop. Foroiulienſis. Forum Iulium. Colonia Octauanorum Plinio, nauale Cæsaris Augusti in Gal. Narbon.

S. Flour. Episcopatus Sancti Flori, & nouus à Claromontensi subductus.

G.

Gap. Episcopatus Vapincensis. vrbs Vapingum.

Glandeue. Episcopatus Glandatensis. subest Ebredunensi Metrop. Glannate, & Glanatica, in Alpibus maritimis.

Grainoble. Episcop. Grationopolis. olim Cularo vrbs dicta ante tempora Gratiani, qui nomen mutauit.

Grasse. Episcopatus Grassensis: subest Ebredunensi.

L

Laictoure. Episc. Lactoratensis.

Langres. Episcop. Lingonienſis: Lingones, vrbs Andomatunum Lingonum.

Landriguier. Episcop. Tricorienſis, sub Turon.

Laon. Episcop. Laudunum.

S. Paul de Leon. Episcop. Leonensis.

Lescar. Episc. Lescarienſium ciuitas, sub Metrop. Auscorum.

Limoges. Episcopatus Lemouicensis: vrbs Ratiastum Ptolemæo. gens Lemouices Cæsari.

Lion. Archiepiscop. Lugdunum Segusianorum.

Lisieux. Episcopatus Lexouienſis. Lexouii Ptolem. in Normannia.

Lombes. Episcopatus Lombarienſis.

Luçon. Episcop. nouus, Luxonensis.

M.

Mailleçes. Episcop. Maleacensis, sed nouus.

S. Malo. Episc. Machlouienſis.

Mans. Episcopatus Cenomanensis. Cenomani.

Marseille. Episc. Massilia, vrbs Græcorum Phocensiũ. Val. Max. lib. 2. c. 6.

Mascon. Episcop. Matisco Heduorum.

Meaux. Episcop. Meldæ Ptolemæo, & Cæsari Meldorum ciuitas.

Mende. Episcop. Mimatensis. Mimates Gabalorum, hoc est, *Mende de Giuauldan.*

Mets. Episcop. Metensis. Diuiodunum Mediomatricum: sub Treuerensi Metrop.

Mirepoix. Episcopatus Mirapicensis. Ab aliquibus Tascodunitari sunt.

Montpellier. Episcopatus Magalonensis. In Volcis Arecomicis. Vulgus Montem Pessulanum vocat: aliqui Nitiobriges, fortè minus rectè.

Montaulban. Episc. Montalbanensis.

N.

Nantes. Episc. Nannetensis: Nannetum. Nannetis. ad ostia Ligeris.

Narbonne. Archiepisc. Narbo Martius, Plinio & Pomponio.

Neuers. Episc. apud Heduos. Nouiodunum Niuernensium.

Nion, entre Geneue, & l'Osanne. Neuidunum.

Nismes. Episc. Nemausus Volcatum Arecomicorum.

Noion. Episcopat. Nouiomagus: Vadicassium, Ptol.

O.

Oleron. Episc. Oloronensis ciuitas, sub Metrop. Auscorum.

Orange. Episcopatus Arausionensis. Arausio Ἀραυσίων Ptolemæo.

Orleans. Episc. Aurelia, & pluribus. Scaliger vocat Genabum Aurelianorum: at Genabum fortè Gian est.

P.

Pamies. Episcop. Apamiensis: Apimia ad Aurigeram amnem, & Epaunense Concilium.

S. Papol. Episc. Sancti Papuli.

Paris. Episc. Lutetia Parisiorum.

Perigueux. Episc. Petrocoriensis: Vesuna Petrocoriorum. Ἐσούνα Ptol. extat turris adhuc, & vetus oppidum nomen retinet.

Poictiers Episc. Pictauium, & Augustoritum Pictonum

S. Pont de Tomiers. Epis. S. Pontii Tomeriarum.

Le Puyen Velai. Episcopatus Anicienſis. Anicium Velaunorum.

R.

Reims. In Campania, Archiepisc. Rhemi.

Renes. Episc. Rhedonensis: Condate Rhedonum, in Britannia Armorica.

Ries. Episc. Reiensis. ciuitas Reiensium, subest Aquẽsi.

Rioux. Episc. Riuensis.

Rodés. Epis. Segudunum Rutenorum. Ruteni, de quibus Cæsar, regionem, quæ vulgò *Rouergue* dicitur, incolunt.

Rouen. Archiepisc. Rotomagus, Venellocassium.

S.

Saintonge. Episc. Mediolanum Santonum.

Sees. Episc Saiorum ciuitas.

Sarlat Episcopatus Sarlatensis.

Senas. Episc. Sanitiensis: in Alpib. maritimis, Sanitiũ.

Senlis. Episc. Siluanectum.

Sens. Archiepisc. Agendicum Senonum.

Soissons. Episcop. Suessiones: Suessionum Augusta.

T

Tarbe. Episc. Tarba Bigerronum.

Terouenne. Taruanna. Ptol. in Morinis oppidum: sed euersum à Carolo V. Episcopatus translatus Bononiam. Oppidum illud aliqui Ponticum vocant.

Tolon. Episc. Telonensis. Tolonum.

Tolose. Archiepisc. Tolosa.

Toul. Episc. Tullensis. Tullum Leucorum.

Tours. Archiepisc. Cæsarodunum Turonum.

Trois en Champagne. Episc. Tricassium. populus Tricassini & Trecasses.

Tulle. Episc. Tutelensis nouus.

V.

Vabres. Episc. Vabrensis nouus à Rutenensi auulsus.

Vaison. Episc. Vasio Vocontiorum.

Valence Episc. Valentia Segalaunorum.

Vances. Episc. Ventiensis. Ventium Nerusiorum in Alpibus maritimis.

Vannes. Episcop. Venetensis. Veneti, Cæsar.

La Vaur. Episcopatus Vaurensis.

Verdun. Episc. Virdunensis. Verodunum, aut Verdunũ

Vienne. Archiepiscop. Vienna Allobrogum.

Viuiers. Episcopatus Viuariensis.

Vsets. Episc. Vcetiensis. Vcetensium ciuitas.

FLANDRIA, VICINAQVE LOCA.

FLandria ab Oriente, Brabantis, versus Meridiem Hannonibus, ad Septentrionem Oceano Britannico: ac demùm ad Occidentem, Arteſia, & Galliis circumſcripta manet: Germaniæque inferior pars eſt. Vrbes inter alias quatuor ſunt, quæ dignitate & authoritate præeminent, eaſque cæteræ aliquo modo ſubditæ ſequuntur. 1. *Gandauum*: Galli *Gand* vocant: vrbs eſt inſignis; quatuor fluuiosnauigabiles ſinu ſuo admittit, pontes habens 98. diſtat Antuerpia, Midelburgo Zelandiæ vrbe, & Bruxella 10 milliaribus. Huic magnæ vrbi ſubcenſentur *Aloſtum*, 5 milliaribus diſtans, *Curtracum*, *Dendremonda*, & *Aldenarda*. Hæc inquam, oppida ſubcenſentur, hoc eſt, vnita cenſentur aſſociatione, & tributo, cum Princeps pecuniam exigit, vel militem. 2 vrbs præcipua eſt *Bruga*, diſtans Gandauo 8 milliaribus, & Antuerpia 15. Huic ſubcenſentur *Neuportus*, *Furna*, *Dunkerca*, *Greuenlinga*, *Oſtenda*, aliaque pleraque oppida. 3 vrbs præeminens *Ypra*, diſtans Bruga, 9 milliaribus: Gandauo, 13. In Yprenſi tractu ſunt *Ronſſelara*, *Caſlerum*, & alia oppida. Flandri in ſua Geographia quarto loco addunt *terram Francam*, aſſociatione ſub Philippo Bono ad annum 1437. huic ſubcenſentur Caſtelania *Furnenſis*, *Burburgia*, ac *Bergenſis*. & hactenus de Flandria Teutonici idiomatis. Eſt porrò regio, quam *Galloflandriam* vocant, quod Gallice loquantur incolæ. Hæc *Lilam*, *Duacum*, & *Orchieſam* complectitur. Lila antiquum Germanumque nomen eſt, Inſula nouum: diſtat Ypra, & Tornaco 5 milliaribus. *Duacum*, Scarpum fluuium interlabentem, & celebre Gymnaſium habet: diſtans Cameraco, 5 milliaribus. Atrebato, 6. Tornaco, 8. Orchieſa, 3. Acceſſit Flandriæ *Tornacum* Neruiorum vrbs, Gallicè *Tournay*, ad Scaldim fluuium: quæ vrbs anno 1521, Flandriæ ſe, potius quam Hãnoniæ adiungere maluit, & ad Concilium Gandaui fixum ſolet prouocare: diſtat Gandauo 12. milliaribus: vrbem hanc ab Anglis extructam, habet *Marchantius*, Notat ille annum 1513.

Sunt finitimæ Regiones hæ. 1, *Batauia*, ad oſtia Rheni, *Hollandiæ* hodie pars. habet *Lugdunum* Batauorum, vulgò Leiden. *Louanium*, Brabantiæ Academia celebris, in qua etiam eſt *Antuerpia*, Gallicè *Anuers*, Emporium celeberrimum. Accedit inſignis Brabantiæ vrbs *Bruxellæ*, non longè ab Antuerpienſi Emporio. Sunt & *Atrebates*, (*Arteſia* poſteà,) apud Cæſarem Galliæ Belgicæ populi, inter Scaldin & Rhenum, proxima Ambianis, & Tornacenſibus vrbs, vulgò *Arras*. vide nu. 14. Explicat demùm amplius hãc Belgij Geographiam, partitio illa, quam proferunt aliqui in Belgicam Prouinciam primam, & ſecundam. Priorem quidem illi ad Treuiros, Mediomatrices, Verdunenſes, & Leucos, ſeu Tullonem (*Toul*) extendunt. Altera, præter Rhemos, Sueſſiones, Catalaunos, Siluanectum, (*Senlis*:) Bellouacos, (*Beauuais*:) Ambianenſes, (*Amiens*:) & Bononiam: complectitur quoque ciuitates, Veromanduorum, (*S. Quentin*:) Atrebatum, (*Arras*:) Cameracenſium, (*Cambrai*:) Tornacenſium, (*Tournay*:) & Ponticum Morinorum ciuitatem, vulgò Terouane, vt iſti interpretantur.

GERMANIA.

Vrbes.

Populi.

Prouinciæ.

GErmania omnis Oceano, Rheno, Danubio, & Iſtula fluuiis, apud Albertum Magnum, eſt comprehẽſa: alij laxiores dant limites, & quæ ad Meridiem eſt, vocatur Superior: quæ illi oppoſita Inferior nuncupatur, quam diuidit Abrunca fluuius à Superiore: aliqui Primam vocant, illam verò Secundam. Tranſrhenani olim Galli, Belgæ fuêre: dicti etiam Auſtraſiani, in quibus fuerunt Mediomatrices, & Treueri. Superioris porrò Germaniæ partem nunc plures faciunt Heluetiorum Regionem, & Rhetiam vniuerſam, quæ olim in Primam, & Secundam diuidebatur, & quæ ſub Auguſto redacta in Prouinciam eſt, latiùs patens, quàm quæ nunc Griſonum Regio nuncupatur. hæc vniuersè.

Quod ſpectat ad ſingulas Prouincias, eæ ex fluuiis, vrbibus, & populis non malè explicantur. Tota Germania illa arctior à Gallis, Rhetiis, & Pannoniis ſeiuncta eſt Rheno, & Danubio: quorum ille Rhetica rum Alpium vertice ortus, exonerat ſe in Oceanum Belgicum: hic verò Arbonæ montis iugo effuſus, fluit in mare Ponticum. Vltra Rhenum, verſus Galliam, recenſentur vrbes, (inchoando à fonte Rheni, iuxta Heluetios) *Conſtantia* & *Baſilea*: de quibus paulò inferius. Prope eſt *Argentoratum*, ſeu Argentina, (*Strasbourg*;) Nemetes, hodie *Spira*: Vangiones, nunc *Vormacia*: Moguntia, ſeu Maguntiacum, (*Maience*:) Bingium, (*Bing*:) *Confluentia*, *Cobolentz*:) Bonna, & *Colonia*. Treuirenſium Regio, quæ Rhenum attingit, Treuirorum vrbem Metropolim dat, quæ præeſt Mediomatricibus, Leucis, & Virodunenſibus. Similiter ad Danubij ripam verſus Pannoniam, recenſentur ciuitates vetuſtæ, *Auguſta*, *Guniſperg*: *Patauia*, (incolæ *Paſſau* vocant:) & *Ratisbona*, (Auguſta Tiberij, vulgò *Regensbourg*.) Atque harum ciuitatum fundamenta ferè poſuerunt Romani, qui citeriores has tenebant Prouincias. Ex altera verò fluminum partæ paucæ eo tempore reperiebantur ciuitates. Prouinciarum tamen mentio frequens, atque etiam populorum Qui tempore Chriſti Germaniam incoluerunt, hi ferè recenſentur. *Sueui*, *Bructeri*, *Coldni*, *Marcomanni*, *Senones*, *Sicambri*, *Catti*, *Gambriuij*, *Catuarij* *Cimbri*, *Campſiani*, *Cheruſci*, *Biſurges*, *Ampſani*, *Cheniſci*, *Landi*, *Boij*, *Hermunduri*, *Subatrij*, *Butones*, *Mugilones*. Ita *Strabo*. *Tacitus*, qui poſt Strabonem vixit, addit *Longobardos*, *Friſos*, & *Quados*. *Plinius* etiam *Vandalos* adiecit. *D. Hieronymi* tempore recenſentur *Saxones*, *Francones* & *Alemanni*, ſub quibus cæteri continebantur.

Iam quod ſpectat ad Prouincias dixi Germaniam ſecari in Superiorem, ea verſus Alpes eſt, & in Inferiorem, quæ ex oppoſito reſpicit Oceanum. Separantur autem hæ duæ partes flumine Mœno, ſeu Mogono, quod in Voitlanda vltra Bampergam naſcens, fluit per Franconiam, Rhenoque miſcetur è regione Moguntiæ. *Superior* Germania Prouincias habet (iuxta recentiora nomina) *Bauariam*, *Auſtriam*, *Stiriam*, *Atheſin*, *Heluetiam*, *Rhetias*, *Sueuiam*, *Alſatiam*, & *Rhenanum Tractum*, Moguntiam vſque. *Inferior* continet *Franconiam*, *Haſſiam*, *Thuringiam*, *Bohemiam*, *Miſniam*, *Marchiam*, *Sileſiam*, *Pruſſiam*, *Pomeraniam*, *Saxoniam*, *Daniam*, *Liuoniam*, *Veſtphaliam*, *Friſiam*, *Hollandiam*, *Selandiam*, *Geldriam*, & *Brabantiam*. Porrò ex totius huius Germaniæ ſic deſcriptæ Prouinciis, ſunt aliquæ Germanis vltra Rhenum verſus Gallias, nempe Brabantia, Hollandia, Geldria, Luceburgenſis Regio, Lotharingia, Alſatia, & Heluetia. Sicut etiam aliæ ſunt iiſdem Germani-

manis vltra Rhenum versus Gallias, nempe Brabantia, Hollandia, Geldria, Luceburgensis Regio, Lotharingia, Alsatia, & Heluetia. Sicut etiam aliæ sunt iisdem Germanis vltra Danubium versus Alpes, nempe magna ex parte Superior Germania iam descripta. Hoc est, Bauaria, Austria, Styria, Carinthia, & Tyrolenses, vrbésque versus sinum Adriaticum, Aquileia, Taruisinum, Euganei Colles, & Tridentina clastra. Omitto in Germania Inferiore versus Oceanum esse etiam Meckelburgēsem ditionem. Vltra quam adhuc sunt Dani, Prouincia vulgò Dennemarck, quos malè aliqui cum Dacis confundunt. Fateor hos Germaniæ fines plura complecti, quàm quæ à multis hodie Germania nominatur: verùm res Geographica non tam subtiliter Regionum fines, (qui sæpe mutantur, sæpè contentiosi sunt, aut in opinione) expēdit: quàm Prouinciarum situm atque ordinem, ex fluminibus, montibus, vrbibus, & eleuatione colligendum. Iā si vetera nomina cū posteà natis vocibus conferas, putantur Batani, esse nunc Hollandi: Boij & Auares, Baioarij: Heruli, nūc Megapolenses: Marcomanni, qui Bohemi: Nemetes, Spirenses: Noricum quoque Baioariis accessit: Quadi, qui hodie Schlesitæ: Salani, Francones: Sicambri, Geldri & Cliuenses: Sclauini seu Slauini, ferè Bohemi putantur: Vbij, Colonienses. Germania sub Carolo Magno, & deinceps distincta est in varias ditiones Principum Virorum, ac Ducum. Sed posterioribus tantùm seculis habuit Comites Palatinos: quos à quodam Rheni palatio sic dictos quidam augurantur. Accesserant & Marchiones: in his, Brandeburgensis, olim Saxoniæ subditus.

Vetera Populorum nomina.

Atque hæc quidem vniuersè saltem cognosci debent, ab eo, qui res multorum seculorum gestas aut legere, aut memoria retinere desiderat. Habet quoque suam vtilitatem in hac parte, peculiaris quorundam locorum atque etiam vrbium, quæ sequitur commemoratio. Nobile olim fuit in Germania *Regnum Austrasiæ*, quæ Rheno vtrinque adiacens, Mosa, Mosella, & Illo fluuiis ferè continebatur. Sanè Geldriam continebat, Ducatúsque Iuliacensem & Cliuensem: quin & Alsatiam habuisse dicitur, quæ Regio Germaniæ fertilissima Rhenum attingit, ea parte, quâ nunc est Argentoratum, (vulgò *Strasburg*) Constat porrò Ducatus illos Lotharingiæ & Brabantiæ (qui olim coniuncti fuerunt sub vno Duce) ad Austrasiam quoque pertinuisse. Sensim tamen in plures Principes Regnum hoc diuisum cessauit: sicut etiam Ducatus Cliuiæ & Iuliacensis ad Bergensem Ducem peruenerunt, atque ex tribus, Ducatus vnicus constitutus est.

Austrasia.

Saxonia Valentiniani tempore Regem habebat, qui apud Methodium Saxo vocatur. Vitikindus tempore Caroli Saxoniam occupauit. Hic victus à Carolo, & Christiana sacra sequutus, creatur primus Saxoniæ Dux, vt plures scribunt. Variæ posteà mutationes. Cattos putauit Crantius hos esse apud Tacitū. Saxoniæ vrbibus Ottho Magnus Magdeburgum adiecit an. 971. Aneburgum apud Hermanduros (*Meissner*) condidit Saxoniæ Dux an. 1501.

Saxonia.

Inter Rhenum & Bohemiam media est *Franconia*, in qua præter alias sunt hæ ciuitates. Herbipolis (*Virtzburg*) olim Artaunum: Bambergum, Suinfurtum, Rotenburgum, Francofurtum in extrema Franconia ad Mœnum fluuium, & Amberga. Succedit Vitembergensis ditio, Rheno, Frāconia, & Sueuia terminis concluſa.

Franconia.

Sueui olim maximam Germaniæ partem obtinebant, ex Tacito & Strabone: & eam præsertim, quam tenent Cassubij, Pomerani, & ex parte Poloni. His tempore Cæsaris Dictatoris præfuit Ariouistus. Sub Tiberio Marebundus. cœpit Sueuia ante Carolum Magnum habere Duces. Diuisus posteà Ducatus, & ciuitatum aliquæ Imperio accesserunt, aliæ Ducibus Bauariæ.

Sueuia

Bohemia Regio trium ferè dierum itinere longa, æquè ac lata Hercinià syluâ vndique cincta. Regnum à multo tempore nobile. Nunc Rex inter Imperij electores primas tenet. Vrbem Pragam habet Regiam. Bubiemum aliqui putant esse apud Strabonem.

Bohemia.

Bauaria, seu *Baiouaria*, olim Noricæ regionis nomen habebat. Boij & Auares duo priora nomina dedisse putantur. primum hîc Ducem scribunt Theodonem. Vrbes nunc ibi numerantur plurimæ. Ambergum (*Amberg*) Monachium (*Munchen.*) Chrysopolis, Aquæburgum, Ratisbona, (*Regensburg*) Frisingum (*Frisingen*) Oeni Pons, (*Otingen*) non est *Inspruck* in Tyrolensi Comitatu. Gesodunum, (*Salsburg*) Patauia, inter Danubium & Enum fluuios, velut in Peninsula: Aichstadium ciuitas Episcopalis, (*Eystet*) Landshutensis ciuitas, Ingolstadium vrbs publico Gymnasio celebris, iuxta Ratisbonā ad Danubiū: & aliæ plures, præsertim in ea Bauariæ parte, quæ circa Danubiū excurrit, versus Franconiā ad Norrtbergam Metropolim.

Bauaria.

Austria ad Danubium Regio, olim superior Pannonia nuncupata. Primus ibi Dux Henricus sub Barbarossa. Accessere tandem Austriaco Ducatus Stiriæ, Carinthiæ, & Tyrolensium. Irenicus lib. 3. c. 67. Viēna Metropolis Austriæ est. plures nec ignobiles vrbes dāt adiuncti Ducatus Stiriæ, Carinthiæ, & Tyrolēsis Comitatus.

Austria.

Sunt qui superioris Germaniæ partem faciunt *Heluetiorum* Regionem, quæ Rheno, Rhodano, Iuramōte, & Lacu Geneuensi circumscripta ferè est tota: & cuius partem tenebant olim Quadi & Sequani non exiguam. In his confœderatis nunc populis vrbes variæ, Tigurini apud Stabonē, (*Zurich*) Verona (*Berne*) Lucerna, Friburgum, Solodurum, (*Soleurre*) & Badense oppidum in medio ferè confœderatorum situm. Inter Heluetios & Alsatiam est Basilea ad Rhenum sita, Rauricorum Augusta: illíque vicina satis Constantia ad lacum Acroneum, seu Brigantinum (Constantiensem aliqui vocant) in quem influit Rhenus. Est demùm Ebrodunum Heluetiorum, (vulgò *Iuerdun*) Nec multùm Geneua absunt Nouiodunum, (*Nion*) & Lotobrigi, (*Losanne*) ad Lemanum lacum.

Heluetii.

De Rhetiis, & Pannoniis.

HEluetiis ex altera parte vicini sunt *Rhetij*, qui à fontibus Rheni ac Danubij (de quibus num. 19) versus Alpes & Italiam protenduntur. Ad Orientem autem Lycio fluuio, aut certè Brigantino lacu separantur à Vindelicia, cui adhæret Noricum. Cæterùm qui viciniores Italiæ sunt Rhetij, vocantur *Grisones*. Est enim Rhetia alia, quæ secunda vocatur, seu inferior, Vindeliciam complectitur, & quam nunc incolunt Baioarij. Rhetiæ superioris vrbs est Curia, vulgò *Cheur*.

20

Pannonia tota in Primam & Secundam, seu Inferiorem & Superiorem diuisa est. Superior est hodie Austria, Carinthia, & Carniola, de quibus hactenus. Inferior nostra ætate *Hungaria* vocatur. Prouinciæ olim varia nomina ab oppidis vel fluuiis sortiebantur. hinc Pannonia Sauia, *nunc Slauonia*, siue Ripensis: Valeria: Bubalia: Cibalensis, (à Cibali vrbe) Sirmiensis: & Amantina. Reperitur & Sabatia, sed eadem fortè cum Sauia illa, à Sauo flumine dicta. Hoc Hungariæ Regnum duas olim regiones complectebatur amplissimas, Illyricum, & Dalmatiam, ac nunc continet, sed mutatis nominibus. Ciuitates Regni sunt, Buda, prima & Regia habita: Sirmium, Taurunum, (vulgò Belgradum, & quibusdam Alba Græca) Alba Regalis, Iaurinum, Strigonium, & aliæ non paucæ arces.

POLONIA.

Et alia vltra Daniam Regna.

21 *Polonia.*

QVæ nunc *Polonia* est, bonam veteris Sarmatiæ partem continet: vrbes numerat Munsterus Cracouiam, Sandomiriam, Tharnouiam, Petricouiam, Posnaniam, Boleslauiam, Vuartam, Gnesmam, & alias. Versus Septentrionem, mare respicit, deinde Tartariam, & Moscouiam. Ex opposito habet Germaniam. Tandemque Pannonias prospectat. In duas nunc diuisa partes est, quarum quæ Prutenis, ac Saxonibus obiicitur, *maior* Polonia nuncupatur: altera Hungariæ & Russiæ vicinior, appellatur *minor*. Regnum vniuersum in quatuor regiones diuisum est, & singulæ ternis mensibus Regem alunt, dùm eas Rex in orbem quotannis inuisit. Sunt quædam alia, & vltra Daniam Regna. *Nouergia*, *Suecia*, *Finlandia*, *Islandia*, *Laponia*, *Grundlandia*, & *Gotlandia* Insula: quæ pluribus dominantur principibus. Ex his *Suecia* *Suecia.* Regnum nobile satis est, & amplum. Dat pelles nobilium Ferarum præstantiores. Regio metalli ferax est, & fertilitate alia non in postremis. Reges habuit *Suecia* hæc, seu mauis vicina Dania dictos *Christianos*: quos more suo Dani Christiernos vocant, & qui potius Daniæ, quam vsuparæ iuterdùm Sueciæ Reges dicendi erant. Diuturna enim bella, varioque Marte duo hæc vicina Regna infensis signis gesserunt, cùm de Holsatiæ Comitatu, tùm de totis Regnis sæpe dimicando. Lege *Belleforestum* ab initio libri 4 Geograph. postremos Sueciæ Reges attigi ad an. 1587, & 1593.

ITALIA.

22 *Gallia Cisalpina.*

HIc sese offert imprimis *Cisalpina Gallia*, quam Appianus in Annibalicis citeriorem vocat, & Gallicam. Ea secatur in *Circumpadanam*, & *Transpadanam*. Illam Cato in Originibus vocatam dixit Aureliam, & Æmiliam, in qua sunt Placentia, Parma, Bononia, olim Felcina. Iustin lib. 20. Forum Liuij, (*Forli*) inter Cæsenã, & Fauentiam, (*Faenza*) aliæque plures ciuitates in hac Chronologia veteribus nominibus expressæ. Transpadana, sumpto ab Alpibus initio, habet Segusium, (*Susa* est hodie) Taurinates, (hic sunt Pedemontani,) Alexandriam, Ticinum, (nunc *Papia* est,) Mediolanum. Regio posteà *Lombardia* dicta. In Transpadana quoque Regione numerantur Cenomani, vbi Cremona ciuitas, & Crema, seu forum Diuguntorum. Bergomum insuper, & Mantua, Virgilio dicta Galatea.

Gallia Togata. *Appenninus.*

Succedit *Gallia* dicta *Togata*, Cisalpinæ Galliæ pars aliqua: eam coli dixit Mela à Carnis, (*Carniola*,) & Venetis. Respicit hæc Gallia Togata aliqua ex parte *Apenninum* montem, qui Italiam in duo secat, medius excurrens inter mare Superum, & Inferum, seu Adriaticum, & Tuscum. Ac tandem in duo se findens cornua, alterum versus Siculum mare, alterum ad Ionium pelagus extendit. Iam ad sinistram partẽ huius montis, ab Alpibus scilicet prospiciendo, est illa Togata Gallia memorata, à Pado ad Anconam & Rubiconẽ, inquit Mela. Transitur Rauennam, Ariminum, & Pisaurum, Fanum Fortunæ, (*Fano*) & Senogalliam ad Aterni fluminis (*Pescaria*) ostia: vulgò *Senigaglia*.

Vrbes.

Sequitur *Picenus Ager*, incipiens à Rubicone olim Galliæ & Italiæ termino: cuius varia hodie sunt nomina, pro variis locis, per quæ transit. Sunt hic plures ciuitates, 1, Lauretum, Lauretanâ æde insigniter nobilitatum oppidum. 2, Ancona, ab inflexi cubiti imagine Græcum nomen habens. 3, Numana, hodie Humana. 4, Potentia, apud Franciscum Pamphilium, *Potença*. 5, Montana, fortè vbi hodie *Montalto*. Altera huic vicina erat Maritima, eiusdem nominis vrbs. Castella sunt in agro Piceno, Firmum, (*Fermo*) Adria, Adriani Imper. patria, ex Aurel. Victor. Truentum, hodie *Tronto*, ex Leandro.

23 *Picenus Ager.* *Rubico.*

Frentani. *Samnites.*

Post Picentes sunt *Frentani*, Plinio *Samnitica* gens est in Aprutio, (*Abruzzo*) Strabo Ferentanos vocat: Liuius Ferentinam habet: nomen quidem commune aliis Italiæ locis: alij enim Ferentini sunt, qui Tusciam habitant, alij Ferentinates, qui Latium incolunt. vide Baron. in Martyrol. 14 Maij.

24 *Dauny Apuli.*

Daunij, à quibus *Apulia* est Daunia cognominata. Hic Salapia oppidum Annibali familiare. Hodie *Salpi* ex Leandro. Canusium, Dauniorum Apulorum oppidum ad Aufidum fluuium (*L'ofanto*) Hic, vel non longè Cannæ, vicus Romanorum strage nobilis. In Dauniorum tractu est Aternus fluuius, (Leandro *Pescara* est,) qui excurrit per Pelignos, (Valuenses hodie Leandro) & Sulmonem, Ouidij patriam, labiturque in Togatam Galliam. Est insuper Cliternia Dauniorum, & Theanum, sed geminum scripsit Paulinus. Apud Ciceronem Theanum Apulum reperies, & Sidicinum. Garganus mons, hodie sancti Angeli. Vrias Apuliæ Dauniæ vrbs, (hodie *Rhode*:) & Sinus (*Golfo di Rhode*) Sypuntum, vulgò *Sipento*. Aufidus fluuius memoratus, solus Apenninum diuidit. Barium, vulgò *Bari*. Vbi Reges Neapolitani coronari solebant. In Apulia quoque sunt Rudiæ, Ruias hodie vocant, aliquibus in Calabria vrbs est.

Calabria Prouincia vicina, in qua, 1. Brundusium, Romanis in Græciam via, (*Brendesi*) 2. Valetium, hodie *Castaldo* putatur. 3. Lupiæ, fortè hodie *Rocca*. 4, Hydrus, Hydruntum vocat Plinius, ad mare Ionium, (*Otranto*) 5, sequuntur Salentini campi, instar Peninsulæ. Leandro *terra d'Otranto*. Promontorium habet Iapygium dictum. hanc Chersonesum, & aliam ad Meridiem continebat olim Regio dicta *Magna Græcia*, accendente Sicilia. Et hactenus de sinistro Italiæ latere, si addas Gallipolim, quæ Magnæ Græciæ vrbs, hodie *Callipoli* nominatur Leandro. Magnæ istius Græciæ sinus, est Tarentinus. 1, hic Tarentum vrbs, Pyrro Epirota, & Archita Pytagorico celebris, (*Taranto.*) 2, Metapontum, Leandro *Torre di Mare*. 3, Heraclea, quam aliqui Amigdalariam dicunt, 4, Croto, Milone Athleta memorabilis, etiam hodie *Crotone*. 5, Turium in sinu Tarentino, vbi sua scripsit Herodotus, ex Plinio: hodie *Terra noua* quibusdam. Succedit Scylaceus sinus. Hic Petilia Melæ & Ptolomæo, Magnæ Græciæ vrbs. An vulgò *Pelina*, vel *Petigliano* certatur.

Subsequentium Prouinciarum hæc partitio est. A freto Siculo ad Laum Amnem extenduntur *Bruttij*: Indè vero ad Silarum *Lucani*. Sequuntur *Picentini* ad Sarnum vsque. *Campani* deinceps vsque ad Lirim, mox *Latij*, vsque ad Tiberim. Qui his proximi sunt *Etrusci*, pertinent ad Matrum: vbi incipit Liguria, Italiæ terminus, ex Varrone. Locri, vrbs est ad Zephyrium Magnæ Græciæ Promontorium. coniiciunt alii qui nunc *Gerazi* vocari, dictos olim Epizephyrios, in extremo illius agri iugo sitos. Est & Brutium Promontorium, quod Scylleum nominat Ptolemæus. In latere huius sinus columna Regia instar turris, respicit ex aduerso turtim in Peloro Siciliæ Promontorio sitam. Hodie Scylarion vocant aliqui. Rhegium Brutiorum vrbs, hodie *Reggio*: (est & in Togata Gallia Rhegium Lepidi) habet Leucopetram Promontorium. Cicero 1 Philip. Lucanorum agrum (qui à Samnitibus originem traxerunt) terminat Silarus Campaniæ fluuius, vti iam commemoraui, & Salernum præterit. Niger nunc *Sili* vocat. Hic Picentinorum ager, (hodie *Principato*) caput est Picentia, Leandro nunc *Vicentia*. Hic etiam positi Syrenum Scopuli, & sedes olim vulgata ad Surentinum Promontorium. (*Surrento.*)

Sequuntur proximè atque ordine, Campania, Latium, Etruria, & tandem Liguria. *Campaniæ* sunt hæc: Sinus Puteolanus. Vesuuius mons, hodie *Monte di Somma*. Lacus Auernus, Styx, *Lago di Tripergola*. Baiæ, (*Baia*) Misenus mons, (*Miseno*) Cumæ, nomen retinet. Linternum, aliquibus vulgò *Torre della Patria*. Capua, nobilissima Campaniæ vrbs, olim Vulturnus dicta ex Liuio: quæ hodie Capua est, distat à veteri duobus passuum millibus. Sinuessa, iuxta agrum Salernum, nomen retinet. Formiæ, Lestrygonia apud Ciceron. ad Attic.

In *Latio* hæc leguntur: Fundi nomen retinet. Tarracina, seu Anxur, caput Volscorum, qui in Latij littore sedes habebant, hodie *Tarracina*. Latij Promontorium est Circæum, Circes domum vocat Mela: hodie *Monte Circello*. Nec longè *Ciuitta Vecchia*. Indè Ardea, Rutilorum vrbs, nomen retinet. Roma. Laurentum, seu Lauinium, iam S. Laurentii putatur. ostia Tiberina.

Ad *Tusciam* spectant. 1, Pyrgi, (*S. Marinello*) 2, Castrum nouum, non extat. Grauissæ, (*Monsalto*) 3, Telamon, nomen retinet. 4, Populonia, non extat. 5, Florentia, prius dicta Fluentia. 6, Pisæ, inter Tusciam, & Liguriam, nomen retinet. Lunæ portus, putatur in Liguria *Porto Venere*. Genua, manet vrbs, & nomen *Liguriæ* est. Albigaunum, Leandro *Albenga*. Tandem est Nicea, Plinio & Ptolemæo oppidum maritimum. Nunc *Nizza*. Hæc de Italia pauca dicenda. Nota sunt omnia, inquit Mela.

25 *Calabria.*

Magna Græcia.

26 *Alterum Italiæ Latus.*

Lucana.

27 *Campania.*

28 *Latium.*

Tuscia, & Liguria.

GRÆCIA.

GRæcia, vt eam nunc describimus: complectitur Macedoniam, Achaiam, Peloponesum, & Epirum, cui adiacet Albania, præter Insulas. Tota ab Oriente sole alluitur Ægeo mari, & Myrtho. Ad Meridiē habet mare Lybicum, seu Mediterraneum communi nomine. ab Occidente Ionium mare, & coniunctum illi Adriaticum. Ad Septentrionem, & versus continentem sunt Dalmatia, Misia, & Thracia.

Macedonia, si Thessaliam excludas, montibus cincta est: Hęc versus Thraciam sita, dictaque Emathia: Has, quæ sequuntur, habet vrbes insigniores. 1. Pella, Alexandri Magni natali celebris, hodie aliquibus *Ieniza* est. 2. Thessalonica, hodie *Salonichi*. Hic etiam Olympus, Pelion, & Ossa montes celebres. 3. Pieria, oppidum Olympo vicinum, Musarum domus. 4. Amphipolis ad Strimonem fluuium: Hodie *Empoli* est Leonclato. 5. Larissa, ad sinum Pelasgicum, putatur nunc *Larizzo* vocari. 6. Cassandria, vrbs maritima: olim Potidæa, nunc aliquibus *Cassandria*. 7. Oeta mons, & Thermopylæ, Oetæ montis Angustiæ, inter Macedoniam & Thessaliam. 8. succedunt sacro nemore nobilia Tempe, Thessaliæ loca circa Pinæi fluminis celebrati à Poetis, ostia, inter mare & Larissam.

29

Macedonia.

Vide anno 57 & 58. vbi iter Pauli, & loca, per qua transiit, describuntur.

His proxima est *Achaia*, Plinio mera Græcia, prospectans ad mare, Euboeam Insulam: & Cycladas. Eius pars Attica est: inter vrbes, Thebæ Bœotiæ vrbs Mediterranea: Megara, ex Ptolemæo: & Athenæ, vrbs nobilis, olim ἄστυ per excellentiam dicta, & Astici, ex Stephano, item Pelasgi, Cecropidæ, & Iones, nunc tantùm casulæ supersunt, & locus *Satine* dicitur.

Achaia.

Achaiæ proxima est Græciæ Peninsula πελοπόνησος, hodie *Morea*, olim Apia, & Pelasgia. vrbes sūt, 1. Messene, vrbs & Regio: hodie *Matagia* Gastaldo est. 2. Corinthus bimaris: nam in medio Isthmi sita est: nomen retinet adhuc. 3. Tegea vrbs Arcadiæ, in eadem Peloponeso: quibusdam nunc *Muchli* vocatur. 4. Argos in Argia Regione, nunc *Argo*. 5. Lacedæmon, anteà Sparta dicta, Laconica vrbs primaria: quibusdam vulgò *Misithra* est.

30 *Peloponesus.*

Reliqua est Regio *Epirus*, olim Chaonia dicta, & Dodana: geminam faciunt recentiores, nouam & veterem, illa putatur Albania, Scanderbegi bello postremis temporibus celebrata. Epirus ingenti sinu Ambracio seiuncta est à Peloponeso. Sunt in hoc sinu *Echinades* maris Ionij Insulæ. Nunc *Strophades* ap-

Epirus.

Insulæ.

pellantur, vulgò *Cozzulari*. Celebres sunt nobili victoriâ nauali, reportata contra Turcas an. 1571, Nonis Octobris. Huius certaminis locus declinat aliquantulùm ab Actio Promontorio versus Corinthum, si certatum est ad Naupactum Achaiæ vrbem, vulgò *l'Epanto*. Vrbes Epiri sunt. 1, Nicopolis, ad ostium Ambracij sinus, ex Ptolemæo, hodie *Preueza*, apud Actium Promontorium, Actiaca victoria celebre, & quod prospectat Echinadas. 2, alia est vrbs Ampratia Ptolemæo, Ambrachiam vocari hodie ait Stephanus. Vicinæ sunt Insulæ *Corcyra*, vulgò *Corfu*, Venetorum: & *Creta*, hodie *Candia*, olim Centum vrbibus clara.

ALIÆ AD SEPTENTRIONEM Prouinciæ.

31

VLtra Macedoniam versus Septentrionem sunt Iaziges Metanastæ, Dacia ad Fontes Danubij, Misia superior & inferior, Thracia, & Chersonesus. Habent hæ Regiones ab Oriente sole mare Ponticum, Bosphorum Thracium, Propontidem, & Hellespontum. Versus Meridiem sunt Ægeum mare, & Macedonia. Ab Occasu Pannonia inferior, & Dalmatia. Ad Septentrionem est Sarmatia Europæa. Vrbes plurimæ quidem apud Melam, Ptolemæum, & alios: sed minus celebres, præter Thraciam: in qua est Constantinopolis, Bizantium olim, ad Bosphorum Thracium sita, noua & secunda Roma. Apud Latinos, nomen retinet: Græcis hodiernis, est *Stimboli*.

Thracia, & Constantinopol.

ASIA MINOR.

32

E Regione Græciæ & Thraciæ, interiecto mari, sunt hæ Prouinciæ. *Pontus*, *Bithynia*, *Asia propria*, in qua est *Phrygia*, *Lydia*, *Pamphylia*, (habet *Pisidiam*) *Galacia*, (in qua sunt *Paphlagonia*, & *Isauria*) *Cappadocia*, *Cilicia*, & *minor Armenia*. Cæterùm hæc tota amplissima Regio ad Orientem habet maiorem Armeniam, & partem Syriæ: reliqua pars maxima, clauditur vario mari. Nempe à Septentrione, habet Ponticum mare: ab Occasu, Thracium Bosphorum, Propontidem, Hellespontum, mare Ægeum, Icarium, & Myrtoum. Tandem à Meridie habet mare Pamphilium, & Ciliciæ sinum, versus Cyprum Insulam.

Asiæ Minoris Prouincia.

Vrbium noua nomina, & Turcica parùm nobis vsui sunt: Vetera sunt hæc. In Bithynia Chalcedon, ad Bosphorum Thracium. Nicomedia, (à nautis Europæis *Comidia*,) Apamia, ad Propontidem: & Nicæa, olim dicta Antigonia, ex Strabone. Cyzicus Misiæ vrbs, ad Propontidem: Asiæ verò propriæ & Phrygiæ sunt Troas, ex Ptolemæo, Pergamus, Smyrna, Ephesus, Miletus, Sardis, Magnesia, Apamia, Cnidus, Cibyra. Mytilene vrbs, in Lesbo Insula, & Rhodus Insula. Lydiæ vrbes sunt, Patara vrbs maritima: Chios Insula, & vrbs ibidem in Ægeo mari, Andriaca, & Myra. Galaciæ Vrbes, Sinope, Ancyra, Amisas, Therma, Pessinus. Pamphiliæ, Sida, Perga, Aspendus, Termesus. Cappadociæ, Trapezus, hodie *Trebezonda*, à Turcis verò *Tarabossam*: Comana, Melitena, Maza. In Armenia minori, Nicopolis, & Satala. In Cilicia, Selenus, Pompeopolis, Mallos, Adana, & Tarsus.

Vrbes.

Amplior horũ Locorum descriptio habetur ad an. 58.

SARMATIA ASIATICA.

33

AB Ortu habet Scythiam, & partem maris Caspii: à Meridie Albaniam, Iberiam, Colchidem, & partem Euxini Ponti: ab occasu Meotidem Paludem, & Sarmatiam Europæam: à Septentrione, inquit Ptol. terram incognitam.

Sarmatia.

COLCHIS, IBERIA, Albania, Armenia Maior.

AB Oriente pars Caspii maris, & Mediæ pars: à Meridie, Syria, & Mesopotamia: ab Occasu Cappadocia, & pars Euxini Ponti: à Septentrione Sarmatia Asiatica. His terminis hæ Prouinciæ circumscriptæ sunt. Colchidis populi numerantur Georgiani & Mingrelini.

Syria, Phœnice, Iudæa, Arabia, & Mesopotamia.

34

SYRIA, ab Hebræis Aram: Syros Iosephus Arameos appellat. Hodie *Soria* dicitur. Hanc amplissimam Regionem diuidunt nonnulli in Commagenam, Seleucidem, Cœlesyriam, Phœniciam, & Iudæam Mediterraneam. at Plinius Regiones sub Syria vndecim comprehendit. Hæ sunt Palæstina, Iudæa, Cœlesyria, Phœnice, Damascena, Babylonia, Mesopotamia, Sophene, Commagene, Adiabene, & Antiochia. Alij aliter. Diodorus Syriam Superiorem nominat, quæ adiacet Babyloniæ. Inferiorem Xenophon 6 Cyropædiæ designat ad Asiam propriam, & circa Pactolum fluuium. & sunt qui Syriam cum Assyria aliquando confundant. Cæterùm ferè omnes hæ Regiones ab Oriente habent Assyriam, Susianam, & partem sinus Persici: à Meridie Felicem Arabiam, & partem sinus Arabici. ab Occasu

Syria.

Ægyptum, & mare indè excreſcens verſus Pamphiliam: à Septentrione partem Ciliciæ, Cappadociæ, & maioris Armeniæ.

In Syria ſunt ciuitates: Laodicea, Ptolemæo Cœleſyriæ vrbs, aliquibus hodie *Lizza*. Hieropolis in Phœnicia. Ptolem. Apamia ad Orontem fluuium. Palmyra in Phœnicia ad Libanum. Procop. 2 Ædific. Adrianopolis dicta fuit ex Stephano. Heliopolis in Cœleſyria, hodie *Balbac* aliquibus. Cæſarea Pacari, ab Euangeliſtis. In Phœnicia verſus Palæſtinam eſt Ptolemais, olim ἄκη Ptolemæo. In Syria ſequitur Damaſcus: ferunt vocari à Turcis *Scham*. Tandem Antiochia Syriæ primaria ad Orontem fluuiũ, dicta prius Antigonia à conditore, ex Cedreno. An rectè à Plinio Epidaphne vocetur, lis eſt ſub iudice. *Vrbes.*

Iudææ vrbes ſunt, Cæſarea Stratonis, dicta Palæſtinæ, ad mare Mediterraneum: Turris Stratonis Ptolemæo. Hieronymus putauit fuiſſe Accaron, quem arguit Poſtellus in ſua Syria. Alia vrbs Iudæa eſt Aſcalon, anteà Geraris, ex Cedreno. Tertia eſt Neapolis quam aliqui narrant prius dictam Salem & Sichem. Hieroſolyma, nota ciuitas eſt. Ptolemæus ait ſuo tempore vocatam Æliam Capitoliam, ab Ælio Adriano eius reſtauratore. Dio. vide an. Chriſti 326. 35 *Iudæa.*

In *Meſopotamia* ſunt Edeſſa in læua Euphratis, aliquando dicta Antiochia. 2, Niſibis, dicta etiam Antiochia Mygdoniæ. 3, Nicephorium, poſt à Conſtantino appellata Conſtantina. 4, his addit Ptolemæus Lambanam, & Seleuciam. Idem author in Arabia Petræa, numerat vrbes Petram, Medabam, Alexandriam, & Boſtram: in Babylonia, Barſitam, Orchoem, (Poſtello eſt Vr Chaldæorum, Abrahæ natalis vrbs) Teredonem, & Babylonem, quam deſcribit Curtius lib. 5, & Herodot. 1. Has vltra Regiones numerantur Aſſyria, Suſiana, Media, Perſis, Parthia, Carmania deſerta, Hyrcania, & Arabia Felix, ad quas interdum quidem, ſed rarius peruenerunt Romanorum arma. In Arabia Felici apud Ptol. ſunt Saraceni, olim dicti Agareni, & Iſmaelitæ, ex Sozomeno. Hos Arabes vocant Nomades Theodoretus Græcarum Affect. 9. *Meſopotamia* *Arabia.* *Saraceni.*

AFRICA ET ÆGYPTVS.

REſtabat Africæ ora maritima cum Ægypto. Qui tractus toto penè Mediterraneo mari, freto Gaditano, & Oceano ex parte alluitur. Ptolemæus in *Mauritania* (quæ Hiſpaniæ opponitur) numerat vrbes, in Tingitana quidem Tingin, Alexandriam, Volubilem, & Zeliem. In Cæſarienſi, Cartagenam, Iuliam Cæſaream, Saldem, Oppidum nouum, & Zuchabarim. In *Africa* vſque ad Cyrenaicam, ſunt Tabraca, Alexandria, Adrumentum, Magna Leptis, Cirta Iulia, (aliquibus hodie *Alger* eſt) Buliaria Vthina, Thyſdros, & Inſula Melita: ſed præcipua olim fuit Carthago, cuius tantùm nũc extant ruinæ. Eius portus hodie Marcia: diuerſa vrbs eſt, quæ *Tunes* vocatur, expugnata à Carolo 5. an 1535. Hippon, Auguſtini Epiſcopatu nobilis, hodie *Bona*. Vtica extare nunc non putatur, licet Fazello ſit *Porto Farina*. Cyrenaicæ ciuitates ſunt Berenice, Arſinoe, Ptolemais, Apolonia, & Cyrene. Hæc Africæ Regio Pentapolis dicta Plinio. In *Ægypto* Parætonium, (*nunc Porto raſſa*) Alexandria, Peluſium ad Nili oſtium, Gaſtaldo *Damiata* eſt: & Memphis, hodie *Cairo*, mutato aliquantulum loco. Poſtremò in Thebaide ſunt hæ vrbes: Ptolemais, (diuerſa à Ptolemaide Phœniciæ vrbe, *Acre* à quibuſdam hodie dicta) magna Diopolis, Syene, Ammon, Oaſis magna, Myſermus, Berenice. 36 *Mauritania.* *Africa.* *Ægyptus.*

DE INSVLIS.

DE Inſulis Atlantici maris, illis, quæ ad Caput Viride *Heſperides* dicuntur, dixi ad annum 1492, 1493, & 1494. ſunt *Canariæ* hoc noſtro ſeculo celebres. De *Melinda* & *Moſambico*, vide annum 1497. de *Molucis Indicis* ad an. 1512. de *Virginia* 1585.

Notatæ Porrò obiter ſunt Mediterranei maris plures & celebres Inſulæ, Cyclades, Echinades, Leſbos, Creta, Rhodus: poſt quas ſuccedunt Chio, Melite, Sicilia notiſſima: & Baleares duæ, Maiorica & Minorica. vnde Balearicũ mare verſus nouã Carthaginẽ Hiſpaniæ vrbem nomen habet. De Gadibus multa veteres: quamuis earũ altera, quæ putatur fuiſſe in oſtiis Bætis, hodie nõ appareat: extat altera, in qua Herculem ferunt habuiſſe delubrum. Inde mare illud indigitarunt homines fretum Herculeum. Demum in Oceano Britannico ſunt Hibernia, Angliæ oppoſita, Orchades, & Hebrides, quas vicina habet Scotia. 37 *Vide ſupra citatum an. 58.*

BRITANNIA

EST hæc ex maximis Orbis Inſulis vna. Eius partem alteram, quæ *Scotia* eſt, abundè deſcribunt Hiſtorici, Hector Boëtius, Leſlæus Roſſenſis Epiſcopus, & Buchananus. Scotiam ab Anglia diſcriminant fluuij duo: Tueda ad Orientem, & Solueus ad Occaſum: inter quos poſiti montes Cheuioti ſeparationem perficiunt. Scotiam rurſus in duo ſecat Taus fluuius. in Auſtralem Scotiam, quæ fertilior eſt, & Borealem. Auſtralis Regio Prouincias numerat: Marchiam, Gallouidiam, Laudoniam, (in qua vrbs Regia Edinburgum) Striuilingenſem, Lenoxiã, Argateliam, Fifam, & Perthiam. Altera in parte ſunt Loquhabria, Roſſia, Strathnauernia, Catheniſia, Morauia, Boena, Buquhania, Marria, & Anguſia; aliæque minoris nominis Prouinciæ in vtraque Regni parte. Verſus Strilingenſem Prouinciam, initium habuiſſe olim puta- 38. *Scotia.*

tur celebris illa Caledonia ſylua, cuius hodie vix pars aliqua extat, Buchunanus Duncaldem oppidum ad Taum fluuium nominis veſtigium adhuc retinere putat.

ANGLIA.

39

EST antiqua apud Dionem diuiſio, non quidem totius Inſulæ, ſed partis illius, quæ ad Septentrionem vergit, & ferè vltra murum poſitæ, quam 209 Chriſti anno Seuerus penetrauit: & in qua Mæatas Campeſtres interpretantur recentiores: Caledonios verò, montanos. Reliqua porrò Britannia Romanorum armis anteà ſubacta, & quæ nunc Angliam complectitur, variè à Romanis diuiſa eſt. In Btitanniam nempè primam, ea Gallis vicinior eſt: ſecundam, quæ nunc Vallia eſt: Flauiam Cæſarienſem, hæc à Tamiſi ad Humbrum porrigitur: Maximum Cæſarienſem, ab Humbro ad Tinam fluuium: & Vallentiam, quæ eſt à Tina ad Foſſam prope Edimburgum. Hæ fuêre ſub Romanis, Britanniæ, citeriores Prouinciæ, quas his finibus circumſcriptas fuiſſe probabile eſt. Poſteà verò, collabente Romanorum Imperio, hæc Romanorum Pentarchia, tandem facta eſt Saxonum, aliorumque Heptarchia. Nomina ſunt, quæ ſequuntur. Cantij Regnum, vulgò Kent. Angulus eſt, qui proſpectat Galliam, verſus Calitium: vrbs Regia Dorobernium. Suſſexia Regnum Auſtralium Saxonum, hanc partem Cantio finitimam verſus Meridiem, Regnorum dicebant: Ciceſtriam vrbem habet. Vueſtſexia Regnum Occiduorum Saxonum. Angulus eſt verſus Occidentem ſolem, inſtar Cherſoneſi. hanc inſederunt veteres Britanni, dicti Danmonii. Habet nunc Conualliam, Deuoniam, Dorcetiam, Somercetiam, Viltoniam, Suthantoniam, &c. Eſtſexia Regnum Orientalium Saxonum, hodie continet Eſſexiam & Midelſexiam: caput eſt Londinum. Hanc Regionem, ad Auſtrum, Tamiſis à Cantio ſeiungit, eamque Trinobantes incolebant, ex veteri deſcriptione. Succedit verſus Septentrionem, Icenorum Regnum Eſtanglia, ſeu Orientalium Anglorum: continet Norfolciam, Suhrfolciam, & Cantabrigiam: caput Noruicum eſt. Merciorum Regnum, Icenis proximum eſt, adhuc verſus Septentrionem, quod olim dictum eſt Cornauiorum, Coritanorum, & Catuellanorum: habet hoc tempore Gloceſtriam, Herefordiam, Vuaruicum, Vuigorniam, Leiceſtriam, Bedfordiam, Buchingamiam, Rotelandiam, Northantoniam, Lincoluiã, Hundingdoniam, Oxenfordiam, Derbiam, Stafordiam, Nortinghamiam, Ceſtiam, Salopiam.

Northumbriæ Regnum continebat, Eboracam, Lancaſtriam, Cumbriam, Dunelmiam, Veſtmoriam, Northumbriam, vſque Edimburgum Scotiæ vrbem. Scotiæ enim obuertitur, limeſque Regnorum erat. Germanico mari pulſatur verſus Orientem. incolæ apud Ptolemæum Ottadini dicti.

Eſt porrò apud Ptolomæum mentio Brigantum: hi integris Britannorum rebus, Regionem incolebant ab Oceano Germanico ad Hibernicum, quæ eſt inter Northumbriam, & Valliam. hic ſunt Prouinciæ, quæ vulgò hodie dicuntur Yorkshire, Richmonſchire, Comberland.

Supereſt ampla Regio, dicta nunc Vallia, inter Brigantes, & Veſtſexium, ſeu Danmonios ſita. hanc olim tres populi inſederunt, Silures, Dimetæ, & Ordonices: alluiturque mari Hibernico: quam partem Silures, & Dimetæ tenebant, vocarunt Angli Southuualles, reliquam Ordonicum partem, Northuualles, & Pouiſland. Ordonicibus adiacebat Mona, Inſula nobiliſſima, vulgo Angleſſey, antiqua Druydum ſedes, ac de his hactenus.

Pentarchia.
1
2
3
4
5

Heptarchia.
1
2
3
4
5
6
7

MARTYRVM, QVOS DEDIT hæc Chronologia Catalogus.

A

Andreas Apostolus anno Christi 69 apud Petras Achaiæ fit Martyr.

Apollinaris, Episcopus Rauennæ, martyrium patitur circa an. 75 Christi.

Antipas Martyr in Asia 93 Christi an.

Anacletus Papa, & Martyr 3 Iulij, anno Christi 112

Alexander Papa, & Martyr 132

Anicetus Papa 175

Appollonius 189

Andeolus in Gallia 205

Anterus Papa 238

Anatolia 253

Apollonia 252

Aurelius & Celerinus 253

Alexander 253

Africanus 253

Alexander 253

Alius Alexander, Hierosolymorum Episcopus, in carcere mortuus hoc anno. Alius item Alexander, cognomento Carbonarius, hoc anno 253

Agatha 5 Februarii 253

Amaranthus in Aquitania 253

Alexander 260

Abundius 261

Augurius, & Eulogius 262

Andronicus 299

Anastasia 300

Andreas Tribunus 301

Anthimus Episc. Nicomediensis 302

Alphæus 302

Antoninus 304

Agnes 304

Agape 304

Acutius 305

Antorius 307

Aquilina 308

Artymon Presbyter 308

Alexander 308

Ammianus 308

Apollonius 310

Amiretus, Agathonicus, Adrianus 311

Asclepiodorus 311

Acatius Presbyter, Athenogenes Episcopus, cum socijs anno 311

Agapetus Synnadorus Episcopus 311

Ammon, & Auxentius Episcopus 316

Abibus 316

B

Babylas Antiochenus Episcopus moritur in carcere 253

Barlaham 304

Bonifacius 305

Basilius 311

Benignus 311

Blasius & Basilius 316

Bonifacius 755

Benedictus Papa 965

Bruno, Prussorum Apostolus 1008

Bonifacius 1008

Briantus in Anglia 1581

C

Celetus Martyr 26 April. an. Christi 93

Flauius Clemens, Domitiani patruelis, occiditur ob Christi fidem an. Christi 58

Clemens Papa Martyr ann. Christi 102

Calistus Papa 226

Calepodius 226

Cæcilia Virgo & Martyr 232

Calocerus 253

Cornelius Papa, & Cerealis 255

Concordia 261

Cyprianus Episcop. Carthaginensis 261

Crescentius 261

Cyrilla, nobilissima virgo Romana, 46 Patoriani, & alii 120, iubentur occidi à Claudio Imperatore 269

Chrysanthus, & Daria 284

Claudius Tribunus 284

Glaudius, Asterius, & alii 285

Cosmas, & Damianus 285

Claudius 295

Caius Papa 296

Crispinus, & Crispina 302

Candida 302

Claudius, & Cyrinus 304

Chionia 304

Cyrenia 305

Catharina, quæ & Dorothea 307

Cyprianus, & Iustina 311

Cyrilla Virgo 311

Cleonicus 311

Cyriacus 311

Cæsarius 311

Colmannus 1012

Canutus Rex 1161

Campianus in Anglia 1581

D

Dionysius Parisiorum Episcopus cum socijs Martyr circa annum Christi 120

Dioscorus 253

Flauia Domitilla iunior, & alii martyrium patiuntur 7 Maii ann. Christi 100

Donatilla, & Secunda 262

Dorotheus 301

Dorotheus, & Gorgonius 302

Demetrius 304

Dorothea Virgo Cæsariensis 304

Drisipare 308

Dada 308

Donatus 311

Dionysius Mediolanensis Episcopus 356

Desiderius Viennensis Episcopus 612

E

Evodius Episcopus Antiochenus martyrium patitur 6 Maii ann. Christi 71

Eustathius Martyr an. Christi 120

Euaristus Papa & Mart. 26 Octobr. an. Christi 122

Eleutherius Papa 194

Ezichius 228

Epimachius 253

Eusebius Presbyter 259

Exuperia 259

Eutychianus Papa 283

Emerentiana 304

Eutyches 305

Euphrasia 309

Euphemia 311

Eleutherius, & Mutius 311

Eutropius 311

Eudoxius 311

Eustachius Episc. Antiochenus 340

Eusebius Episcopus Vercellensis 371

Eusebius Episcopus Samosat. 378

Eduardus Angliæ Rex 978

F

Faustinus, & Iouita Diaconus, & Afra Mart. 16 Febr. an. 122

Felicitas an. Christi 175

Felix 226

Fabianus Papa 253

Florentius Episcopus Viennensis 262
Fructuosus Episcopus Tarraconensis 262
Felix Papa 275
Felix Episcopus Thebarensis 302
Fortunata 308
Felix 308
Fausta 311
Firminus 311
Febronia Virgo insignis 311
Felix Papa 358
Franciscani 6 in Iaponia insula 1598. litera C.

G

GEtulius, & socij an. Christi 138
Geruasius & Prothasius 171
Gundenis Virgo Martyr Carthagine 205
Glycerium 301
Germanus 307
Gaudentius Episcopus Ariminensis 359
Gallicanus 362

H

HIginius Papa 158
Heraclides 205
Heliconis Corinthia Martyr 243
Hippolitus 259
Alter Hippolitus miles 261
Hermogenes 307
Hermolaus 311
Hermippus 311
Herculanus Episcopus Perusinas 546

I

D. Iacobus Maior Protomartyr inter Apostolos. 44
D. Iacobus Minor, cognomento Iustus, lapidibus obruitur anno sedis suæ 29. Christi 63
Ioannes Euangel. tanquam impietatis reus ex Asia Romam mittitur, & in dolium feruentis olei missus illæsus egreditur, relegaturque in Insulam Pathmos an. Christi 92
Ignatius Episcopus Antiochenus Romæ Martyr Christi an. 110
Iustinus Martyr an. Christi 165
Iulius Senator 192
Irenæus Episcopus Lugdunensis 205
Iulius Martyr 228
Iulianus 253
Isidorus 253
Irenæus 253
Iason Maurus, & domestici, ac 70 milites 284
Iulius 302
Irene 304
Iulitta 304
Ianuarius Episcopus Beneuentanus 305
Iuliana 305
Iulitta, & Quiricus 306
Irenæus Episcopus 308
Iulianus 308
Ioannes Cæcus 309
Iuliana 311
Ioannes, & Paulus 362
Ioannes Papa 526

L

LInus Papa Martyr ann. Christi 80
Leonides, pater Origenis 204
Licius Papa 257
Lucilla 259
Laurentius Diaconus 261
Legio Thebeorum 297
Lycius Cæsareæ 304
Leontius, & Longinus 308
Lucianus Presbyter Antiochenus 311
Lipsinus cum sociis Virgin. 33 311
Laureanus 548
Leodegarius Augustodunensis Episcopus 676
Lambertus Traiectensis ad Mosam Episcopus 698

M

D. Marcus Euangelista an. Christi 64
Martyres Scillitani in Africa 201
Martina Virgo & Martyr 228
Marcellinus 253
Maximus 253
Mercurius nobilis Martyr 253
Moyses 255
Marcellus Diaconus 259
Malchus 260
Mrtyres 300 dicti Massa Candida 261
Maxima 262
Martinus 262
Marius, Martha, cum Audifice filio 270
Maximus, & Socij 295
Marcellus Centurio 298
Marcellus Presbyter, & Petrus Exorcista 302
Martiana 302
Marcellinus Papa 304
Mennas 307
Maximus 308
Marcellus Papa 309
Menedora, cum Sociis 311
Maximus 311
Maximus Dux 298
Macarius 311
Melchiades Papa 313
Martyres 40. 316
Monachi à Saracenis trucidati in Laura S. Sabæ 615
Martinus Papa 654
Maximus Abbas 660
Multi Martyres sub Copronymo, ob contemptam Pseudosynodum 761

N

NEstor Pergæ in Pamphylia Episcopus 253
Nemesius Tribunus 159
Neon 308
Nilus 309
Nicander, cum Sociis 311

O

ONesimus Martyr 110
Olympus 259
Oceanus 308
Oruntius 311

P

PHilippus Apostolus apud Hierapolim crucifigitur 54
Petrus, & Paulus Apostoli 69
Petri uxor Martyr, sed quo tempore non constat
Publius Episcopus Atheniensis Martyr an. Christi 125
Pius Papa 167
Polycarpus Smyrnæ Episcopus 169
Photius Episcopus Lugdunensis 180
Philippus Augustalis Præfectus Martyr 204
Plutarchus 205
Perpetua & Felicitas 205
Palinatius 226
Pontianus Papa 237
Parthenius 253
Pompeius 253
Ptolemæus 253
Pionius 253
Paulina 259
Priscus 260
Priuatus Episcopus Gabalitanus 262
Pontius 262
Probus 289
Petrus 302
Procopius 302
Potamia 302
Proculus 305
Pelagia virgo 305
Pamphilus Presbyter Cæsariensis 308
Procopius 308
Peleus, & Patermythius 309
Petrus Episcopus Alexandrinus 310
Potamiena 310
Phitemon 310
Pantaleon 311
Pancharius, & Pastor 311
Pharnacius 311
Paulus Episcopus Constantinopolitanus 351
Paulinus Treuerensis Episcopus 359
Placidus, & Socii 541
S. Proiectus 670
Pelagius pius nobilis 925
Paynus in Anglia 1582

Q

QVintus 253
Quirinus 308
Quintilianus 308

R

ROmulus Martyr 108
Ruffina, & Secunda sorores 260

Rosula 261
Romanus 302
Rhodanus Episcopus Tolosanus 359
Roffensis Episcopus, (vide 1534) 1535
Rodolphus Aquauiua, cum sociis, è Societate Iesu, in Salsata Indiæ Orientalis Peninsula martyrium passus 1583.

S.

Stephanus Protomartyr Hierosolymis lapidatur 35
Symeon frater Domini, filius Cleophæ, Episcopus Hierosolymitan. ætatis an. 120 Martyr. 109
Sabina Romana nobilissima 123
Sophia cum 3 filiabus 123
Seraphia Alexandrina 123
Sextus Papa 142
Soter Papa 179
Serenus 205
Stoicus Episcopus Othrenensis in Armenia 205
Serapion in Ægypto 205
Simplicius Senator 226
Secundianus 253
Serapion 252
Simplicianus 253
Saturninus Episcopus Tolosanus 253
Sempronius 259
Stephanus Papa 260
Sixtus Papa 261
Susanna 295
Serena Augusta 295
Soteris Virgo, & Martyr. 304
Sosius 305
Sazo 305
Symius 308
Sophronia 309
Siluanus Gazensis 309
Sosthenes 311
Sirinnius 311
Seuerianus 316
Siluerius Papa 540
Stephanus Iunior 767
Scheruinus in Anglia 1581

T.

Teleſphorus Papa anno Christi 154
Tiburtius, & Valerianus 232
Theodorus 253
Terentius 253
Theophylus, & Timotheus 253
Temistocles in Lycia 253
Theodulus 259
Tertullianus 260
Theogenes Episcopus Hypponensis anno 262
Trophimus, & Sabatius 281
Tharacus 289
Theophila 301
Timotheus Gazensis 303
Theophilus 304
Theonas 305
Theodosia Virgo, & Martyr. 305
Tholus, & Trophimus 308
Theodatus 308
Theodorus 311
Timotheus 311
Theodorus 316
Thomas Archiepiscopus Cantuari. 1170
Thomas Morus in Anglia, (vide 1534) 1535.

V.

Victor Papa 203
quinque Virgines combustæ sunt simul ad lauacrum Traiani 118
Vrbanus Papa 233
Victoria 253
Veranius 253
Victor 261
Vlpianus puer 304
Vrsinus 308
Victorinus 311
Victor 311
Vrsula, cum Sociis 383
Vigilius Episcopus 400
Vincentius Abbas 631

Z

Zephirinus Papa 221
Zeno 253
Zeno alius 253
Zeno, & Socij 298
Zeno 311
Zachæus 302

INDEX

IN CHRONOLOGIAM.

Numerus non paginam notat, ſed Chriſti annum, & cùm prolixior ille eſt, additur ex Alphabeto litera aliqua.

A

Abagarus, ſeu Abgarus Edeſſenorum in Syria Rex 33 & 43. Alius adeſt Seuero Imp. 202. in vincula coniectus à Caracalla 118

Abaillardi errores: ipſe tamen rectè ſentiens diem clauſit 1140

Ablauii fortuna & mors 337. B

Abrahamus Anachoreta 337. B

Abraham Rabbi 1237

Abroditi, ſeu Arborici qui? 820, 821. Datur eis Princeps 823

Acatius Arrianus, fit Epiſcopus Cæſarienſis 340. Acatiani pugnant aduerſus Semiarrianos 359. C. damnantur, ibidem. Nouam edunt fidei formulam, & damnant Semiarrianos ibidem. pugnantia faciunt, dùm pugnantes edunt fidei profeſſiones 359. C. Acatius iunctus Eudoxio conſpirat in fidem Nicenam 360. B Acatius & Meletius offerunt Iouiano Imp. profeſſionem fidei 363. C. Acatiani damnati à Semiarrianis 365. B. moritur Acatius 366. B

Acatius Conſtantinopolitanus Epiſcopus creatur 471. vexat Eccleſiam Alexandrinam 482, & fidem Chalcedonenſem 482. contra eum Romæ Concilium 485. furit cum Mógo Alexandrino Epiſcopo in Romanum Pont. 484. moritur in excommunicatione 488

Acatius alius Epiſcopus Berœenſis, qui contra Chryſoſtomum fauit Theophilo, de quo ad an. 403

Acephali poſt Chalcedonenſe Concilium dicti, eorum Dux Seuerus 512. Acephali Chalcedonenſes 548

Achaia fit Prouincia 77

Achillas Preſbyter Alexandrinus 285

Achillas Epiſcopus Alexandr. accuſatus facilitatis erga Arrium. eius ſedes 310

Acta Proconſularia 138, falſata à Menſurio 303

Acurtius Iuris Ciuilis commentator floret 1235

Adam Hiſtoricus 1067. Adamitæ Hæretici 1420

Adeodatus Papa 669, moritur 676

Ado Viennenſis finit Chron. author Martyrologij. 878

Adrianus I. PP. 772. dat Venetis Epiſcopatum 772. Legatos mittit ad Carolum Magnum aduerſus Deſiderium Eccleſiæ vexatorem 772, 773. Sub eo habitum Francofortienſe Concilium 794. Moritur 795. De eius Epiſtolis vide 795

Adrianus II, PP. 867. Moritur 872

Adrianus III. PP. 883. Moritur 885

Adrianus 4. PP. 1154. vexatur à Friderico Imperat. vide verbo Fridericus. moritur 1159. fabula de muſca. ibid.

Adrianus V. PP. 1276, moritur 1276

Adrianus VI. PP. 1521. moritur 1523

Adrianus Sophiſta 181

Adrianus Imperator. 119. Pacat re bellantes 120, 121. Cõburit ſyngraphas 120. dictus locupletator 122. Conſpiratores cæſi 123. tranſit Danubium. Mox in Britanniam, vbi primus murum duxit 124. eius ex ea celer reditus 125. Nemauſi Baſilica 125. Reliqua peregrinatio 126, 127, 130. Μυσικώτατος 129. Hieroſolymam reſtitutam Æliam dixit 131. Pompeio parentat 133. Antinoum condit 133. Adoptat Commodum Romæ mutato nomine 137. Morbus 139. Mors 140

Adriani moles 140

Adulterij lex 162

Æditha Othonis I. Magni Imper. vxor clara miraculis 94

Ægidius Romanus Epiſc. Bituricen. 1285. ſcribit de regimine Principum 1293

Ægyptus ſubacta à Rom. vide, Diocletianus.

Ælfegus 947

Æmilius finit Hiſtoriam 1488

Æmilianus Imp. 254. A. Cæſus ibid.

Æneas Syluius Legatus ab Imperatore, reconciliatur Summo Pontifici, improbans Baſileenſe Concilium 1444. ſcribit in Pragmaticam ſanxionem 1457. fit Papa. 1458

Æra Ægypti Dioclet. 284. Æra Martyrum 302. Diocletianæa Scaligero 303. B. Æra Ieſdagirdi 633. Æræ vſus ſublatus 1351

Ætas plurium diu prouecta 76, & 862

Ætius ab Honorio miſſus in Hiſpanias 421. mittitur in Gallias aduerſus Gothos 425. vincit Francos 428. victus à Bonifacio 432. B. iterum Magiſter Equitum 433. vincit Burgundiones 435. occiditur malè à Valentiniano 454. eius victoria nobilis contra Attilam in Gallia 451

Ætius alius, Arrianus vixit tempore Ariminenſis Concilii 359

Ætna Siciliæ mons, æſtuat 1579

Africa à Vandalis occupata, vide Vandali. reſtituta Imperio 534. rebellat, 544, & 546. inuaſa à Saracenis 648, & 651. occupata & poſſeſſa 698. Marochienſe Regnum 1019. Tunetanum occupatum à Barbaroſſa 1534. vide an. 1497, & 1516. captum à Carolo V. 1535.

Agape è templis tollitur. 391.
Agapetus I. Papa 535. coacta eius legatio 536 creat in Oriente Episcopos ibid. B. moritur 536. C
Agapetus II. PP. 946. obiit satis laudatus 955.
Agarenorum classis ad Cyprum deleta 747.
Agathius finit Historiam 558
Agatho PP. Theodorum Episcopum Constant. abdicat. 678
Agnoitæ Hæretici. 535
Agones quando cœperint 75, &88. A. celebrãtur 240. restituti 369. A. verb. Ludi.
Agricolæ res gestæ in Britannia 82, 89, 91, 94.
Agricola Rodolphus & Georgius. 1504
Agrippa in vinculis 38. liberatur & regnat 39 A. illuditur in Ægypto 40. A. Augetur illi Regnũ 43. miseré perit 46: A. de eius successore Iuniore Agrippa. ibid, & 50, & 56. B. an Hierosolymis superstes 73. B, & 78. aut tantùm an. 109 obierit. ibid.
Agrippinus Episc. Carthaginẽ. 217. quid de Baptismo Hæreticorum 217
Aimoini Historia. 661
Alamundari Saraceni Regis cõuersio, & scomma in Hæreticos. 513
Alani vexant Armeniã -4, 75. Lusitaniam tenẽt 410 pulsi indè 447. vict. in Italia. 464
Alaricus Dux Theodosii 393. Rex Gothorum inuadit Europam 395. B. dictus Balta, ibid. venit in Pannonias 400. A. Italiæ vrbes obsidet 401. A. repellit eũ ex Italia Stilico 402. in Epiro est 405. Romam obsessam capit. 409, & 410. moritur 411
Albanus Dux in Italiã à Philippo II. Hisp. Rege 1555 Lusitaniã Philippo subdit 1580. moritur 1582. præfuit Belgio 1567, &1568.
Albertus Magnus 1239. reiicit Episcopatum 1263
Albertus Crantius, 1504
Albertus Argentinas finit Historiam. 1352
S. Albertus curat sponsam Imperatoris. 163
Albi deleti à Bonifacio 1399
Albigẽses Hæretici detecti 1177, 1178. damnati 1179 profligati 1204. victi disputatione, conuinci non poterant 1208. victi iterũ 1209, 1210. finis belli Albigensis 1229. fuêre hi sectatores Pauperum Lugdunensium 1212. vide Montefortensis, & Tolosa.
Albinus imperat in Britannia 195. Cæsar 195. imperat 197. etiam in Gallia 197. occiditur. 199
Alboinus floret in Germania 1154
Albinus cum Carolo Magno 771
Albuquercius, vide India, & Lusitania.
Alcimus Auitus Vien. Episc. 494
Alcuinus Bedæ discipulus 734, 771. 791. fundat Academiã Parisiensem 791 obiit. 804
Alectus Britanniæ Tyrannus 292
Alexander Alensis. 1239
Alexander ab Alexandro. 1480
Alexander Episc. Alexan. 311. D
Alexander I. PP. 121. fit Martyr. 132
Alexãder II. PP. 1061. Cadolus Antipapa dictus Honorius 2, depositus 1061. fugatur 1062. causa acta in Germania 1062. pulsus Cadolus in Concilio Mãtuano 1064. Alexander vocat Imperatorem Romã ad cautam dicendam. moritur vir sanctus. 1073
Alexander III. PP. legitimus & cõtra eum Victor IV. 1159 excõmunicat hunc Victorem 1159, & Fridericum Imperatorem 1160. fugit in Galliam: pacat Anglum 1162. interest Tutonensi Concilio 1163. venit Romam 1165. fœdus init in Fridericum, & pellit, condita Alexandria 1167, 1168. res gestæ cũ Anglo Rege 1168. inquirit de nece S. Thomæ 1171 1172. pax cum Friderico 1176. 1177. Honor ei exhibitus ab Imperatore. 1177. Decernit in Albigenses Legatos 1178, 1179. moritur 1181. eius locus de cultu Sanctorum 1181
Alexander IV. PP. 1254. bellum Manfredo indicit 1255. & Eccelino 1256, 1260. moritur 1261
Alexander V. PP. in Concilio Pisano electus 1409 obiit 1410
Alexander VI. PP. 1492. moritur 1503
Alexander Mamææ filius imperat 224. eius res gestæ ibidem, & vsque ad annum 236. quo cæsus est cum matre. Consiliarii 225. 224. Martyres sub eo 224, 228. it in Persas 235. triumphat 236. mors 237
Alexander ex Philosopho gentili, factus Christianus Carbonarius 253. F. & 233
Alexander Aphrodiseus 211. discipuli 211
Alexandria Italiæ 1167. Episcopus constituitur 1175
Alexandrina seditio de boue 125
